Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

logiſmis parta, ſed quæ per Natu-
*per ignem conſpicua*, prout per benè
er ignem Philoſophus van HEL-
*armacop. & Diſpenſatorio moderno*;
, *non ſufficere libros legere, ſed inſu-*
*& vaſa, vigilatasq; ex ordine im-*
particulares emergant experientiæ,
livino rationis radio excoctæ, axio-
ueant.

uccinctus, hanc meam conſcripſi
nentalem, quæ ſi non in omnibus
eſpondeat ſenſui, veniam facile im-
onfido, ab iis, quibus materiæ gra-

Tibi Excellentisſimè Vir
em conſecrare auſim, humillima mea
etenim cum nulli vitio fuerit, colore
do poſſet, non ſpero Te Illuſtris-

gratulari, qui favoris Tui ſplendorem erga me, merito meo nullo, ſemper ſenſi benigniſſimum.

Non **Tibi Illuſtrisſime Vir** hic adulari audeo, ſermonesq; offerre phaleratos, quibus nec Tu delectaris, nec ego ſtudeo, ſaltem ſincere hic conteſtor me pectore gratiſſimo & devinctiſſimo, animoq; devoto, Tuorum beneficiorum memoriam undiq; mecum circumlaturum eſſe ad tumulum, & quanquam **Vir Illuſtrisſime**, nil habeam, quod debitæ meæ erga Te gratitudinis ac ſtudii ſymbolum eſſe poſſit ſufficiens, permittas tamen Chymiam hanc Experimentalem, à me olim congeſtam, nunc auctiorem redditam, **Per Illuſtri Tuo Nomini** dici & inſcribi; ne vel nullum extet apud poſteros ſummæ meæ erga Te obſervantiæ pignus.

Deum precor T. O. M. ut **Tibi Excellentisſimè Vir**, viridem continuet ſenectam, & ſeros in annos ſalvum & incolumem conſervet, utq; ſerus in cœlum redeas, ex corde fovet

**Illuſtrisſimæ Tuæ Excellentiæ**

*humillimus*

Joh. Helffrich Jungken, M. D.
Phyſicus Francofurtenſis.

# CHYMIÆ

*Sive*

# NATURALIS PHILOSOPHIÆ PROLEGOMENA.

Ubi

*In genere Tam Extrinſeca, quam & Intrinſecum illud rerum Naturalium unicum principium conſiderantur.*

ETenim cum omne *Finitum* ſit *Imperfectum* intellectus requies in eo haud moratur, ſed ad *Infinitum*, *Ipſum Deum T. O. M.* ceu ad ſuum regreditur centrum, ut in eo Requiem inveniat Infinitam.

Meritò ergo nos hic ſimul *Intrinſeca* ſolemus trutinari *Rerum Naturalium Primordia*, ita ex ſacris docti; *Creaturarum* nimirum omnium *Authenticum Principium*, & unicum Authorem ipſum *eſſe verum Deum.*

Atque inde apparet Res omnes ſenſibiles pro Eſſe ſuo habere quid inviſibilis, à quo ſuum duxerunt initium; Divinum namque *Verbum* FIAT illas produxit; ac per viſibile jam Effectus & operationes exercet.

Quemadmodum enim ipſam Lucem concentratam Solem naturalibus omnibus ſe communicare rebus, cumque iſtis jam intimè copulatum, motum & eſſe tribuere corporeum cernimus, hæc ipſa

commonſtrent.

Nos ergò *in Naturalibus* hic *externa ſolum trutinamus rerum initia & conſtitutiva*, in quibus ob oculos ponendis omnis ſollcitudo noſtra occupata eſt & manet.

Concipimus enim *numerum ex ſuis partibus*, *pondus ex ſua profunditate & ſummitate*, *menſuram verò ex determinata extenſione*, res reliquas *naturales* ex *admiranda textura*, *proportione*, *ſitu*, *motu*, & innumeris ſimilibus.

Et hiſce ſtupeſcimus concordiam ſuperioris & Inferioris Spiritus & Corporis, Finiti & Infiniti.

Cum ideò conſtet Extremitatem non eſſe ſine medio, nec ſine partibus utrumque, hinc mundum Corporeum eſſe apparet, absque hoc enim non potuiſſent uniri partes.

*Omnes verò partes binario colligimus Numero.*

## *FORMA & MATERIA.*

Formâ vel *Extrinſecâ*, vel *Intrinſecâ*.

*Intrinſeca* rerum Forma in ſemine cujuſque rei naturalis ſpecifico, ex particulis Divinitus inditis per Verbum Divinum FIAT, & in actum deductis, per generale Divinum mandatum, CRE-

SCITE

SCITE ET MULTIPLICAMINI, conſiſtit. Sic omne creatum ex triplici Regno propria & ſpecifica facultate pollet, & reproductionis ratione in ſuo acquieſcit centro, quotque corporum genera, tot ſpecificæ proprietates, ope ſeminis inviſibilis, & ſpecifici, captum noſtrum exſuperantis, emergunt; Particulas enim corporeas, etiam millies mille variatas & figuratas, magnam & multivariam hanc differentiam producere poſſe, minimè eſt credibile; cùm omnia corpora naturalia in ſua ultima reſolutione in pauca redigantur reſidua, à multis propterea pro Principiis proximioribus conſtitutivis credita, v. g. in *Sal*, *Sulfur*, *Mercurium*, *Terram*, *&c.* hæc verò omnia ultimò in unicam *Aquam*, cum tamen infinitæ corporum Formæ à primo rerum conditore creatæ extent.

Hinc veritate niti aſſertum, ſcil. *Rerum omnium Formam Intrinſecam, Divini quid redolere*: præter alios, aſſentientem habemus *Helmontem* de ortu formarum, ubi inquit: *Deus eſt vera, perfecta, & actualiter omnis omnium Eſſentia, & Terra licet poteſtatem germinandi & fœcundandi ſemina receperit, extra cœli, ſeminis, aut alterius cauſæ interventum; non tamen eſt productiva ſive effectiva Formarum.*

*Sed Deus ad generationem Entis concurrit ut cauſa univerſalis, independens, totalis, Eſſentialis, & efficienter efficiens. Hinc Forma, ſicuti eſt rei quoddam velut lumen, & iſtius luminis apex: ita nemo Formas rerum patrat, niſi Pater luminum, qui omnia dat omnibus, nec longè abeſt ab unoquoque creato. Eſt & hodie rerum immediatum principium, ubique præſens, operans omnem omnium perfectionem. Ideoque quicquid eſt uſpiam Eſſentialiter, id totum, quantum eſt, poteſt, ſcit, atque habet, Deo debet.*

*Externa* verò rerum omnium *Forma & Facies*, conſtat ex *variè figuratis & variatis particulis*, Lucis & Tenebrarum, ſ. Spiritus & Corporis, hoc eſt, *Acidi & Alkali*, motore & rectore, principio & extremo, per aquam combinatis & unitis.

*Materia* verò *univerſalis & prima*, ſola & unica eſt *Aqua*, ſubtili ſuo terreo imprægnata, ut clarè patet ex Sacris ubi legimus, ipſum Deum Firmamentum in harum medio locaſſe.

Omnis verò Eſſentia, quæ mediantibus his ab Eſſe Univerſali prodit, in unitate conſiſtit.

Non datur verò Eſſe ſine proprietatibus Eſſentialibus, ut nec agens ſine organo & medio: Et quoniam cauſa Efficiens eſt interna, & de Eſſentia cauſati, ideo unum & idem non poteſt conſtitui à cauſis ſpecie diverſis: multo minus toto Prædicamento diverſis: hinc calor producit calorem: *juxta Helmontem de ortu Formarum.*

Senſibilitas ex particularum activarum motu & diſpoſitione dignoſcitur, quarum vita dependet à Forma, progreſſus vero à virtute ſpecificâ, Divinitus conceſsâ, ſive motu innato. Tempus verò dependet ab inviolabili & conſtante revolutione naturali, quâ exſolutâ, in ſua principia redit, quia fuit finitum.

Principia itaque hæc ſuam unitatem ſubeunt, unde etiam Univerſalia vocantur, vel lapis Siſyphi. Veluti enim punctum multiplicatum producunt lineam, & iſta utroque extremo ſibi unita circulum, & quod inſequitur: Ex linea verò ſuperficies, profunditas, & ſummitas ſcaturit, quæ tria ſunt indiviſibilia, quibus ſi adjeceris centrum, producitur Triangulum, ſive tres lineæ æquidiſtantes. Sed hæ figuræ non patent niſi ratione accidentis externi.

*Unitas* hæc, *ſi extrorſum protendatur*, ſe multiplicat, & aſſumit pro ſociis, *paritatem*, & *imparitatem*. Primo eſt *Unitas & Binitas*, hæc combinata *parturiunt Quaternionem*: ſecundo eſt *Trinitas*, *Quinitatis nutrix*, hæc ſi combinabis vides *Denarium*, quibus accidentaliter omnis rei innititur perfectio.

*Cubus producitur à puncto indiviſibili*, per extenſionem ſuiipſius ut ſeipſum extendat, & diviſibilem reddat, in longum & latum, ſcilicet in lineam & ſuperficiem. *Punctum* enim *ſemper exiſtit interius*, *& creſcit verſus exterius*, vel per lineas diagonales, vel perpendiculares, &c. utpote extremum quid ſui motus. Interius hoc, & Extremum, pariter monſtrant, aſcenſum eſſe lentum, ſed deſcenſum ſubitum, & eo magis, quo magis à ſuo centro recedit corpus.

*Cubus* item iſte, *qui ex unitate procedit*, *imitatur circulum* in immenſi-

menſitate, ſed ſaltem angulis eum tangit, quia medius eſt inter immenſum & ſimplex, & quo magis ab iſtis recedit, eò immenſior & major evadit, perpetuo tamen conſiſtit inter limites inconſtantiæ, nimirum ratione Quadrati, utpote finiti in ſua quantitate, quæ tamen ſequitur propenſa, unio quò aptè redeant ad punctum, & id ſubeant ex quo iverant.

Ita videmus progreſſum naturæ, ab initio ſcil. per medium, ad extremum circuli: Convenit enim Enti, cum ſuo Eſſe, ut aliquid agat, & operetur, in ſui propagationem.

Quoniam itaque *corpus ſuam originem debet unitati creatæ*, mediante tamen diſtinctione naturali in plus & minus, vel ſecundum rarum & compactum, & alia accidentia ſenſibilia, hinc ſe iterum reſolvit in ſuam unitatem: Et cum hujus gratia ſenſibile factum fuerit, multiplicat ſe extrorſum, per ſeipſum, ſeque iterum deſtruit, cum id quod fuit deſinit eſſe.

Ut verò ſenſilis evadat eadem unitas, per gradus tendit à ſimplici ad compoſitum corpus: Cum verò hoc compoſitum corpus à ſeipſo parum virtutis obtineret, *creatum fuit à Deo ſemen ſpecificum & interna cujusque rei Eſſentia ſive Forma.* Et hinc patet creaturam ad generationem nihil tribuere ex ſe, cum *animal non generet animal, ſed ſaltem ſemen ad animal*, proptereaque etiam non generet ejus formam.

Et cum nihil ſemetipſum diſponat aut moveat, niſi adſit ſemen: hinc neceſſe eſt quicquid generetur, id habere intus diſpoſitorem, qui in aurâ molli, ſalſa, lutoſa, &c. ſedeat. Et quia *Creatio* reſpicit & dicit habitudinem ad rem exiſtentem in perfectione, rei verò perfectio ſit ſua cujusque interna & Eſſentialis Forma, ergò ejus immediata origo non aliunde quam ex creatione eſſe poteſt: atque ideo *ex unico rerum Creatore ineffabili*, ut pluribus *Helmont. de ortu Formarum* perbellè diſſerit.

Unitis verò Principiis prodit Eſſentia, quæ ſi induta fuerit ſuâ quantitate evadit Exiſtentia ſive ſenſibilitas accidentium: Et in his duobus Eſſentia & exiſtentia unitis habes Formam ſpecificam.

Omne jam Axioma eſt, *vel de Eſſe, vel de non Eſſe.*

Eſſe, vel creatum eſt, vel increatum. Creatum eſſe, eſt fluxus à non Eſſe, ad Eſſe, per increatum tendens ad ſimplicem motum, vel ſenſibilitatem, hoc eſt, vel *ſpiritualem*, vel *corporalem*, & ex his vel *ſurſum*, vel *deorſum.*

*Primum* haud laſſatur: *Alterum* requiem amat. *Primum* etiam non impeditum ſemper durat: *Alterum* vero accidentibus gravatum, cum ipſis aliquandiu diſgregatur.

*Primum* comitatur Eſſentia, vel ſimplicitas infiniti: *ſecundum* verò Exiſtentia, & ſenſibilitas.

*Primum* habet extenſionem totius in toto: *ſecundum* verò ſolum per ſucceſſionem ſuarum partium.

*Primum* ſibiipſi in ſeipſo apparuit abſque diſtinctione: *ſecundum* verò per gradualem additionem accidentium.

*Primum* omnia facit & operatur abſque ſenſuum organis, atque quodvis connovit, nec niſi ſibi placet: Contrarium huic eſt *alterum*, quod ſenſibile eſt, ſecus quam primum, quod non apparet, niſi ductoris voluntate.

Et hoc modo increatum dicitur, ac demonſtatur, per non Eſſe, ad Eſſe: non verò naturâ ſuâ, ſed ſolùm per ſuam creaturam, & gradus corporeos, vel ſpirituales. *Ut enim Deus ipſe cognoſceretur, effecit quendam motum*, qui tamen cum non ſufficeret, ab eodem *adjicitur ſubſtantia Angelica*, quæ omnes res intelligit, & ſic Authorem connotat. Unde homo unitus cum Angelo, novit ſenſibiliter Deum; & cum Angelus proprius ſit infinito, nihil habet de corpore.

*Anima verò non agit, niſi per ſenſus, & reliqua organa corporis*, hinc corpus ſequitur quo ſi exſolvitur, ferè angelis ſe confert.

Sed quoniam ad particulas, ſive Principia, utpote partes contrariantes concretum conſtituentes, planius explicanda, terminis opus eſſe videmus, paucis eos percurramus.

In genere horum ſunt duo, *Forma* & *Materia.* Ortum Formarum audivimus. Reſtat *Materiale Principium*, ex quo omne concretum primordium ac incrementum, duxit. Hoc varium à multis

tis creditur, v. g. *Sal, Sulphur, Mercurius, Aqua, Terra, &c.* quatenus compoſitum conſtituunt. Sed *hæc tam ante, quam poſt ſeparationem conſiderari merentur*, & vel remotè vel proximè.

SAL *ante ſeparationem* conſideratum, dat ſubſtantiam ſolidam, & compactam, ac efficit omnes varietates, regitur humiditate, & frigore denſatur.

SULFUR regitur à particulis acidis, ramoſis, & hamatis, ſed flexilibus, hinc corpus reddit fluxile, & extenſile.

MERCURIUS propriè ſic dictus, ob particularum ſibi preſſius incumbentium lævitatem, & celerrimum, in ſe tamen debiliorem motum, humididatemque Metallinam, ſemper eſt in fluore, unde nequit comburi: à poſteriori celeritatem oſtendit volubilitas, debiliorem motum ponderoſitas, humiditatem Metallinam incombuſtibilitas.

AQUA nutrit.

TERRA augmentat.

Itaque videmus effectum unionis Formæ, & Materiæ, ex quibus conjunctis Eſſentia conſtat.

Exiſtentia vero eſt ultima eorundem unio, pro ſenſibus facta, hoc eſt, ratione accidentium, quæ ſunt effluxus externi, producti à formis ſubſtantialibus, ut folia à plantis, & (ut volunt Ariſtotelici) qualitates ab Elementis, Varietas externa, oritur ſolùm à particulis paſſivis, diversè compoſitis, & figura extrinſeca.

Individuum exiſtentiam corporis demonſtrat: Forma vero particularis detegit Eſſentiam internam, & virtus pluribus communis indicat genus, velut actus potentiam, quæ Chaos dicitur, ſeu univerſum abſque diſtinctione. Chaos enim nihil aliud eſt quam Eſſentia univerſalis, ſibi ubique ſimilis.

Subſtantiæ verò corporeæ, non niſi ratione accidentium ſenſibiles ſunt, ſubtiles nimirum per activarum, ſolidæ verò per paſſivarum particularum variatas diſpoſitiones.

Senſibiles verò fiunt iſtæ particulæ ex combinatione bina, nimirum ex τῷ plus, vel minus; τῷ ſurſum, & deorſum; τῷ intus, & extus, &c.

Sic

Sic *ex particulis acidis* mentaliter figura plus rotundis, & ſenſualiter mole magis exilibus, celeriter motis, *ex mente Gaſſendi fit Ignis*: Sed hæc ex effectu tantùm dignoſcibilia ſunt, quia à priori demonſtrari nequeunt.

*Ex particulis* verò *minus acidis extenſis*, & in circumferentia leniter motis, *conſtat aër*, ſi verò hæ plus acutæ à circumferentia ad centrum contendant, *oritur frigus*, & *contra calidum*, ſi eædem à centro ſurſum, plus, vel minus, exſiliunt & dilatantur.

Non verò percipiuntur particularum harum actiones, niſi ex ſubjecto earum tacto, ſunt enim quaſi ſpirituales, effectrices, motrices.

Paſſivæ verò ut magis materiales, omnibus ſenſibus communes ſunt, propter activas & formales, quæ in ipſis reſident, ſunt enim illæ veluti matrices, & nutrices.)

Activarum particularum effectus, à *Galenicis* nomine Qualitatum inſigniri ſolent, falsè perſuaſis, has eſſe veras conſtitutivas morborum cauſas: ſed longè eos errare, leges apud *VVilhelmum ten Rhyne, ubi ex Helmontis mente in meditationibus de Veteri Medicina* p. 75. 76. *Quaternaria*, inquit, *cantilena Elementorum*, & *quatuor complexionum*, *quatuor humorum*, *quatuor primarum qualitatum poſitiones*, *& conjugationes*, *tanquam infauſtum ſidus poſt ſe trahit*, & Medicinæ, & pluribus rebus Mechanicis ſterilitatem adferens.

Hæ quippe à rebus abſtractæ modales qualitates, principiis conſtitutivis adveniunt, ab objecti appropriatione tantum ortæ, & tum *Qualia*, *non Qualitates nuncupandæ ſunt*; Qualitates enim, quas enucleare Metaphyſici, non Phyſici eſt, in natura nunquam cauſarum vices ſupplent.

Et ſi de Qualibus quæſtio ſit; non calidum, non frigidum in ſubſtantia habendum cenſet *Anaximenes* apud *Plutarchum*. Sed *nos Hippocrati*, amarum, ſalſum, acidum &c. perveſtiganti, potius *adſtipulamur*. Hæc verò nota in effectu, ignota verò in cauſa ſunt, niſi per ſchematiſmos ſive figuras explicentur. En Rhodus, hic ſalta? *Diſtinguant ſemel ſcholæ amarum in opio*, *ab illo in mandragora*, *in hyoſciamo*, *in vitriolo*; quæ cum anodyna ſint, frigida appellant,

*cum*

*cum tamen amara ipſis notabiliter caleant*: ut id inter Scholaſticos confitetur *Matthiolus*; Qui quamvis, inquit, opium quarto exceſſu frigidum ſtatuatur, tamen, ſi ex ſapore, & effectu, rerum temperamenta & Qualitates cognoſcuntur, opium noſtri uſus, non modò guſtu amarum percipitur, ſed etiam acre, adeò ut paulum in ore detentum, linguam & palatum exulceret, unde haud dubiè colligi poſſe putatim, calidiſſimas illi ineſſe qualitates. Cujus rei fidem augere poteſt ea, quæ inde prodit, odoris gravitas. Odorem enim cum guſtu maximum habere conſortium jam diximus.

Atque ita *calidum*, *frigidum*, &c. *ex efficientium cauſarum claſſe proſcribimus*, omnemque eorum præſtantiam in eo collocamus, quod à συμπάρεςειν dicantur. *Nam à ſolo calido homines non febricitant*, ſed idem & calidum eſt & amarum. Hâc viâ nervoſius Quaterniones proflixit *Magnus Hippocrates*, quam ut Tractatui de Veteri Medicina, Hippocraticum genium verè ſapienti, vel jota adderemus: Ibi enim docemur exactam certitudinem ex corporis ſenſu deſumere, quoniam ille artem efficit. *Hæc ille.*

Ex quibus clare patet, *ſenſibilitatem corporum non in fictis qualitatibus*, ſed *in particulatum variata diſpoſitione, & motu conſiſtere.*

Sed hæc ante ſeparationem conſiderata ſunto.

Quoniam verò *Chymia in corporalibus rerum principiis*, ſive particulis ab invicem ſeparandis, potius occupata eſt, ad ea faciamus progreſſum. Sunt vero hæc, ut jam dictum ante, *Sal*, *Sulfur*, *Mercurius*, *Aqua*, *Terra*.

Principium ſive *PARTICULÆ SALINÆ duplices ſunt*, *ACIDÆ*, & *ALCALINÆ* & ambo vel *fixæ* vel *volatiles*.

*Alcalinæ fixæ* ſunt ſolidæ, ponderoſæ, oblongæ & rectæ, inflexiles tamen & rigidæ, varios hinc poros efficientes, qui tum facile rurſus, ceu vacui acidum quodvis recipiunt, & cum eo mediante humido, varias & innumeras ſpecies, imò omnia corpora naturalia, ex variè variata mixtione conſtituunt: nec etiam lucem utpote acidum ſubtiliſſimum veluti in Phoſphoris conſpicuum, excludentes.

Fiunt verò, & ſeparantur particulæ hæ Alcalinæ, ex triplici regno, Fixæ verò ex Vegetabili, & etiam Minerali, Volatiles verò ex Animali potiſſimum.

Mechanica earundem ſeparatio & elaboratio fit combuſtione, ſive calcinatione, & ex mente *Carteſii* in hunc modum ſe habet:

*Præſupponatur corpus angulosum, ſive poris angulosis præditum: Ignis hujus poros ſubiens & particulas circumrotans, angulos illos mutua attritione abradit, quicquid in hâc mutua confricatione abraditur, illud eſt anguloſum minutiſſimorum ramentorum inſtar, & ſpecie fumi aſcendit, & coagulatur, vel in corpus ſiccum vel in aquam, ſeu ſpiritum acidum. Ita abraſis angulis corpora fiunt globoſa, glabra & lævia, quæ diutius igne fortiori circumacta Oleum conſtituunt. Videmus enim corpora plana & lævia, continuo motu magis magisque complanari & lævigari, quicquid igitur in illo motu abraditur læve, molle, glabrum, id eſt Oleum: Idque tam diu durat, donec globuli ita ſint abraſi ut ex figura globuloſa in cylindricam, teretem, & oblongam, vel etiam cubicam pyramidalem, aut aliam irregularem tranſeant figuram, tum enim amplius ita rotari non poſſunt, ſed ob longitudinem ſuam, & irregularitatem mutuo ſibi incumbunt, ac Alcalia fixa ſive cineres conſtituunt:* quæ tandem fortiſſimo igne, acido ex flamma ſeu igne vel arena, aut ſilice reattracto vitrificantur, hincque ob ſubtiliſſimum illud, & ex luce enatum acidum, fiunt pellucida, & quo purius eſt Alcali, hoc ex luce enatum acidum apprehendens, eò pellucidiora fiunt corpora vitrea.

Hoc experimento conſtare videmus, *ſalia, corporibus ſaltem potentia paſſiva ineſſe*, & per artem, ignis ſaltem ope ab invicem ſeparari; cui aſſertioni *aſſentientem videmus Helmontem*, in tractatu Blas humanum, ubi inquit: Alcali non generatur in cinere ab igne efficienter, quanquam effectivè inde procedat, nam officium ignis eſt quidem accendere, conſumere, & ſeparare, non tamen quippiam producere. Cum non ſit dives ſemine, ipſe deſtructor ſeminum ignis. Dum ergò Alcali fixum fit ex ſale antea volatili, non eſt productio rei novæ, ſed rei alteratio ſaltem.

Alcali

Alcali enim materialiter quidem erat in concreto an tionem, veruntamen, *dum ignis tollit Mercurium*, & *ſulfu* quam principium magis ſubſiſtens in liquidatione concre *arripit ſibi vicinam ſulfuris*, *ſive pinguedinis partem*; eam ab ignis tortura non ſat valet tueri, partim ſub larvâ avolat, atque empyreumatis odorem acquirit, parti prehenſo ſulfuri colliquando incorporatur, ut fi carbo.

Patet hinc, *nullum Vegetabile largiri ſal fixum cujuscu neris, niſi comburatur actuali igne*, & à contrariis, ſive adh particulis ſeparetur. Unde poſtea varios nanciſcitur po cuum ſit corpus virtutibus per ſe deſtitutum, ſicuti ingen *VVilhelmus ten Rhyne de ſalium figuris verè* diſſerit p. 315. ra inquit, & fermè auſim dicere, ſingula in hanc verita acidis acumen competere,) conſpirant experimenta; qu ex contrariorum juxtapoſitione magis eluceſcunt; ubi *o nata* (vera *Alcalia*) *figuris notabilibus carere* docet ἐμπειρ

*Alcalium* etenim *non eſt agere*, ſed pati, ſeu recipere.

Non lubet hic Belgico indulgere luſui, Alcali quaſi cuum, *al Kael* vocitando; *Tartarum* omnia abſorbenti *in parando*, ſufficit *Alkali per ſe virtute deſtitui* conſpicuis fi vum, *nec agere* quatenus corpus, *ſed quatenus figuratum* ſicuti idem ingenioſè plus explicat p. 79. ubi ſaporum cau ferentias ita deſcribit: Sed *quomodo*, inquit, *ad fibrillas l veas penetrant corporum ſalia?* Primo cibus (nam potus ſp habet ſalia, dimittit,) maſticatur ut convenienti menſtr ſal eliciatur; ac cum acida tantùm exſerant figuratas ſc lingualis ſerici interſtitia intrant, ut nerveas papillas vellic vero Alcalina ſunt, à ſubacida ſaliva acuuntur, ut dictas expeditius feriant. Si enim aromata in natali ſolo arden adusta & Alcalino ſale ſcatentia ſalivâ diſſolvantur, lin doris ſenſu mordent, quòd celerior ipſis à Sole adfi motus:

*re*; ſed omnia tanquam vacua, acidis dele-
tertium quid producatur. Cui item aſſen-
*æum in Paradox. Chymic.* p. 154. ut & *Hel-*

*Regno particularum ab invicem ſeparatio inſti-*
ſervandum, ut circulatio ignis ſine impedi-
*avendum, ne corpora confluant*, quam primum
ur, non poſſunt abradi mutua attritione an-
non ſeparari acidum & Alcali, quia cohæſio
ionem. Hinc aliquid heterogenei vel influ-
rohibendum confluxum, & promovendam

ine *Alcali* in genere *eſſe particulas*, mediante
oductas; alias autem & vel *occultas*, vel *ma-*
, ut volatiles, vel *inodoras*, ut *fixiores*, vel *lixi-*
l *benignas*, ut omnia medicamina, tam fixis
culis conſtantia, vel *malignas* ut Venena.

generalis proprietas conſiſtit in effervefcentia
è vel occultè.

it corpuſcula luminoſa, è Sole pronata, ſub-
ntiſſima, Alcalia fermentantia, & moventia,

a motor & agens, Alcali verò, ut dictum, pa-
ibus ſe fideliter accommodans, ut confirmat
*us ten Rhyne*. Hæc ambo mediante humido
omnibus rebus vivificam largiuntur: Ex
harum

harum etenim particularum, figura & variata textura, *præſuppoſito tamen univerſali movente, quia corpora mathematica non agunt per ſe, ſicuti nec mechanica*, omnes exſurgunt diverſæ magnitudines, & corpora compoſita, mediante tamen aqua, cujus pori tales ſunt, ut acidum & Alcali ex texturæ & figuræ proportione, certo modo ſibi adhærere, & mutuo amplexu ſe apprehendere facile queant. Hujus enim particulæ flexiles ſemper in motu, eorum in ſe actionem facile promovent, ut unum in alterum impingant, nam hoc agit in illud, & illud viciſſim, hoc trudit, illud trahit, idque tamdiu, donec diuturnâ actione & paſſione unita, ſibi firmiſſimè adhæreant, & ita figuræ & texturæ mutatione, in corpus variè variatum, ratione aliarum item particularum unà variè concurrentium, abeant, quæ tandem denuò rurſus ſeparata, mortis auctores exiſtunt.

*Eſt* verò *Acidum triplex*, *Minerale*, *Vegetabile*, *&* *Animale*, & vel fixum, vel volatile. Fixiſſimum omnium in Metallis, minus verò fixum in mineralibus & reliquis.

Volatile ex omnibus fit, efficacius tamen ex Mineralibus.

Eſt item Acidum vel manifeſtum, vel occultum, & differt vel ratione ætatis, alimenti, ſexus, & vel ſanorum, vel ægrotorum, ſicuti etiam diverſam obtinet naturam ratione gradus, in ventriculo, in liene, in hoc vel illo ſubjecto, &c.

Hæc de ſalibus in ſpecie conſideratis.

*In genere* verò *conſideratur ſal quatenus eſt compoſitum*, ut ſal culinarium, marinum, &c. quæ ex acido & Alcali combinata ſunt, & ſaltem differunt ratione plus vel minus, & hoc ratione particularum variè figuratarum, ut aliquoties ſupra citatus ingenioſiſſimus *Wilhelmus ten Rhyne*, acute confirmat, quando p. 294. narrat, ſe in ſalinarum figurarum exiſtentiam inquirendo, recepiſſe aquæ communis uncias quatuor, & ſalis communis unciis binis ſaturaſſe, deinde adjeciſſe dimidium aluminis, tantundem nitri, idemque ſalis ammoniaci pondus, nec à juſta diſſolutorum menſura auctum fuiſſe aquæ volumen. Tum cogitavi, inquit, & aquæ ingentia, ex cylindro-

rum incumbentia, eſſe interſtitia, in quibus per aquæ lubricitatem, ita minutim defricatæ ſalium laminæ abſconduntur, ut non niſi aquæ evaporatione, vel ſalium præcipitatione iterum prodeant.

Cogitavi & ſalibus diverſis diverſas eſſe particulas, non magnitudine ſolum, ſed etiam figura differentes. Video enim vel baſin unius priſmate alterius eſſe latiorem, vel priſma iſtius baſi alterius eſſe acutius, & viciſſim. Conjiciebam quidem alterum altero plus vel minus Alcali fecumve obtinere; ſed dum ipſa arripio ſalia, in ſingulis dmmodo integris ſalis communis granis cubum ſeu quadrangulare ſchema contueor, cujus baſis priſmate quadruplo circiter latior eſt.

Cæterum ſal cibarium eſſe non poſſet, ſed ne guſtus organon nimis altè perforet, prohibet id cubica ſcheſis, cujus latera, & ab obtuſiore priſmate in latiorem baſin proxima terminatio, facilem renuunt introitum. Nam *quo Poloni* &c. pro cibario utuntur ſale, *ſal gemmæ linguam nimiopere pungit.*

Videmus hinc perquam clarè, *Salium* ac eorundem ſpirituum *effectus, non à fictis Qualitatibus*, utpote calore, vel frigore dependere; *ſed figuris eorum plus vel minus acutis adſcribi debere*: ubi tamen illibatæ acidorum ſcheſes activorum operationes ſolùm perficere, facilè pemonſtrari poteſt; non modo in ſimplicibus, ut ſi *ſpiritum Nitri, Salis Vitrioli, &c.* tanquam acidum, *ſali Tartari &c.* utpote Alcali, affundamus, videmus cujuslibet acidi nativa reſurgere ſpicula: ſed etiam in compoſitis eædem figuræ, earumque vires emicant.

Vulgo notum eſt *aquam fortem ſolvere Lunam*, *Regiam* verò *Solem*; *ratio ex ſchematiſmis patet.* Si enim prioris ſolutionis menſtruum per Alcalia in ſua ſiſtatur ſchemata, emergunt ſeorſim & Vitrioli & Nitri figuræ: Si poſterioris armoniaci quoque ſalis ſcheſes elucent, quod quia acutioribus cuſpidibus inſtruitur, ſolidiſſimam Solis maſſam facile ſolvit. Sic etiam Nitri pyramides maximam aquæ forti impertiunt vim, ut etiam hujus ſpiritus validas calculi radices, & fera ferri corpora diſſolvere queat, ubi aliis ſpiritibus acidis via præcluditur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

genere Principium ſulfureum per hoc explicari poſſit, cum *particulæ ſulfureæ ferè nil aliud* ſint, *quam ſalinæ*, longiori Solis æſtu perfectæ, & digeſtæ, ut in Metallis & Mineralibus principaliter obſervandum, ubi ſalinæ particulæ planè immutatæ deprehenduntur in ſulfur, quod de facili poſtea ſalinis menſtruis ceu ſimilibus & amicis paret.

*Solare tamen ſulfur reliquis* Metallorum ſulfuribus *elaboratius eſt*, ut patet ex reſolutione, ubi ſubtiliſſimis particulis menſtruum conſtare debet, ad ejus compagem reſolvendum: reliquorum verò Metallorum ſulfur magis indigeſtum eſt, atque rudioribus hamis congeſtum, unde eorum particulæ tam arctè ſibi non incumbunt, etiamque hinc minus ponderant: *Minus* verò omnium perfectæ, & elaboratæ, ac *hamatæ deprehenduntur Oleorum particulæ ſulfureæ*, quæ ob id nondum coagulari potuerunt, licet ob ramoſas particulas ſe multò implicantes, leviſſimè congelentur, ut *conſpicuum eſt in Oleo aniſi*, ſi paulum frigori exponatur.

Quod *putredinis* ſit *domitor ſulfur*, unicè *principio ſalino adſcribendum* duco, quod concentrat ſpiritus ſive particulas ab invicem ſeceſſum facientes: quod verò facillimè omnia flammam concipiant ſulfurea, acido item tribuendum judico in flamma ſeu igne contento, quod per modum efferveſcentiæ ſulfur, Alcali ſuo combinatum accendit, & cum eo citam init copulationem, utpote cum amico, à quo activo Solis motu fere erat avulſum, & in aliud ens quaſi converſum:

Hoc videmus *ſi vulgare ſulfur incendatur*, tunc enim ſubtiliſſimam *flammam concomitari odorem aquæ forti vix cedentem* perſentiſcimus: quem ſi campana receperimus, acidum Spiritum habemus, qui valde attenuatus, flammam fovet, & partibus combuſtis acidum imprimit.

*Colores* item & *tincturas ſulfuri primariò damus*, cum iiſdem mutandis maximè ſit appropriatum, non tamen alia corpora à colorum productione arcentes. Hujus etenim particulæ diverſis extenſionum, contractionumque formis ſubjacent, quibus *interveniens*

*luminis*

*luminis ictus, pro partium poſitura colores variat:* quò verò ſulfur eſt compactius, eò color rubicundior, in flavum, ſubflavum, albidum, &c. declinans.

Accuratè verò *colorum differentias metiri*, æquè ac in odoribus *difficile, niſi per figuratorum ſchematum ſitum determinemus*, ubi tenuia & acuminatiora defricata ad odoratum, craſſiora vero & condenſatiora obtuſiora ad guſtum referuntur.

Sulfur enim à ſale non niſi particularum tenuitate, & craſſitie, rarefactione, & condenſatione, acumine, & obliteratione, adfricatione, & defricatione differt. Sic aliâ particularum poſiturâ compinguntur delectabiles, quam qui non delectant colores. Et ſic de cæteris.

*MERCURII* nomen vel generale eſt, vel ſpeciale: in genere analogicè ita vocatur, ob convenientiam quam habet cum Planeta cœleſti, ratione mutabilitatis. Et ex hac cauſa *omnes particulæ inconſtantes, leves, mobiles, fugitivæ, & ſpirituoſæ, Mercuriales* vocantur, omnibus ſe aſſociantes corporibus.

*In ſpecie Mercurii nomen obtinuit argentum vivum*, tanquam minerale, *conſtans* particulis lubricis, *ſemper mobilibus*, acidis tamen, *ſiccis, & intenſè volatilibus*, ſimul corroſivis, duriſſima etiam permeantibus.

*AQUA conſtat ex particulis cylindricè rotundis*, hinc lucidis, lubricis, fluidis, flexilibus, volubilibus, unde etiam in hac, quam in Oleo, facilior partium diffluxus; & quia *Oleum ramoſis complicatum eſt particulis*, magis opacum eſt.

*Anguillares non poſſunt eſſe figuræ aqueæ*, quia tum ſe aliis implicarent, ac tenaciter adhærerent, nec ita fluidæ forent, ac difficilimè in vapores migrarent, ut in oleoſis conſpicuum.

*TERRA ex particulis rigidis*, & fibroſis conſtat.

Atque hæc ſunt rerum naturalium Principia conſtitutiva, ex quibus in operationibus chymicis ſequentia emergunt, utpote:

*ESSENTIÆ* ſive *Tincturæ*, quæ *ſunt liquores ſulfurei*, maximè ſubtiles.

*OLEUM* eſt *liquor aqueus ſulfureus*, minue attenuatus, ex particulis ramoſis, mollioribus tamen, ac flexilibus, ſphæricisque combinatus.

*SPIRITUS* volatilis, eſt humiditas aërea ſive mercurialis incombuſtibilis.

*EXTRACTUM* eſt corpus *ex ſubtilioribus terræ particulis* mediante humido, non excluſis tamen ſalinis, ſulfureis &c. conflatum.

*FLORES* ſunt *corpuſcula ſicca, volatilia*, in partes diviſibiles elevata, leviter tamen rurſus uniendas.

*MAGISTERIUM* eſt *calx ſubtiliſſima*, per acidum corroſa, & per contrarium præcipitata, &c.

Hæc eſt *generalis Principiorum naturalium dinumeratio*, tam ratione *Formæ*, quam & *Materiæ*, & compoſitionis, & conſervationis.

Quod vero ex his pro primo & primordiali ac materiali rerum naturalium Principio habendum ſit, diſſentiunt authores: *aliis cum Paracelſo tria, aliis unicum*, ſal: *aliis plura credentibus*: ſed cum omnia hæc partes potius concretorum ſint quam Principia, nos *cum Helmonte, Boylæo, Schyrlæo, ten Rhyne* & aliis de certioribus cogitamus Principiis, notioribus, & ſimplicioribus, nec ſolum mente, ſed & manu dignoſcibilibus. *Diſtinguimus* vero *in Activa*, & *Paſſiva: illa* ad *unicum ſal*, ut figuratum ab Acido, referendo; per *hæc* cum *Thale Mileſio*, *Aquam*, ex quâ nata ſunt omnia, credendo.

Probant id non tantum ſacræ literæ, ubi eæ primò creatæ leguntur: ſed & tam aquarum in germinatione & nutritione neceſſitas, quam & per ignem corporum omnium in aquam reductibilitas.

Quod *Aqua omniſeminaria* ſit, ſive omnia per *omnia nutriat*, hoc probant *ſalix*, mentha, quæ *ſolius aqua alitura in ipſis lapidibus & arena*, in *ſummam altitudinem excreſcunt*, ut jam terræ pondus excedant: Hinc in petram cadens ſemen, quia humorem non habebat, exaruit, nec virgultum, nec herba oriebatur antequam plueerat. Votis igitur vocandus imber fertili agro apud *Virgilium*.

Si

Si Menſe Martio betulam perforamus, extillat aqua, quæ ſpatio quatuordecim dierum præponderabit arbori cum ramis, & radicibus; ut inde *videantur arbores ex ſola ferè fieri aqua.* Et *ſi mortuorum cadavera* in cœmeteriis, *non in aquam*, ſed cineres, & terram, migrarent, in immenſum cœmeteria concreſcerent, quod verò experientiæ repugnat. Sal ideoque inhumata cadavera devorans aquâ diſſolutum in terræ cuniculis ſe abſcondit, ſicque vetat ejus turgeſcentiam. *Si* verò ut *Sacra memorant*, *cadavera in cinerem* vertuntur, *ergo in Sal lixivum*, quod aquæ paritionem præſtat.

Cum ita *corpora omnia materialiter ex ſola aqua* prodeant, ita & in eam per artem reduci rurſus poſſunt: pro unico & ſolo ſufficienti exemplo nobis ſint *Olea*, quæ difficulter aliàs aquæ commiſcentur. Hæc *tam ex Vegetabilibus*, *quam Animalibus*, adjecto pauco *Sale Alcali*, ſaponis naturam aſſu nunt, & inde in aquam reduci poſſunt, vel addito alcali volatili, *cum Spiritu vini* citius *in aquam redeunt:* nec ipſa etiam Terra, *Helmonte teſte*, à reductione immunis, ut nec lapides, quæ ipſa aquæ fructus exiſtunt.

Clariſſime ex hiſce patet, *rerum omnium naturalium materiale principium*, & incrementum, *ex ſolâ & unicâ* conſtare *aquâ*, mediante ſemine ſpecifico, ſeu Formâ intrinſeca, & univerſali motore, diverſimodè modificatâ, & variè figurata, & ſalificatâ, ex quarum ſymmetria perpetuus rerum naturalium oritur conſenſus.

*Aqua itaque nutrit*, *Sal informat*, *Terra vero conformat*, atque ita ſervatâ legitimâ pabuli portione, procedit æquis paſſibus germinatio; ſicuti limaces domicilium ſibi formantes, æquali dimenſione cum iſto accreſcunt.

*Aqua* in vegetatione terræ *ſalia ſolvit*, ut quæ in ſeminum incunabulis latent, iisdem foveantur, & ſi nimis indigeſta hæc ſint, multis cuniculorum in terra, fibrarumque in planta mæandris rectificentur: quod verò in terra non perfecit, *in aëre* præſtat, in qua *ſalis hujus perpetua quaſi eſt Minera circularis*, nam quæ ex terra exhalant ſalia, volitant in aëre, & ſi eis terra indiget, ex ea recuperat, *concurrente* ſemper ut dictum *univerſali motore.*

Hunc *primarium ſublunarium motorem Hippocrates* jam ſubtilem aërem, jam terræ & alimenti vehiculum, jam calidum appellat. *Plato* animam Mundi vocavit, hujusque motus ſurſum, non deorſum inclinat, ac *Sol eſt*.

Ut vero producantur fructus, *loca aëri patula ſint*, *non quod aër ſolo motu* hæc abſolvat, *ſed ut* tanquam concauſa, *ſalem ſolvat*, nec humidum denegetur, tanquam verum, primordiale, corporum nutrimentum & principium materiale.

Ut brevibus rem expediamus, & præmiſſa demonſtremus, lubet proceſſum quaſi mechanicè per exemplum deducere.

Sumamus *Vegetabilis cujuſdam ſemen*, hoc *terræ immiſſum*, vel item extra terram ſæpius, aquâ humectatum, diſponitur ex unitate ad extrinſecam ſuam formam, mediante univerſali motore *Sole*, producendam: Alcali enim in ſemine latens, cum Acido, veluti ex puncto reſuſcitatum, extrorſum protenditur, & per lineam quaſi ex unitate, per binitatem, & trinitatem, ad compoſitum corpus, per varias ex contrariantibus ſalibus emergentes figuras cubicas tendit, tandem circulum formando:

In tanta namque circulatione, *Salia*, *ex variis quadraturarum figuris abeunt in olea*, circularis figuræ; ſicuti omnia corpora perfecta ferè circulum imitantur, non tantum in Vegetabili, ſed & Animali, ac Minerali Regno: tales verò eſſe in minimis ſcheſes, quales in majoribus cernimus, facilè concludendum.

Hîc *aquam* ceu primam, & *principaliſſimam* concretorum *materiam*, in & per quam creſcere omnia nata ſunt, conſideramus: deficiente enim ea, ſterilia eſſe cuncta, ex Sacris legimus: in hâc tamen fit mixtio per motum *à Sole*, *ſive Luce*, ſubtiliſſimis nimirum Acidi particulis dependentem, abſque quibus non agit Alcali, cum illis ſolis & acumen, & ſubtilitatem, debeat: cum enim *nulla res* corporea *ſua vi ſurſum* fertur, impulſore *Sole opus eſt*, antequam vertex adeatur: & tunc, quando Salia per varias fibrillarum torturas hanc compulerunt, arctiſſimè unita *faceſſunt in oleum*.

*Hæc* in Vegetabilibus, ſi nacta ſunt ſolum natali Sole calentius, *minima exſerunt ſpicula*, ut in aromatibus conſpicuum, quæ ob id ſenſu aduſtioni analogo, linguam mordent, cum eis *à Sole celerior adfricatus ſit motus*, & quoniam æquali, ſicut *empyreuma inæquali*, igne aduſta ſunt, fragantiam, loco fœtoris, ſpirant, quia in his ſalium figuræ mixtæ ſunt intimius, & defricatæ minutius, hincque facilius exhalantes.

Cauſa item in Odoratis perficiendis concurrens, eſt *pororum* ſumma *coarctatio*, per quam *aquæ ſuperfluæ præcluditur aditus*; quæ ſi irruat abundantius, ſibi magis patulas facit vias, ac ſalia nimium diſſolvendo, plantarum debilitat vires; ſicuti in ſpongioſarum & laxarum plantarum analyſi experimur, utpote quæ *aquam* abundanter, noſtram communem efficaciâ vix prævalentem, promunt.

*Hoc* ideoque legitimum *rerum naturalium pabulum*, diverſimodè *corpora alterat*, quod vides, ſi diverſas intuearis plantas, ubi quæ ejuſdem nimia obruuntur copia, in proprium luxuriant interitum, quia plus aquæ ſuppeditatur quam ſal elaborando eſt; mixtio enim intimior, & per aquam nimia dilutio, figuratæ conſpicuitatis hoſtes ſunt.

Pabulum itaque juſtè commenſuratum eſto, quo ſalia plantam variatis ſuis propriis à Deo conceſſis figuris juſtè exornent ac virtutibus legitimè imbuant.

Luculentius hæc capies, ſi diverſa intuearis plantarum vel florum folia, quorum hæc hirſuta, illa glabra, alia lanuginoſa, alia tandem pungentibus prædita cuſpidibus ut urtica, &c.

Si verò arctioribus clauſtris irretiantur hæc plantarum conſtitutiva, perennes ſunt, ſicuti *flos gnaphalii*, qui quum nec nimia aquâ dilui potuerit, nec nimio ſcateat ſale, longum tempus ſuperſtes eſt. *Unicum igitur Acidum viribus manifeſtum eſt, & ſpiculis conſpicuum, & tam guſtu quam viſu & odore, juxta figuras dignoſcibile.*

Non enim Oleum linguam mordet niſi ſalinæ in eo obriguerint particulæ. Hoc videmus in gummatibus, item aromatibus, quæ quia plus Olei, minus ſalis habent, & contra.

Si enim *aromata in ore madeſcant*, percipimus *confeſtim ſalium in iis latentium vires*, ſalinæ enim particulæ ſalivâ ſolutæ, lubricis oleorum hamuſculis ſeſe extricant, quarum *minimæ odoratus potius*, quam guſtus objectum ſunt, & in externis pro varia particularum figuratarum poſitura, interveniente lumine, viſum magis vel minus delectant. Atque ita conſpicimus *ex Unitate omnia*, & omnia tandem rurſus ad Unitatem regredi, cum id quod fuerunt deſinunt eſſe.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*metica* ab inventore ficto, *Hermete* ſcil. *Triſmegiſto*, aliis *ſpagyria* à σπάω & ἀγείρω, ſolvo & coagulo &c. audit, ſed Definitionem hic breviſſimis dabimus. Quod ſcilicet *Chymia ſit illa neceſſaria Pharmaciæ pars, & ars, mediante quâ, ignis ope rerum naturalium, & quidem mixtorum partes ab invicem ſeparari, purum ab impuro ſegregari vel in alias ſubſtantias transformari queant, ut magis efficacia inde reſultent medicamina, quibus nullus rationalis Medicus carere poteſt vel debet.*

Quod verò Chymia ſit Ars, plurimis demonſtrationibus hic haud ventilabimus; ſed inde certo certius eluceſcit, quod non in ſpeculationibus aut phantaſiis, ſed certis experimentis & demonſtrationibus, ſive operationibus conſiſtat; aliâs quivis idiota mox foret chymicus; Relinquit verò poſt ſe opus, genuina nimirum morborum remedia, ſic & Enchireſes die Handgriffe conſtituunt quaſi Chymiæ animam, cùm enim hæc non niſi manibus tradi queant, ſic non niſi adhibendo proprias manus, exactè addiſci poſſunt.

Non ergo datur *Chymicus Theoreticus* niſi fortè *in Utopia*; Neque tamen artibus illiberalibus propterea adnumeranda venit, niſi Cinifiones oder die ſo genannte laboranten excipere velis cum Empiricis vulgaribus, qui ſpretis rationibus, ſuos elaborare ſolent ſpiritus corroſivos &c. non aliter ac ſutor ex arte ſua calceum bene conficit; ratio verò de certitudine & operandi modo judicare debet.

*Cauſa Chymiæ efficiens* Ignis eſt, ſive naturalis ſive artificialis, modo agat excitative, dum cujusque rei internum ignem ſive activas partes in actum deducit; vel effectivè, quando mixtorum partes vel diſſolvit, vel conjungit rurſus, vel & ex partibus illis nova producit corpora, prout hoc nos docent Alcalia per incinerationem vel calcinationem producta &c.

Et inde innoteſcit *Chymiæ Forma*, utpote in ſeparatione & compoſitione conſiſtens.

*Materiam verò, ſive ſubjectum Chymiæ*, conſtituit quodcunque *corpus Naturale ſive Mixtum.*

Adminicula addunt Aſtra, ſiquidem illa, nonnullarum operationum

vel loco ☿ij. dulcis, propinare ☿ium ſublimatum &c.

Dantur verò malitioſi qui ut ſe extollant, alios in vulgus tr
cere ſolent, *perſuadendo illum, Medicamenta Chymica eſſe nimis
da, vel fortia, aut corroſiva*, utpote ex mineralibus vel & Me
elaborata. Verum etſi negari haud queat, quod mineralia quæ
vel metalla ita crude exhibita, naturæ noſtræ ſint omnino contr
vel & malè elaborata, certò noxia; tamen ſi arte Chymica op
elaborata extant, ad vitæ conſervationem tam, quam & depelle
morbos omnino ſunt tuta & ſecura, modo Medicus ea pro
manu habeat parata.

Dantur quandoque caſus tragici, dum poſt medicamen aliq
chymicum, etſi legitimè paratum, & elaboratum, æger moritu
propterea hoc vel illud medicamentum chymicum tanquam no
& minus tutum haud erit exclamandum, ſed *hoc cautum reddat æg
ne cuilibet facilè credat, illum verò ſibi eligat Medicum, qui artem
micam optimè callet, & propria manu ſua elaborata habet medicam
chymica.*

Et quis medicorum neſcit (de expertis loquor) etiam me

menta ſimplicia ſive Galenica *in manu ignorantis eſſe, quod gladius eſt in manu furioſi; utpote quæ non apto tempore data tam nocent quam chymica etiam optimè elaborata.* Ipſe *Galenus*, & ejus aſſeclæ omnia Purgantia venenata exclamant & tamen Galenici tot & tantis Purgantibus ſuos ſolent vexare ægrotantes.

Simplex Medicorum vulgus nimis calida eſſe medicamenta chymica exclamat, hincque ea ceu admodum violenta damnat: Sed calor talis imaginarius, vel externus ab igne illis adfricatus eſt, vel internus & illis connatus.

Hinc ſi ea de cauſa calida eſſe & violenta cenſentur chymica quod per ignem ſint elaborata, *etiam aqua omnis deſtillata, imo caro cocta propterea, tanquam calida eſt rejicienda.*

Et, ſi ob calorem internum vel connatum talia vitantur, quid ni & ſuum *ſcammonium*, *pyrethrum*, vel & *aromata*, rejiciunt Galeni aſſeclæ, &c. Taceo largiſſimum Medicamentorum Chymicorum campum; ubi ſanè plura dantur medicamenta Chymica, quam vel mercurius vel antimonium fundunt. Quot Eſſentias, quot Tincturas, ſpiritus, ſalia, olea deſtillata, &c. nobis non promunt Pharmacopolia! ut illis, vel mercurialibus aut antimoniatis, carere optimè poſſimus: utpote in quæ ut plurimum culpa redundare ſolet.

*Cauſa* ergò *quod medicamenta Chymica ſoleant reddi in vulgus exoſa*, dependet, vel à *malitia medentis*, utpotè *qui alios traducendo*, ſe ipſum extollere intendit; *vel ab ignorantia ejus* qui chymiam ignorat, atque propterea medici nomine indignus omninò cenſendus.

*Dividi verò vulgo ſolet Chymia in quatuor ſpecies*, quarum *prima* illis Univerſalis dicitur, quod medicamento univerſali, ſive *Lapidi Philoſophico* elaborando occupata ſit, &c.

*Secunda* Metallurgia audit & metallorum tranſmutationes intendit.

*Tertia* Dokimaſtica vocatur vel & metallurgia, quæ metalla ex ſuis mineris fundere vel ſeparare, & *Quarta* illa quæ in genere tam ex minerali, quam & vegetabili, ac animali regno medicamenta elaborare docet.

Nos

Nos hanc ultimam ſaltem ſpeciem hic aliis præferimus, utpote Medico omninò neceſſariam, quippe hæc eſt quæ medicamenta elaborare docet, ſine quibus morbi chronici plerumque fruſtræ tentari ſolent, & tam tuta ſunt, ac ſimpliciſſimè etiam medicamenta Galenica modò debitè ſint præparata, & cum cautione adhibeantur: abſque quâ cautela etiam ſimplex Galenicum ſit naturæ inimicum, imò omninò infeſtum.

## CAPUT II.

### *Neceßaria tradit Requiſita quibus rerum naturalium conſtitutiva ab invicem diſſociantur.*

Requiſita hæc ſive media, quibus ſagax naturalium ruipator indiget, *Inſtrumenta* ſunt & *Operationes.*

*Inſtrumenta* in *activa* diſpeſcimus & *Paſſiva. Activum* illud Inſtrumentum *Ignis* ſuppeditat, *Paſſivum Furni & vaſa* exhibent.

Antequam verò ad *operationes* ſit acceſſus præſtò ſint modo dicta Inſtrumenta, ex quibus Paſſiva hic primum ſibi vindicant locum, & ex eis quidem primo agemus.

### DE FURNIS CHYMICIS.

Eſt vero Furnus machina turris inſtar diverſimodè conſtructa, ad concentrandum & recte regendum ignem excogitata, ut incluſus ignis artifici obediat, atque pro voto & voluntate operationes promoveantur.

*Materia Furnorum communis, Lateres ſunt*, & tenax argilla, mediantibus pilis, arena, fumo equino, limatura ferri capite mortuo vitrioli, aliiſque remixta & cum aqua ſalia ſubacta, &c.

Figura eorum maximè variat & quilibet ſibi ſtruit tales, quos ſibi commodiores fore deprehendit: pauci tamen ſufficiunt, & duobus, vel tribus, omnes operationes chymicæ, quæ obveniunt, perfici queunt.

*Primus mihi univerſalis eſt*, in quo, modo aperto, modo ſuppreſſo igne, v. g. *in arena, cineribus, Balneo Maris, Vaporis* &c. deſtillationes inſtituo. Struitur verò hoc modo.

Erigatur *furnus* altitudine *ſpitamarum ſex*, *latitudine duarum*, foramen cinereum, ad craticulam ferream uſque altitudinem ſpitamæ non excedat, ſicuti à craticulâ ad foramen, per quod carbones injicimus, altitudo, ſpitamam non tranſcurrat, reliqua altitudo ulterius ad dictas ſpitamas ſex extendatur, vel ultra, quò enim altiores furni, eò attractio ignis fortior. *Craticula ferrea ſupra cinereum ita aptetur, ut extrahi & imponi pro lubitu poſſit.* Superior furni pars interior, rotunda ſit, pro rotunditate & magnitudine capellæ arenariæ, vel aheni, ad arenam, vel Balneum immittendum. Supra craticulam verò ferream, altitudine duarum ſpitamarum, per foramina parva, imponatur per medietatem furni baculus ferreus, craſſitie pollicis, pro retortis, capellis, vel ahenis ſuperponendis.

In hoc ita pararo furno inſtituimus deſtillationem, vel, impoſitâ craticulâ carbonibus, vel in horum defectu, ſi craticulam extraxerimus, lignis, foramini cinereo impoſitis, & incenſis.

*Ignem* vero tunc *regimus, vel parcè apponendo ligna, vel retrahendo* paulum ignem, donec fortiori opus habeamus, ubi tum augeri pro lubitu rurſus poterit.

Hunc furnum aliis commodiorem inveni ſemper, quoniam deficientibus carbonibus, ſi ſaltem ligna ſuppetant, ubique deſtillationes inſtituere potuimus. *In ſuperiori tamen parte* relinquenda ſunt *foraminula quædam*, ad ignem regendum, quæ pro igne minuendo claudi, pro augendo vero aperiri rurſus poſſunt.

*Si magis compendioſiorem* velimus furnum, inprimis ubi lateres deſunt, *accipimus ollam magnam*, ſpitamas quatuor vel quinque longam, in hâc fundum perforamus, cautè tamen, inque mediâ ollæ parte foramen ordinamus carbonarium, & ſupra hoc, ut in ſuperiori, per parva foramina, baculum ferreum imponimus, ad imponendam capellam. Tunc lutamus ollam intus optimo luto, pollicis craſſitie, vel aliquot digitorum. Hanc ita exſiccatam ollam imponi-

·otundo, arenæ in circulum impoſitæ, impreſſo, occludatur, ne aëre attracto omnes carbones, ri furni parte ſupra craticulam ardere debent, acım calor per foramen laterale in appoſitos furnos

## DE VASIS.

:is magis neceſſariis: ſequuntur *vaſa*, quæ adhiultum variant: *Quædam* enim *mediatè*, *quædam* ›onuntur, & *ſunt vel terrea*, *vel vitrea*, *vel metal-* figurarum, pro diverſo artificis ſcopo.

t *capellæ arenariæ*, ſæpius etiam *retortæ*, & *cucur-* , hæ verò *ex vitro*, multò *fiunt præſtantiores*, ſicuti , *phiolæ*, *receptacula*, &c.

aliud vitrum *igni immediatè* debeat apponi, prius ı verò non lutatum igni apponere placeat, ſup-*inverſum*, *arenæ manipulo impletum*, ut à ruptio-ne fiat, tum furni orificium claudatur patinâ ter-|uæ pro regendo igne inſerviet, ſi excepto unico .es reliquæ claudantur rimæ.

Si tamen *retortæ* diuturniorem fortiſſimum ignem ſuſtinere debeant, fiant *ex ferro fuſo*, quæ inſerviunt optimè *in deſtillandis Mineralium ſpiritibus*, C. C. *Cranio*, *Viperis*, &c.

Vel ſumatur *olla ferrea*: huic *operculum ex terra figulina*, ita aptetur, ut *alembicum* ſi lubet *vitreum*, vel *terreum*, imponere poſſis: hæc tibi inſerviet olla pro *ſpiritu ſalis armoniaci martiato*, aliisque Mineralium ſpiritibus deſtillandis.

Reliqua vaſa metallica, *ex cupro* utplurimum conſtant, *ut veſica*, & *ahenum*, tam Balneo Maris, quam Vaporis inſervientia.

*Balneum Maris*, ubi per aquam ebullientem, vitrum materiam continens calefit, maximè variat: omnibus tamen *præfertur* methodus, *per arenam humidam*, tum ratione ſecuritatis, tum ratione graduum caloris, quos ſemper æquales miniſtrat.

*Ahenum ſit* oblongum, & pro lubitu ſat *capax*, ut aliquot cucurbitæ imponi queant, *circa medietatem internam circulum habeat*, in quo baculi ferrei requieſcant, ut eis *laminam ferream vel cupream*, *multis foraminibus perviam* ſuperponere, huic verò *foraminulatæ laminæ*, *pannum forte cannabinum*, vel ſtupeum extenſum, ſuperinducere, & tandem hanc cavitatem arenâ replere, huic verò cucurbitas imponere poſſimus: Tum *inferiori aheni cavitati aqua indatur*, cujus bullientis vapor arenam humectando calefacit, & hinc impoſitas cucurbitas, æquali ſemper calore, abſque ruptionis periculo ferit.

Si *Balneum Vaporis* deſideres, *aheno oblongo* impone *operimentum ligneum*, foraminibus rotundis, pro magnitudine cucurbitarum imponendarum, præditum: *his foraminibus ſacculi ex forti ſtupa alligantur*, *& his ſacculis cucurbitæ imponuntur*, nec tamen aquam attingant, ſed bullientis ſaltem aquæ vapor eas afficiat.

Obſervandum verò hic, ut *ſemper reaffundatur aqua calida*, ne affusâ frigidâ interrumpatur caloris æqualitas, vel vitra admiſſa frigidâ rumpantur, ſemper namque debet adeſſe ſufficiens aquæ quantitas, ne aquâ decoctâ, ahenum detrimentum patiatur, & ſacculi adurantur.

*Veſica*

*Si Salia* forti igne *ſuſtinere debeat crucibulum*, fortiſſimo igne uſtum ſit, ſicuti *Haſſiacum*: & ſi mixturam ingrediantur pulveriſati lateres, tum quo diutius igni committuntur, eò fortiores fiunt.

Si *catilli cinerei*, quos vulgo **Capellen** vocamus, expetantur, ſumito *cineres de levi ligno fagino*, ceu meliores, cribro inditis ſuperfunde *aquam*, & carbones cum craſſamentis reliquis in cribro relinquentur, ſubtilioribus cineribus in vas ſuppoſitum deſcendentibus: ſubtilioribus his cineribus ſuperfunde recentem aquam ad eminentiam, quiete per duas horas conceſſâ, decanta aquam, & recentem reaffunde, hocque repete tam diu, decantando reaffundendoque aquam; donec omne ſal extractum, & aqua clara decantetur:

Tunc reſtitans in fundo *cinis ſubſiccus comprimatur in globulos*, qui ad aërem ſatis exſiccati in fornace figulinâ *iterum urantur*, ut omne impurum abſcedat: his pulveriſatis cineribus ſuperfundatur *aqua fontana*, & relinquatur ad quatuordecim vel octo dies, tunc decantetur aqua. Quo facto huic elixiviato & purificato cineri affunde de novo aquam, & baculo agitato ut turbetur, hanc turbidam cinere aquam ſubitò decanta in aliud ſuppoſitum vas, ut craſſiores cineres remaneant, quos remove, cineres verò cum aquâ decautatos, quando ſubſiderunt, exime, ſemel adhuc recentem ſuperfunde, & ut prius procedito, aquam turbatam decantando, craſſiori relicto, & ſubſidentia factâ ſubtiles exſiccando cineres, & ſervando.

Si poſſunt haberi *cineres ſarmentorum vitis* ad hoc opus eligantur.

Tum recipe *oſſa vitulina*, vel *ovilla*, *medulla carentia* hæc *ad albedinem calcinata* & pulveriſata, perque cribrum tranſmiſſa in porphyrio redigantur in pulverem, ſequenti uſui inſervientem, v. g.

℞. *Cinerum purgatorum partes duas.*
*Cinerum ex oſſibus partem unam.*

Vel ℞. *Cineris purgati* ℔. j. *pond. civil.*
*Oſſium calcinator. & præparat.* ℥vj.
*Argillæ puræ ſubcæruleæ* ℥ij. ʒij.

Hæc

Hæc mixtura *aquâ fontanâ irroretur*, ut ſaltem cohæreat, hâcque impleatur mortariolum, manibus quodammodo imprimendo, ſupereminentem vero removendo, & tribus vel quatuor pulſibus piſtillum in id cudendo: tunc *inſperſo* per cribrum *polline oſſeo*, uno atque altero pulſu ſuperaddito, abſterſum piſtillum apponatur, catillus verò cùm mortariolo cineribus impoſitum exprimatur, & ad exſiccationem reponatur.

Multi loco aquæ mixturam irrorant *cereviſiâ pingui*, *albumine, ovi* &c. ſed tum *facile laxiores pori relinquuntur* (cùm pingues & craſſiores cereviſiæ & albuminis particulæ combuſtæ fuerunt;) qui tunc facilè prædantur Metallum purum.

*Teſtæ ex ſolis fiunt cineribus purgatis*, circulo ferreo majori incluſis, & globulo lapideo hinc inde verſato cavitatem imprimendo. In his verò tantillum argenti à teſtis unà ſorberi, non tacendum, quod tamen in majori excoctione non magnifaciendum.

Si *catilli* conficiuntur *ex ſolis cineribus oſſeis*, *ſolutione nitri humectatis*, & pollini oſſeo aſperſis, tardius, ſubtilius, & abſque periculo Metallum purificatur, nec quicquam de Metallo puro prædatur. Et ſi ad hoc opus poſſint haberi *oſſa*, *& ſpinæ piſcium*, omnibus præferenda eſſent.

Nobiliſſimos omnium fieri *ex ſpatho* ſolutione Vitrioli irrorato, D. *Cardilucio* lubenter credimus.

*Pollen oſſeum* vulgo Clár vocatum,

Sine quibus boni catilli non conficiuntur, fit *ex oſſibus cranii vitulini anterioribus*, *per coctionem à pinguedine depuratis*, & ad albedinem calcinatis, inque porphyrio ſubtiliſſimè tritis: tum verò aquâ de novo humectatis, inque tigillo clauſo per horas quatuor adhuc ſemel calcinatis, tunc refrigeratis, & tandem ſubtiliſſime tritis: hoc inſternitur catillis nè rimas acquirant, & maſſa exploranda eo melius decumbat.

*Modus purificandi argenti* hic eſt: Prius *tegula furnicata cum catillo furno immittatur*, tum ſenſim ignis admoveatur, ut ſenſim omnia candeant, hoc viſo, immitte *plumbum granulatum*

forcipe eximantur.

Plumbi admiſcendi pondus noveris, ſi conſtet admixta arge to æris quantitas, ſi enim argentea maſſa tertiam partem æris v hat, ſuboctuplum plumbi requiritur, ſi aliquantum minus, ſubſe tuplum.

*Non tamen unâ vice plumbum teſtæ ingerendum*, ſed ubi lang dius fluctuat maſſa, de novo affuſo plumbo excitetur, ut curſu ſuum alacrius continuet.

*Tegula furnicata eſt vas terreum, oblongum*, oſtiis pervium, & lateribus foraminulis præditum, *tegendis catillis aptum, ne favillæ cidant*, & calor temperatius catillum feriat: alii connectunt cu fundo dimidium digitum craſſo, alii verò ab illo ſeparatum, & ſalte illi ſuperpoſitum pro lubitu adhibent.

Si verò tegula furnicata deſit, ſumatur *triangulare crucibul magnum*, hoc in lateribus perforetur, & lateri impoſito catillus i ponatur.

Sequitur *LUTUM*

quod curioſus deſtillationum obſervator maximè obſervet, cum al levis in hoc error ab artifice, rem perfunctorie adminiſtrante co miſſus, totum ſæpius fruſtretur laborem.

Eſt tamen *varium*, vel pro furnis, vel vitris, &c.

Sic expetatur ad furnorum ſtructuram, lutum fiat ex *argillæ cæ, vel limi* partibus quatuor, *arenæ craſſioris contritæ* & *tomenti* a partibus tribus, *ſquamarum ferri* parte, unâ ſemis, & *fimi equini* p te dimidia. Hæc ſubigantur *additâ aquâ*, in quâ *fimus equinus* ma ratus ſit, donec evadat maſſa juſtæ conſiſtentiæ, & lutum erit ratu, pro furnis, focis fuſoriis, & retortis loricandis; & ſanguine l

b

bulo humectandis; inprimis ſi retortæ collum recipienti jungendum ſit, ubi caput mortuum Vitrioli optimè additur.

*Si rupturæ Vitri claudendæ*, expertum fiat lutum ex *caſeo recenti* & molliori, *farina frumenti*, & *calce viva*. Vel *calx viva cum ſalis comm. ana. & albumine ovi ſubigatur*, & cum veſicis bubulis applicetur, vel etiam ipſæ veſicæ abſque luto, ſolo ovi albumine humectatæ imponantur.

Sic *canales* alembici affuſâ pice *doliis junguntur*, vel hâc mixtura picantur, v. g. ℞. *reſinæ* ℔. j. *terebint.* ℥. iiij. *ceræ* ℥. ij. *vitri Veneti pulv. farinæ lateritiæ*, *calcis vivæ*, *ſquamæ ferri* ana. ℥. j. mſ. quâ etiam mixturâ fontes picantur.

Pertinet huc

*SIGILLUM HERMETICUM.*

quo phiolarum collum liquatione occludendum venit: hoc ita fit: Sume *ollam terream*, *in* cujus *fundo* fac *foramen* rotundum, tali magnitudine, ut phiolæ ſolùm collum tranſeat, hoc facto carbonibus, quibus ollam repleviſti, ſenſim ignem adhibe, ut collum tandem vitri candeat, & quaſi liqueſcere velle videatur, quo obſervato, collum forcipe comprime, vel forfice abſcinde. Si verò non accuratè adhuc ſentiatur clauſum phiolæ collum, ſume *vitri Veneti pulv. Borracis Venet.* ana. p. æq. *Succini pulv.* parum, cum *ſpir. vini* fac pulticulam, quam phiolæ collo circumlitam, & per fiſtulam modo aurifabris uſitato fundendo ferrumina.

# CAPUT III.

## *De Igne & Gradibus ejus.*

SEquitur *Inſtrumentum* ſeparatoriæ artis alterum, *Activum Ignis*, cujus tanta eſt non tantum hic, ſed & in omnibus fermè naturalium mutationibus neceſſitas, ut etiam ipſe *Hippocrates*, cum aliis ex Antiquis, ipſum pro Anima quaſi & Vitæ Principio non in plantis ſolùm, ſed & Animalibus & reliquis habuerit, & pro ſolo ferè naturali Principio conſtitutivo mediante aquâ crediderit ubi inquit:

*Conſtituuntur tum animantia* alia *omnia, tum ipſe homo, ex duobus,* differentibus quidem facultate, concordibus verò uſu, *Igne nimirum & Aqua.*

Ignem verò originis ratione, *Solaris Lucis*, eſſe veram ſobolem, multa docebunt experimenta: *Hujus etenim particulæ lucidæ, in concretis ſucceſſu temporis plus vel minus concentratæ, calorem & ignem conſtituunt*, facile poſtmodum accedente motu emergentes, & ignem nobis artificialiter exhibentes.

Has æthereas particulas omnia per omnia movere cum aliis ſtatuimus, adeò, ut, ubi de figuratorum ſchematum actionibus ſermo inſtituitur, ſemper hunc ſubintelligamus ignem omnia pervadentem.

Sed cum inſtituti noſtri ratio hic non ſit, luxurioſum inſtituere diſcurſum, de variis inde dependentibus ignis originibus, ſufficiat nobis ejuſdem *ſaltem uſum artificialem* hic breviter indicaſſe, quatenus ſcilicet ad ſeparationes rerum concurrit.

Hic enim particulis ſuis minimis, acutiſſimis, ſubtiliſſimis, & penetrantiſſimis, poros corporum intrat, angulos & latera movet, exagitat, craſſa attenuat, dilatat, rarefacit, ſeſe cum materia permiſcet, eamque in particulas minimas dividit.

Hic nobis *ignis vel mediatus eſt, vel immediatus.*

*Immediatus* eſt cum ignis undique vaſculum lambit, & vocatur *Reverberatorius.* Si verò fundum ſaltem ignis vaſis ambiat, & collum liberum ſit, *Semireverberatorius* audit.

*Mediatus eſt*, ubi ignis vaſculum non attingit, propter aliquod medium, & eſt vel *ſiccus, cum arena, cinis,* &c. vel humidus, cum *aqua* intercedit.

Si hæc, dicitur *Balneum Maris*, ſi illud, vocatur *capella cinerum, arenæ*, &c.

Si *Vapor ſolum* exhalans vaſculum tangat deſtillatorium, *Balneum dicitur Vaporis.*

Cum verò periculoſa ferè ſint Balnea, & præterea incommoditates plurimas conjunctas habeant, tam ratione vitrorum, quæ difficulter ſub aqua retinentur, quam ratione aquæ, quæ

ſemper

ſemper calida refundenda: excogitata eſt alia methodus, quæ vocatur *per arenam humidam deſtillatio*, hæc omnibus *aliis præfertur modis*, hunc vide ſupra, ubi de vaſis mentio facta.

Jam ad *ignis gradus*, quorum artifices vario modo commenſurare ſolent limites, hi *maximè variant*, & deſtillationum accuratus obſervator, ad hos diſtinguendos *Archimedis Circino* opus haberet. Primum tamen cognoſcimus gradum, quando manus calorem mediante aquâ, cinere, vel arenâ, patitur; Si diu minimè ferat ſecundus eſt: Et ſi aduratur tertius; Si verò candeant omnia, quartus adeſt ignis gradus.

## CAPUT IV.

### *De Operationibus Separatoriæ arti neceſſariis.*

Luſtratis neceſſariis Inſtrumentis, ſuſcipiemus ruſpari alterum ad ſeparanda Principia Medium, *Operationes*, quæ in compoſitis abſconditas variaras particulas ſenſui conſpicuas reddunt. *Conſiſtunt* verò *in* duobus *SOLUTIONE* & *COAGULATIONE*.

### DE SOLUTIONE.

*Solutio* eſt compoſiti in particulas diviſio, quæ alias mixtione, & ſuâ temperie externis ſenſibus diſtinctum denegant examen, & in compoſitis abſcondita, nulla ferè virium dant indicia: à cæteris vero ſecreta ad mentis lumen deferuntur, & ſuis aculeis corpus afficiendo, ipſum feriunt intellectum.

Sed cum occluſa hæc ſint naturæ arcana, & repagulis quaſi firmata, clave opus eſt, ut ad Regis Palatium introitus concedatur, & nuda ſine veſte Diana conſpiciatur.

*Clavis* hæc *Menſtruum vocatur*, vel *ſolvens liquor*, conveniens pro extractione, & ſolutione artificioſâ mixtorum.

Eſt verò vel *Univerſalis* vel *particularis* talis liquor. Univerſalis eſt, qui ſolvit compoſitum ſecundum omnes ſuas partes ſimul: Tale ſolvens *vocatur ab Helmonte Alcaheſt*, quaſi al-gaiſt/ vel Alcali eſt, & ex mente ejusdem eſt Mercurialis liquor, in quo ſulfur

internum extraverſum; & humidum Metallicum attenuatum, adeo, ut fiat liquor immutabilis, immortalis, indiviſibilis, agens abſque repaſſione, omnia conſumens excepto ſuo compari, à quo ſolo permutatur & ſubjugatur, nec eſt corroſivus, & conſumit morbos ut ignis.

An verò tale detur Univerſale Solvens, multum dubios nos reliquit *Helmont*, cum, ſi omne compoſitum ſolvere debeat, nullum ab hoc intactum relinqueretur vitrum, quin ipſum paucis horis in Magiſterium fatiſcat.

Non itaque abſolutè, ſed reſpectivè hoc nomen obtinuiſſe cum aliis credimus, cum dentur Menſtrua polychreſta, & plurimis ſolutionibus apta, quæ etiam blande, ſuaviter, & ſine ullo ſtridore, adeoque non violenta, ſed amicâ ſolutione, corpora ſolvant.

*Particularis* hinc liquor ſolvens; hîc locum ut plurimum habeat, qui uni certæ rei ſolvendæ, & extrahendæ, par ſit.

Hic ineſt vel *aqueus* vel *ſulfureus* vel *ſalinus*, & ratione originis vel *Vegetabilis*, vel *Animalis*, vel *Mineralis*.

*Menſtrua aquea*, utpote puriora & ſimpliciora, fundamentale quaſi Menſtruum conſtituunt, quia de ſpiritu univerſali plus vel minus participant, & ex univerſali fonte emanarunt.

Talia ſunt principaliter *aqua pluvia deſtillata*, in ſpecie *circa æquinoctia*, & potiſſimum *Vernale*, collecta; quam *Mercurium eſſe Hermetis*, & in ejuſdem tabula intelligendnm, nonnulli cum *Dienheim* latius explicant.

Item *Ros Majalis*, ſimplex, & deſtillatus. *Aqua item vitis*, è vite primo Vere deſtillans, & *ad extractum croci* contra Melancholiam adhibita: *Succusque betulæ*, ad cereviſiæ lithontripticæ coctionem, optimè additus. Item *Phlegma aceti deſtillati*, à ſale Tartari in arcani Tartari præparatione abſtractum, ab Excellentiſſimo *VVedelio*, ad quamplurimas tincturas extracta, & Eſſentias commodiſſimè in uſum vocatum.

*Ex Animalibus ſerum lactis* inprimis *caprini*, eximias extrahendi virtutes obtinens.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Spiritus hi ſolum ratione particularum ſalino-ſulfurearum agunt, quæ quo ſuperfluitatibus liberatæ magis exiſtunt, eò fortius penetrant.

Cum verò ſalinæ corporum particulæ in oleoſas, ſulfureas, fixiores obriguerunt, fortiori item & magis appropriato ſolvente habent opus, qualia ſunt olea ipſa. Hæc felicius & intimius ſolvunt ſulfura, reſinas, bitumina, pinguedinem & his affinia, quam ſpiritus, quia in illis particulæ ſalinæ ſunt concentratæ magis, in his verò nimio humido debilitatæ.

Exemplum nobis præbet inter alia *reſina Galappæ, Scammoni, &c.* quæ promptius vires exſerunt, ſi *oleoſitas* quædam accedat. In genere hi dependent effectus à ſtatu fixitatis per ſpirituoſa ſalina in ſtatum volatilitatis verſo, & contra.

*Salina Menſtrua* præ reliquis omnibus activitatem obtinent, in ſale enim & Sole omnia conſiſtere, Philoſophis perfacilè concedimus. *Sunt* verò *vel acida*, vel *lixivioſa*.

*Acida* ratione particularum figuratarum vel *ſunt mitiora*, vel *fortiora*, vel *fortiſſima*.

*Mitiora* & blandiora ſunt vinoſa, *ſuccus cydoniorum*, *acetoſæ*, &c. quæ ſenſu non ita manifeſto lædunt.

Ad *fortiora* verò pertinent *aceta*, varii generis, *phlegma vitrioli*, *ſucci acidi*, nativi, *citri*, *limonum*, &c.

Inter *Fortiſſima* verò numerantur *ſpiritus acidi Minerales*, ut ⊖is, *Nitri*, *Vitrioli*, *Aquæfortes*, *Regiæ*, &c. quorum ſpicula adeò ſunt acuta, ut Metalla quævis penetrent. Cum verò metallicorum corporum textura variet, non minori opera ſalina varientur ſpicula, ut penetrent; inter Activorum enim ſpicula, & paſſivorum poros, æqualis debet eſſe proportio.

*LIXIVIOSA ſunt vel fixa*, ut Alcalia omnia forti igne cremata, *vel Volatilia* quæ levi calore aſcendunt, ut *ſpir. ſalis armoniaci*, *ſanguinis cervini*, C. C. &c.

Non tamen agunt niſi ab acidis excitata, & figurata, mitius tamen ab acido alterantur fixa, potentius verò volatilia, poris plus apertis prædita.

In

In genere *ſolvens particulare* tantundem in ſe recipit corporis homogenii, quantum pori ejus continere, vel particulæ ſolvere poſſunt: Et quia *in ſolvente diverſi ſunt pori*, hinc poris unius corporis impletis, vacui poſſunt manere pori alterius figuræ, qui aliud ſibi proportionatum corpus recipere poſſunt.

Omne itaque *menſtruum* in genere *ratione ſpiritus & ſalis agit*, adjutum à ſuâ humiditate, quæ emollit: & calore, qui attenuat, & penetrat.

Requiritur verò *ad Menſtruum* Chymicum 1. *Liquor conveniens.* Cum enim non omnia omnibus ſolvantur nec extrahantur, neceſſe eſt ut liquor ſit appropriatus, & conveniens. *Alia* enim requirunt *Vegetabilia*, *alia Animalia alia Mineralia*, *& Metalla* aliud item huic, aliud illi debetur Metallo menſtruum.

2. *Debito* item *opus eſt calore*, modo fortiori, modo mitiori, pro rei exigentia. Volatilia enim mitiori calore, quam fixiora tractanda, ne eorum particulæ volatiliores nimio calore exhalent.

3. *Requiritur* in menſtruis *ad ſolvendum* & extrahendum *proportio*: Omne enim diſſolvens, ceu agens, pondere debet excellere, & ſuperare diſſolvendum. Non enim minimum eſt artificium determinare juſtum pondus, tum ſolventis, tum extracti ratione.

Non tamen ſemper adeò accuratè ſolet attendi proportio, quando *ex æquo & bono affundimus liquorem ſolventem*, ut *in Decoctis*, *in Emulſionibus* &c. vel cum ad digitorum aliquot eminentiam, ut *in Eſſentiis*, *Tincturis* &c. ſuperfundimus Menſtruum.

Magis verò accuratè pondus & proportio attenditur, ut cum *libræ uni ſpecierum*, *ſex vel octo* affundi ſolent aquæ libræ. Sic ex *Galappæ* ℔. j. cum ℔. vj. vel viij. *ſpiritus Vini*, extrahi poſſunt reſinæ ℥. iiij. una vice.

Sic *in Amalgamatione Auri* ad ʒj. requiritur ☿ii. *vivi purgati* ℥ß. &c.

4. Tempus ſolutionis attendendum, quod tamen pro majori vel minori fixitate ſubjecti variet. *Spirituoſiora* verò, ſi diutius ſtent infuſa, facilime exhalant, hinc *decantari maturius debent*, quam minus ſpirituoſa.

Terminus tamen generalis, perfecta eſt ſolutio, & *perfecta rei extractio.*

Succurrunt Solutioni *Fermentatio*, *Deſtillatio*, *Digeſtio*, *Putrefactio*, *Calcinatio*, *Liquefactio*, *&c.*

## DE FERMENTATIONE.

FERMENTATIO *in corporum Solutione facilè primas tenet*, pro fundamento *Acidum* & *Alcali* ſubſtrata habens, ex quibus perpetuæ in Macrocoſmo generationes ortum ducunt; oriuntur inde venti, fulmina, tempeſtates.

Noſtraque in his conſiſtit ſanitas; hujus fermentationis enim ope ægrotamus, vel bene valemus: in ſumma, hujus ope, tam in Macroquam Microcoſmo fiunt omnes & generationes, & deſtructiones, vel reſolutiones.

Hic enim *pugiles Acidum*, *& Alcali*, tamdiu inter ſe congrediuntur pugnantes, donec ferociâ ſepoſitâ, removendis remotis conjungendis verò conjunctis, in pacem & mutuum abeant complexum, vel reſoluta pereant rurſus: quod tamen *perire* aliud ferè *nihil eſt, quam ſecerni*; & *generari nil, quam commiſceri*; ſic univerſum horum ope innovatur ſemper, ubi hæc ſeneſcunt, illa vireſcunt; hinc Vegetabilia æterna vocat *Ariſtoteles*, quia ſpecies individuorum generatione perpetuantur! Sic *fluvii* ſe vertunt *in plantas*, *hæ in pecorum pabula*, *pecora in corpora noſtra*, & de his quando feris alitibusque jacent, augeſcunt corpora pennipotentium ferarumque.

Revocari huc poſſent plurima in naturalibus artificia, cum vel furni vel fimi igne, vel menſtruo commixto, inſtituitur in Vegetabilibus fermentatio? Ubi *ſi ſecedentes ſpiritus conſtitutivas particulas ad ſui ſecretionem ſpontaneo ſucceſſu diſponunt*, putrefactio audit.

Si

a ratione vaſorum, *alia* enim eſt *per retortam*, *ucurbitam* deſtillatio. Sic & differt ſubjecti ra-

*ıimalia* in deſtillatione ſpirant *primò ſubtiliores* particulas; *ultimò* verò *oleum*, cum ſale volatili, nc aquæ deſtillatæ ſimplices, quæ leniori igne ıt ſaltem quaſdam ſalis particulas volatiliores, l caput mortuum remanente, & forti igne em-em iis imprimente.

'erò *&* *Acidorum* deſtillatione *primò phlegma* i ſolet, poſtea vero fortiori igne ſpiritus: in ılium confectione quidam exhalârunt ſpiritus, ſe fixis acidi particulis intimius inſinuarunt, & olutione volatiles, aliàs fixis acidorum cancellis luſi prodeunt.

: itaque Fermentationis effectus maximè reddi-c *ſi fermentatorum & infermentatorum differen-'noſum uvarum ſuccum, muſti nomine notum, um tranſit phlegma; quia ſpiritus, ob firmum 'urno ſodalitio aqua cum ſale volatili pepigit*, Sicuti hinc fit in omnibus recenter expreſſis

fructuum ſuccis; qui tamen omnes fermentati ſubtiliores prius ſpirant cum humido ſalis particulas, ſive ſpiritus, antequam viribus orbatum phlegma relinquunt.

*Sic & homo ipſe pro experimento tibi erit, quo fermentationis effectum luculenter admodum demonſtrare poteris*; Hic enim pro majori, vel minori ejuſdem effectu, majori vel minori mobilitate viget. *Conſidera binos ejusdem temperamenti homines, quorum alter generoſo ſe ingurgitet vino, alter verò alimento æquè ſpirituoſo, ſed non fermentato ſe repleat. Prioris, ſi nimio peccarit exceſſu, & manus & pedes officii vix erunt memores. Poſterior verò ad omnia promptior, paulo poſt evadet.* Quoniam enim ex fermentato vin. ſpiritus ſe facile expediunt, cerebrum leviſſimi tentant, nervoſumque genus oppugnant. Ubi infermentatus cibus & potus, variis in corpore digeſtionibus elaborari neceſſe habet, ordine tunc ſuos ſpiritus ad cerebrum dimittens, unde tunc ſpiritus animales, totumque hominem vegetiores reddunt, vinum verò torpidiores.

Si huic experimento fidem facile adhibere haud queas, adeas *Alſatos*, adeas *Hungaros*, conſpicies ibi Febres ardentiores, videbis *Arthriticos*, *Podagricos*, *Colicos*, *convulſionibus tentatos*, majori certè in copia, *quam in Helvetia Alpina*, quibus *lac*, ceu infermentatum, certè, ratione & potus & cibi propinatum, talia deploranda mala minimè adducit: uti nec terrarum incolis, qui vinum potius pro Medicina, quam pro ordinario ingurgitant potu.

His leviter perſuaſus, inducerer defendere, *Vinum*, An. 1678. tantas *veloci Solis motu* acquiſiviſſe vires, & ſubtiliſſimas igneaſque ſalis particulas, quæ non minimam ſubminiſtraverint occaſionem, incipienti brevi poſt *Peſti Viennenſi*, ejuſque fermento contagioſo, & horribiliter maligno: acres enim ejuſdem & quaſi ignei ſpiritus, proſtrationes potius virium, quam refectiones induxere, naturalibus ſpiritibus devaſtandis inhiantes, hinc lipothymiam inducentes & delirium ex ſpirituum furibundo motu inferentes, externaſque partes bubonibus & anthracibus, per acutiſſima ſua ſpicula exurentes.

DE

# DE DIGESTIONE.

Sequitur *DIGESTIO Fermentationi ſæpè ſuccurrens*; quæ in operationibus chymicis maximi item eſt momenti, & magnum obtinet uſum, in plurimorum medicamentorum elaboratione, quæ alias abſque hac confici non poſſunt.

Sic multa hactenus inter non Entia relata fuere, quæ hujus ope verè & realiter exiſtunt: ſicuti *Sal Tartari Volatile*, *Tinct. Corallorum* &c.

Huic verò operationi ancillatur interdum etiam *PUTREFACTIO* quæ *Fermentationis quidem eſt effectus*, *ſed vix ſenſu perceptibilis*, quia leniſſimo calore (& utplurimum fimi) particulæ conſtitutivæ ad ſui ſecretionem, tacitè quaſi diſponuntur.

Fit verò utplurimum *in Vegetabili*, *& Animali Regno*, quæ motu abolito facilius putreſcunt cum particularum remittit congruentia, & adverſaria fit pugna, dum diſcordes rebellant & pugnant, atque inter ſe diffident.

Facilius verò putrefactioni ſubjacent corpora, ſuperfluo humido conſtantia, hincque particulis ſalinis multum dilatatis ſaltem imprægnata: unde etiam fit, quod pinguia & oleoſa, ob paucitatem humidi, & concentratum in illis acidum, non facile putredini obnoxia & ſubjecta ſint.

# DE LIQUEFACTIONE & CALCINAT.

Pertinet ulterius ad ſolutiones particulares *LIQUEFACTIO*, quæ tamen utplurimum & potius *Mineralibus*, *& Metallis competit*, & aliud nil eſt quàm particularum metallicarum, mediante ignis motu dilatatio, hæ enim ob interfluentem, & magnâ vi ſæpius tranſeuntem ignem ſeparantur, dum ignis Metalli poros undique implet: Hoc verò ex corporum poris rurſus evaneſcente, corpus coagulatum relinquitur.

*Uſus* itaque *liquefactionis* non eſt alius, quam qui inſervit variæ metallicorum corporum commixtioni, non verò ſolutioni, quæ

acutiora requiit ſpicula, & *in metallicis* ſolutionibus CALCINATIONIS nomine venit, & vel *humida* eſt, vel *ſicca*; *quæ ambo acidis perfici ſpiritibus verum eſt: omnem tamen eorum ſolutionem ferè menſtruis acceptam ferentes.*

Arctiſſima etenim eſt atomorum, ſeu particularum in Metallis coalitio; quæ fortiſſimo ſanè limatore indigent, & nî ars naturam ſuperet hoc vinculum ſat firmum durabit.

*Conſideremus primò humidam Metallorum Calcinationem*, ſeu ſolutionem, *à Sole Principium capientes*, *cujus compactiſſimam ſolvit maſſam Aqua Regia*, ſed cur? *Salium hanc ingredientium indicant ſcheſes.*

*Eadem namque Aquæ Regiæ, quæ fortis, ſunt conſtitutiva, niſi quod Regia commiſceatur, vel commune vel armoniacum Sal. Hujus itaque ſpiculatæ tricuſpides, expeditiſſimè Solare corpus tranſeunt*, quia ex figurarum tereti æqualitate volatilitatem, ex rigido verò acumine, & lævore, facillimam penetrationem obtinuerunt, *atque ubi una cuſpis ingreſſum renuit, in promptu ſtatim eſt altera.*

Fortiſſima ſæpè tamen æquè difficulter ſolvunt metalla quam debiliſſima menſtrua, & compertum eſt efficaciſſima menſtrua contrarium ſæpè inducere effectum, ſolutionis nimirum loco, indurationem & contra: quod videmus *in calculi confectione & deſtructione*, ubi medicamentoſa volatilia Acida, ſpiculis ſuis non exactè fermento illi morboſo correſpondentia, pro generatione deſtructionem calculi intendunt: *inter activorum* ideoque *ſpicula*, & *paſſivorum poros æqualis proportio*, ſolutionis potiſſima cauſa eſt.

Hæc de humida, ſequitur *ſicca* metallicorum corporum CALCINATIO, quando ex. gr. *argentum cum ſulfure calcinamus* ad tincturam Lunæ obtinendam, ubi ſulfur acidiſſimum eructat ſpiritum, metallis corrodendis aptum: *cum humida* itaque calcinatione atque ſolutione *in eo tertio convenit, quòd ſingulæ acidis perficiantur. Sive igitur fundantur, ſive calcinentur, ſive ſolvantur Metalla, per acida hæc fieri debent.* Sed cum cæterorum metallorum ſulfur magis indigeſtum ſit, atque rudioribus hamis congeſtum, ut eorum particulæ tam arctè

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

particulæ ſalino-ſulfureæ in ſpir. Vini contentæ, mediantibus quibs ſolutio ſeu Tinctura utplurimum erat facta, dilatantur quaſi, & debilitantur, & dimittere ſolutum coguntur: vel quando forte acidum, per ſalſum, ceu debilius acidum adjunctum, ſolutum relinquere jubetur, &c.

*Per contraria* verò dicitur præcipitatio, quando *acida præcipitantur per lixivioſa*, & viciſſim, quæ tamen præcipitatio potius amica copula eſt, quam inimica: *Acidum* enim, quod admiſſum corpus devoravit, adjuncto *ſali lixivio ſubitò ſe jungit*, & in hac ſuâ quaſi matrice, corpus figuratum reaſſumit, ſolutum verò dimittit. Ex hâc Acidorum ſpirituum per Alcalia præcipitatione, propullulat adaptatum virtutibus, ad mechanices cynoſuram, delineandis artificium, quo Acida ſola & vera actionum ſymbola, Alcalibus affuſa, ſemper proprias figuras prodere conſpicimus.

Sæpe etiam fit præcipitatio propter contrarietatem pororum, quando rotundi quadratos, propter angulos non recipiunt, &c.

*Experimentis hiſce perſuaſi Medici ſimile quid in corporibus noſtris, maximè cum ægrotant obſervari per experientiam confirmati, crediderunt. Cum v. gr. pro ardore ventriculi compeſcendo, & ab acido oriundo, cretam pulveriſatam, margaritas, item Corallia &c. utpote Alcalica, objecerunt: vel cum bilem exſuperantem, Alcalinæ proſapiæ, per acidas deprimunt particulas ſalinas*, &c.

In Mechanico chymica, præcipitantibus rebus tam diu utimur, quamdiu quid reſtat, quod ſeparari & figi deſiderat.

In Medica verò præcipitatione, præter materiam hujus ſunt ſpectandi termini motus, ne materiam morbificam præter neceſſitatem figendo plus obſimus, quam proſimus. Sicuti ſæpius accidit, ut à *propinatis* ejusmodi *præcipitantibus*, *miteſcant* quidem *paroxyſmi febriles*, & *Epileptici* motus ſiſtantur: ſed poſtea quod præcipitatum fuit, circa nobiliores partes ſedem figens, circulationum ſanguinis figit, vel ſiſtit, & mortem inopinatam infert.

Studioſe ideò obſervandum erit, ne indifferenter in morbis utaris præcipitantibus; ſed tunc demum, cum,

1. *Mate-*

# DE COAGULATIONE.

:ur altera Chymicarum operationum pars COAGU

ıt hic conſiderata *vel calida eſt*, *vel frigida*.

, rei liquidæ ad ſolidam maſſam per humiditatis privatio luctio: ſicuti in Extractis conſpicuum.

*a* vero, quando res in calido reſolutæ in frigido coagu is: ut quando ſalium lixivorum inſtituitur cryſtalliſatio.

in hac operatione eleganter *Acidi* & *Alcali actus* & mo ſpicuus: cum v. g. ex pinguedine & alcaliſato lixivio uſta coagulatione fit ſapo. Hic enim duo heterogenea ı virium, ſeſe mutuò ſuperant, & fortius id, quod eſt de uam naturam tranſmutat.

ıet huc *Vitrificatio*, ubi acidum & alcali coagulation fixantur ferè; Alcali enim cinerum, abſorbet & figura ːnæ vel ſilicis, & quod acido ſaturatum eſt, ſupernatat ıudit, quod in ſalſum mutatum eſt, unde pecoribus ac projicitur: Hoc in loco humido, & tempore tali, facil n abit, in quo ſilicum pulvis ſubſidet, qui juxta *Tacke* ːt eximium in urinæ difficultatibus medicamen.

Arena verò reliqua acido ut plurimum ſpoliata, cum Alcali in vitrum abiit, & in hoc quaſi occulta eſt: reducitur enim facile cum *Nitri fixi liquore*, ceu fortiori Alcali in liquorem, qui exhibet in calculo reſolvendo experimentum non contemnendum.

Si ex *oleo cinamomi*, ratione acidarum particularum, quæ in hoc obriguerunt, *cum ſale Tartari* fiat coagulatio *in ſal volatile*, &c.

Atque hæc ſunt quæ in rerum naturalium tam deſtructionem quam generationem conſpirant, *Solutio & Coagulatio*, quæ corpora naturalia perpetuare contendunt.

Sed quam neceſſarii ſunt & utiles, in rebus naturalibus, horum legitimè introducti effectus, tam pernicioſi hi ſunt quando præter naturam concreta adoriuntur.

Deplorandum illius in corpore humano nobis exhibet exemplum *Hydropis*, hujus vero *calculi humani* fabricatio. Sed cum hæc non huc pertineant; Principiis & fundamentis, requiſitisque ſeparatoriæ artis breviter luſtratis, pergimus ad ipſa in triplici Regno conſtituta corpora naturalia, Ubi, Quæ, Quomodo, & Quando, ex eis per artem ſeparanda veniunt, fideliter communicabimus.

# SECTIO II.

## Regnum Animale Pyrotechniæ examini ſubjicit.

## CAPUT I.

### *Sanguinis in ſua conſtitutiva reſolutionem docet.*

TRia ſunt apud *Baſilium Valentinum* inter Mundi creata, quæ *Regiam ſibi dignitatem vendicant*: In Animantium genere *homo*, qui Orbis eſt compendium. Inter Mineralia, *Aurum*. In Vegetabilibus verò Regius ille *Vini ſpiritus*.

Sed

Sed cum, quæ ad Animale pertinent Regnum hîc primo explicare, noſtrum ſit inſtitutum, pergamus incipiendo à principali nobilique vitæ & corporis vinculo ſanguine, qui eſt ſubſtantia omnium puriſſima, à quâ tota corporis compages alimentum ſuum petit, eo quod à corde limpidiſſimo videlicet fonte ſcaturiat, unde univerſæ naturæ eſt tutor, in quo Animantia omnia vivere nata ſunt.

Et cum homo inter Animalia omnino ſit Princeps, de ejus ſanguine ceu habili animæ cum corpore vinculo, pro exemplo nobis ſit ſermo.

Hic per varios venarum & arteriarum anfractus rectificatus circulando plus activarum obtinuit particularum, quam lac, unde eſt quod aëris ſubtiliori motui maximè ſubjaceat.

In ejus reſolutione prodit *Aqua*, *Spiritus*, *Sal volatile*, *Oleum* & *Sal fixum*.

*Aquæ plus ineſt quam reliquorum, cum pro nutrimento plus humidi requirebantur* : confirmat hoc facto experimento, *Boyle in ſuo Chymiſta ſceptico, prop. 3. p. 3.* Sanguis humanus inquit, ipſe utut ſpiritibus turgens, & valde elaboratus exiſtimetur liquor, *adeò abundat phlegmate*, ut nuper aliquam ejus portionem de induſtria ad faciendum experimentum, deſtillantes, ex unciis ſeptem circiter, puri ferè phlegmatis uncias ſex proliceremus, priuſquam ullum ex Principiis magis activis aſcendere inciperet, noſque ad mutandum excipulum invitaret.

Hoc phlegma ceu fluidum, in corpore omnia quæ modò imbibendo eſt, ſecum vehit ſalia, quorum mixtio à vitali dependet efferveſcentia, hæc ſi per depravata oriatur qualia, vel per exſuperantia quanta, tum excitat ſudorem fœtidum, prurientem vel mordentem. Et ſi hæc exſuperante acido concentretur efferveſcentia, à particulis videlicet ad centrum motis, tum ſerum, aliis ſe implicando ineptius ſupernatat, & corporis ſuperficiei propinquius, in ſudorem vertitur ſed frigidiorem, ut in Melancholicis conſpicuum, & morientibus.

## SPIRITUS OLEUM ET SAL VOLA SANGUINIS.

*Quò verò tum Qualia tum Quanta ſenſui conſpicua r b invicem ſeparata ſeorſim extent, ita procèdito.* Pro exer *Sume ſanguinem hominis ſani*, vel decollati vel poſt V em, balſamico inſtitutam tempore, collectum, *ſubſidea* : quo citius eo melius ſeparetur phlegma ſeu ſerum cido-ſalinis impraegnatum, à rudioribus, Animalibu cuatis. Decantato hoc, *ſupra ignem dephlegmetur ulti* onec grumeſcat reliquum ſpatula ſemper movendo. I *ævia digeſtione*, ſine ſpiritu Vini *retortæ immittere*, & naximo adhibito, ac benè clauſis juncturis, igne gradati eſtillationem inſtitue.

*Prodit primò phlegma*, deinde *liquor ſpirituoſus*, *ſale ibtili oleo turgidus: tertio oleum egreditur fœtidum*, cum ili ubique recipienti adhærente, at extremâ cum igni Deſtillatione peractâ, *in recipiente juncta habebis liquorem ile volatili impraegnata.* Hæc abſtracto recipiente, agita nixta effunde, ac per chartam emporeticam filtra, ut rem us & fœtidum oleum, *liquore ſale impraegnato, in ſuppoſi eſcendente*: quæ capitello adhibito & recipiente apposi *Balneo M. leniſſimò*, & ſal volatile aſcendens partim ph artim ejus capitello inhærebit, ſpiritu cum ſubtiliſſimis lis ſpiculis in recipulum transgreſſo, quæ omnia ſeo lauſa ſerventur ad uſum.

Tandem velocitate ignis reſolvitur Oleum tenacius, & ramoſæ particulæ in rigidas vertuntur, & quia in Oleis ruderoſi latitant aculei, per ignem enucleantur, & fiunt conſpicua, ut juſtum afficiant, & odorem fætore inquinent. Conſpicitur hoc ſæpius in aquarum deſtillatione, quando fortiori igne empyreumate contracto, aquam amaricantem efficimus, videlicet, cum particulæ oleoſæ, quæ alias moderato ignis gradu, naturali ſuo ſapore & odore aſcendiſſent, in ſalinas mere obriguerunt, & ſuperficiei olei craſſioris adinſtar, innatant.

*Differunt ideoque Olea & Salia ſolum ratione perfectionis, Olea enim ex Salibus, & hæc ex illis rurſus confici queunt, mutatâ ſaltem particularum texturâ, & inductâ, continuo motu, variatâ figurâ.*

Hæc quando debilitato, vel vario modo impedito motu, inepta redduntur in ſuis operationibus accidentalibus, tum laſſata ſuum centrum, & locum proprium requirunt, qui eſt unitas.

Uſus ſeparatarum partium ſanguinis varius eſt: *ſpiritus, ſal volatile ſubtilius continens*, ut & reliquum *volatile ſal, ab Helmonte & Boylæo maxime extolluntur*, principaliter *in Epilepſia, Tabe, Aſthmate, Apoplexia*, & aliis obſtinatis morbis, qui, ut potiſſimum ſolent, ab Acido varie inquinato ortum duxerunt, ubi hæ alcalinæ volatiles particulæ efficaciter acidum imbibunt, & corrigunt.

Nobis ex his combinatæ placent formulæ, v. g.

In Epilepſia.

℞. *Aq. flor. thiliæ.*
*ceraſ nigr. ana.* ℥ij.
*Epilept. Lang.* ℥j.
*ſpir. & ſalis vol. S. H.* ʒij.
*ſalis Succini. Vol.* ℈j.
*ſpir. vitrioli volat.* ʒß.
*theriac. cœleſtis gr.* iij.
*ſyr. ſtœchad. cephal. Mynſicht.* q. ſ.

ad gratiam.
Ms. S. Mixtur, davon offt drey Löffel voll.

*Spiritum vitrioli volatilem* addo ut paret viam, modò ſit juſtè paratus ne acredine peccet.

*In Tabe & Hectica.*

Quæ humorum viſcedinem ferè comitem habent, ab acido coagulatam, *maximè conducunt hæc ſalia volatilia*, humectantibus commixta, v. g.

℞. *Pinear. mundat.*
*piſtac. decort. ana.* ℥jß.

Contuſa emulgeantur cum *ſeri lactis caprini* ℔. iij. depuratis & clarificatis, in quo limacum num. vj. probè purgatæ parum ebullierint, & f. ſ. a. Emulſio, cui colatæ adde *ſyr. è tuſſilaginis ſucco* ℥. ij. *Spir. S. H.* cum *ſale volatili* ʒ. ij. ms. Hæc ſæpius exhibita emulſio per tempus, viſciditatem acidam egregiè temperabit.

In Aſthmate ab adſtringente Acido.

℞. *Aq. carminat. Dorner.*
*veronic. eſſentif. ana.* ℥jß.
*aſthmatic.* ℥j.
*Eſſ. hyperic. cum ſpir. proprio* ʒj.
*ſalis volat. ſang. hum.* ʒß.
*ſalis volat. rutæ* ʒj.
*theriac. cœleſt.* gr. iij.
*conf. alkerm. c.* ʒß.
*ſyr papav. err.* q. ſ. ad gratiam.

Ms. S. Lufft-Mixtur offt etliche Löffel voll davon zu geben.

*Oleum fœtidum* quia ob ingratum fœtorem cephalalgiam excitat, & ſpiritibus hoſtile, & ventriculo abominabile exiſtit, raro in uſum veniat.

Immediatè nec inepta his oritur Quæſtio, *An ſal volatile S. H. differat ſpecificè ab aliis ſalibus volatilibus*, vel, an omnia ejusdem ſint ſpeciei? Optimè hoc *Helmont. decidiſſe videtur* in tractatu Aura Vitalis. §. 16. Ubi inquit: Cruor Humanus deſtillatus dat ſpiritum ſalſum planè volatilem, ac ne quicquam à ſpiritu urinæ diſtingui-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*acidum ſecum vehunt, ſpiritibus noſtris vitalibus volatilibus, hinc maximè infeſtum.*

Diſtinguenda ideoque ſunt fœtida hæc, naturæ inimica, ab iis quæ talia videntur & non ſunt, ſicuti noſtra Salia Volatilia quæ ob diuturnam copulam, impreſſionem ſaltem aliquam retinuerunt, ab oleis fœtidis rectificatione abſtractis.

Et ſi tum adhuc nares delicatulas offendat horum odor, in *Salia Volatilia, oleoſa, aniſata, citrata, cinamomea,* &c. redigantur. Vel acidi cujusdam conjunctione in *ſal tertium Diaphoreticum* & *Diureticum* transformentur; at tunc non ſunt tantæ ſpecificæ in imbibendis acidis energiæ, quia *hoc modo ſaturata extant.*

Hæc eſt ſimplex particularum ſanguinis ab invicem ſeparatio. Alii verò, ut Medicamen concinnarent majoris efficaciæ, has rurſus conjungentes, arbitrabantur imitari naturam, ſi has ab invicem ſeparatas, & purificatas, quæ aliàs naturaliter multis heterogeneitatibus inquinata eſſent, rurſus circulando & artificiali calore fovendo unirent. Hunc in finem ita procedunt, conficiendo.

## SAL VOLATILE OLEOSUM SANGUINIS.

Colligatur *ſanguis humanus* ex adoleſcentibus ſanis, florido, vividoque colore præditis & robuſtæ naturæ hominibus, intra menſes *Majum* & *Auguſtum*, in maximâ quantitate, in vaſis argenteis aut vitreis, ac cuſtodiatur in umbra coopertus, ne pulvere ſordido, & feſtucis contaminetur, donec concreſcat & ſeroſum humorem omnem per ſe evomuerit, quem per inclinationem ſepares.

*Hujus ſanguinis concreti* & à ſeroſo humore ſeparati ℔. v. quas cito permiſcebis cum ℔. x. *optimi ſpir. Vini à phlegmate, puri*, in phiola vitrea fortiſſima, movendo & agitando materiam ut diluatur ſanguis, & quam optimè miſceatur ſpiritui Vini. Hanc materiam optimè clauſam in B. M. aut cineribus tepidis digere per 4. aut 6. dies & noctes, donec ſpiritus peroptimè tingatur, & ſanguis ſit omni ex parte ſolutus. *Caveto verò* in digeſtione, ne calor incaleſcat ſupra naturalem calorem, quia tunc ſanguis coqueretur, & concreſceret magis, nec diſſolveretur.

Cum

Cum diſſolutus eſt ſanguis, *ſuperpone phiolæ capitellum*, & deſtilla leniſſimo igne & ſepara *ſpir. Vini*, donec guttæ ſtillantes incipiant lacteſcere, tunc temporis recipulum mutando; ignem augebis pededentim, donec deſtillatio ceſſet, qua ceſſatâ, ignem iterum multiplicabis, *ut ſal ad capitellum volatile aſcendat*, hoc ſal cuſtodies, & aquæ lacteſcenti prius egreſſæ conjunges.

Deinde *feces comburas* fortiſſimo igne, tam diu donec albeſcere videantur. Ex his *elicies ſal* cum vini phlegmate puro ter aut quater deſtillato, v. g.

Sume *feces calcinatas albefactas*, ſuperfunde *phlegmatis Vini*, quantitatem maximam, & in catino argenteo vel ſtanneo bulliant (cave ne cupreo) per horam: Bullitione peractâ & aquâ frigefacta, phiolæ immitte ut feces decidant ad fundum omnes. Deinde *quod clarum eſt per inclinationem effunde in cucurbitam*, & ad ſiccitatem deſtilla. Salem relictum rurſus violentiſſimo igne calcina, & ſolve ut prius & congela, & opus ſimile reitera, donec ſummoperè niteſcat ſal, & purum ſit valdè.

*Hoc ſal* phiolæ optimè clauſæ immiſſum, *reverbera* in fundo reverberii per 15. dies aut plus, donec colorem acquiſiverit rubrum: Hoc *ſal coloratum & tinctum ſolve in ſpiritu Vini*, quem ſeparaſti primo à tuo ſanguine dum eo ſanguis digerebatur, & ponantur ſimul in digeſtione leniſſima, donec peroptimè tingatur ſpir. Vini: *Tinctum ſpir. Vini* per inclinationem effunde in cucurbitam, & in B. leniſſimo igne deſtilla donec ceſſet deſtillare. Remanentiæ in fundo *adde ſal volatile*, quod conjunxiſti cum aquâ lacteſcente ſeptimâ deſtillatione purificata, antequam conjungantur.

Tunc hæc omnia *conjuncta circulenter* leniſſimo igne, & ſingulis octo diebus *ſuppoſito alembico vaſi circulatorio* ſeparetur quicquid aquoſum extrahi poteſt, quod ratione ſalis ſummè volatilis ſervetur pro magna Medicina, internè & externè in oculorum affectibus & aliis maximæ virtutis. Cum vero aquoſum id eſt ſeparatum, tunc quod in fundo remanſit, *ſervetur pro ſummo ſanguinis arcano*, ſive *ſale volatili oleoſo* ſummarum virium in affectibus ſupra dictis.

Oleum in hoc opere nullum ferè prodit, quia ope ſpir. Vini ejus particulæ in ſalinas volatiles mutatæ fuerunt.

Tali methodo *ex ſanguine Ciconiæ, Cervi*, &c. elaboratur arcana Medicina, ubi illa deprædicatur ſummè in venenis imbibitis, cum Ciconia à ſerpentibus, bufonibus, & aliis venenatis animalculis alimentum petat.

Ex hoc item Fundamento enata videtur *LAMPAS VITÆ ET MORTIS Burggraffii*, qua ille & proſperum & adverſum Sanitatis ſtatum, imò mortem ipſam metiri poſſe, certò refert in ſingulari ſuo de hac materia tractatulo Biolychnium ſ. Lampas Vitæ intitulato. Compoſitionem vero obſcuro ſatis tradidit, quam hic apertè ponimus:

*Sume ſanguinem Humanum calentem*, ut è venâ emittitur Baſilica ſiniſtri brachii: ſalientem *in tantundem alcoolis Vini optimi per infundibulum recipias*, ſigillatum deinceps probe, pelicanoque inditum, Balneo impone & leniſſimè ab initio digere, quoad tertia vitri circulatorii pars (in quod ab initio ſanguinis & ſpir. vini æquis ponderibus ad tertiam uſque partem infuſi erant) totum compleat circulatorium.

Hæc autem *digeſtio dierum plus minus quadraginta ſpatio perficitur*, quod pretioſum à vili ſeorſum abit, manifeſtò enim cernitur phlegmatica quædam ſuperficiei in innatare materia, in fundo verò aurea quædam ſubſtantia reſiſtere.

Cùm huc perventum erit *applicato alembico, & recipiente* ex M. B. *deſtilla*, ut ſeparetur phlegma: reſiduum in fundo inde retortæ & ex cineribus, juncturis optime clauſis deſtilla per gradus, ſed cave ne nimio igne feces comburas inque carbonem redigas, hinc ad ſiccitatem ſaltem ſemper deſtilles: deſtillatum reaffunde fecibus ſive capiti mortuo, & cohoba nonâ vice, commodis ſemper adhibitis retortis, pro quantitate materiæ, & *ſigillo ſemper hermetico* junctis recipienti. Atque ſic tandem *Eſſentia ſanguinis humani* ſummè exaltata prodit nonâ exaltatione.

Ex hâc exaltatâ ſanguinis Eſſentiâ oleoſâ in hunc modum conſtruxit Lampada:

Reci-

Recipiebat, v. g. *vas vel vitreum vel argenteum* ad hoc opus artificioſè paratum: huic artificioſè factum *ellychnium*, *exque asbeſto*, curioſè adaptavit, & igne ſolari, per ſpeculum concavum coacto accendit. Cujus tum flamma vel tranquilla luculenta & immota, vel nubiloſa, depreſſa ſcintillans, aut proſperum aut adverſum hominis ſtatum, è cujus ſanguine lampas parata eſt, ſignificare dictus *Burggraffius* certò aſſerit. Fides ſtat penes experimentum.

Interim tamen hinc inde apud Authores leguntur hiſtoriæ & deſcriptiones urnarum ardentium, qualis fuit *Patavii Maximi Olibii* vaſculum, item *Oliverii*, aquâ ſive liquore limpidiſſimo plenum, quod *Arto* ſuo fratri reliquerat, ut exinde pro commutatione aquæ varia, certum ſui ſtatus caperet indicium.

Ipſe memini relationis certiſſimæ mihi factæ, ab artificioſo pariter ac *curioſo Bernenſe Helveto*, nomine *du Prez*, qui ipſe tale vaſculum vitreum propè *Grenoblam* in Patria ſua cum eſſet juvenis miles, ſe inveniſſe in ſepulchro antiquo, referebat, quod per menſes aliquot ex ſepulchro extractum & in domum affinis translatum arſerit, donec ex incuria Monachus accurrens manu non benè prehenſum, ad terram projectum fregerit vaſculum.

An verò hæc ejuſdem ſint materiæ cum ſupra deſcriptâ lampade vitæ aliis dijudicandum relinquo.

Ex hoc item fundo educere volunt alii *occultum illud vinculum*, quô diſſidentium conglutinant animos, & mares ad fœminas, & viciſſim fœminas ad mares cogunt. *Creduntur que uti hoc illi*, qui applicato quodam medicamento *ad arteriæ pulſum Virgines & mulieres in amorem ſollicitant*, ut non ſint reſiſtendo, ſimulatque unguenti iſtius vires & ſpiritus per arterias, ad partes corporis nobiliores perveniant, ac virtus magnetica in cor, ſpiritus vitalis officinam diffundatur.

*Tenzelius in ſua Medicina Diaſtatica* ad reconciliandos diſſidentium animos hunc nobis recommendat modum:

Sume *ſanguinem hominis è Baſilica ſiniſtri brachii ſalientem* in tantundem *alcoolis Vini optimi*, per infundibulum recipe, digere

bene clauſo vaſe per pluſculos dies, poſtea deſtilla ex M. B. per alembicum ad ſiccitatem, phlegma ſepara, & ultimò *egreſſum ſpiritum oleoſum* ſerva: De hoc exhibe ʒj. ad ʒij. jejuno ventriculo in vini hauſtu alteri perſonæ quæ odium alit, aliquoties repetendo.

*Georgius Phædro* de perfecta Epilepſiæ curatione præſcribit proportionem:

Sume *ſanguinis adhuc calentis* ℥vj. *& alcoolis vini* ℥j. macerentur in cucurbita ampla quadraginta diebus, poſt ex M. B. deſtilla, & ſingulari operâ ſeparetur candidus à flavo liquor. *Liquoris flavi* ſumatur ſcrupulus unus ab ipſo Novilunii tempore, primâ aggreſſione datus facit ut agitatione ſedata deferveſcat comitialis ille furor, neque ulla in omnes annos conſequentes Epileptica concuſſio deprehenditur.

*Libavius* maximè extollit *ſuum Oleum cœleſte* quo reſtitui poſſe in agone conſtitutos, niſi moriendi advenerit terminus, refert. Elaborat verò hoc ſuum Oleum cœleſte planè & omni ex parte, ut nos ſupra lampadis vitæ Eſſentiam. Quod ſpiritu vini addito non prodit, ſed in ſal volatile oleoſum mutatur.

Oriri porrò ex hoc ſecretioris naturæ fundo volunt *magneticam vim, & arcanum*, quo ruſtici ac venatores pecora & feras ſibi conciliant, ut ad alios non divertant, & facilius irretiri queant. Hanc autem Mumiam ita parant: Sumunt *ſanguinem ex Medicinâ* vel Baſilicâ extractum, hoc implent *ovorum aliquot putamina*, tum optimo luto & veſicis claudunt, & pauliſper ſeponunt, uſque dum ſanguis concreſcat, & quaſi coagulatus ſit, tunc *gallinæ aliàs ovis incubanti ſupponunt*, per duas vel tres ſeptimanas, vel tam diu, quàm gallina ſuis incubat ovis, tunc ſumunt hæc ova ſanguine putefacto repleta, & in furno piſtoris, tamdiu quam ſolent coqui panes, ponendo exſiccant. De hoc pulvere propinato deprædicant, quod qui ſumſerit, ad eum à quo ſanguis fuit prolectus, trahatur ut ferrum ad magnetem.

*Paracelſus* hoc modo *paravit ſanguinem Hydropicorum, Podagricorum*

*corum, Scorbuticorum* &c. poſt putrefactionem verò, à Gallinâ factam, non exſiccat, ſed per diem ſepoſitum opum ſeponit, & tunc maſſam contentam cani vel porco, per tres vel quatuor dies non cibato, ut hinc eò avidius devoret, projicit. Et hoc modo magneticâ methodo morbum hominis migrare in beſtiam verè aſſerit. Beſtiam tamen per tempus incluſam ſervare ne noceat, & poſtea globo trajicere ac occidere præcipit.

De hiſce experimentis *Paracelſus, Tenzelius* & alii mira deprædicant, verum cum rara hæc ſint experimenta, liberum cuique linquo judicium. Interim tamen his fides non plane deroganda, cum maximè conſtet admirandus rerum naturalium Magnetiſmus principaliter etiam in Animali Regno.

Reſtat ut quid moneamus de *ſanguinis recentis & calidi potu*, quem multi maximè commendarunt *in Epilepſia debellanda.* Sed cum in hunc finem meliora & generoſiora proſtent remedia, & ſanguinis crudi adhibitio, beſtialis quod obtineat, etiam maximè incerta ſint ab aliis relata experimenta, *meritò cum aliis maximis Medicis rejicimus*, principaliter cum ſufficienter notum ſit, quantum detrimentum afferat ſanguinis extra vaſa grumeſcens, quod maxime hic timendum, ne hoc modo epotus in ventriculo concreſcat, & majora inferat mala.

Si tamen quis experimentum facere velit, ſuadetur illi, *ut ſubitò poſt ſanguinem epotum motus ac curſus concitatior inſtituatur ad ſudoris elicium*, ut ſanguinis in ventriculo concretio impediatur quoad poſſibile.

Ante omnia tamen *vitetur ſanguis beſtiarum*, cum notum ſit, quantam *metamorphoſin hic inſtituat*, quale exemplum habemus de puella cui *felis cruor ad Epilepſiam* curandam propinatus, totalem ferè naturæ mutationem inſtituerat, ut in ædibus illa imitata fuerit felem, voce, ſaltu, mures venando &c. ut teſtatur *Weinrichius de monſtris cap.* 15. Conſultus ideoque erit cruorem humanum in ſpiritum, ſal volatile &c. redactum propinare, ceu Medicamina ab *Helmonte, Boylæo* & aliis maxime recommendatam.

# CAPUT II.

## *De Lacte.*

Non ergò poteſt eſſe Blas hoc ab acido igneo & corroſivo ſpiritu, urinæ ſpiritui impreſſo, ſed eſt Blas hoc res quædam, propria ſpiritus urinæ activitate producta, ad quam producendam, à corroſivo acido ſpiritu ſollicitata, & coacta fuit, ne deſtructionem aut annihilationem incurreret, non aliter ac aqua, quæ ne ſuæ formæ deſtructionem pateretur à frigore intenſiſſimo, cortice quaſi ſe munit, & corporis coagulati figuram aſſumit.

Planè ergò ſingulare hujus ſpiritus privilegium Altiſſimus ei conceſſit, quo Lunare frigidiſſimum Blas ſibi rapit, & unit, tam ſubito quam humidi quid ei accedit.

Atque hæc eſt formalis Salis armoniaci origo, dum nimirum ſubtiliſſimus & penetrantiſſimus urinæ ſpiritus, cum acido quodam corroſivo concurrit, tunc hoc cum impetu illum deſtruere nititur, illam verò deſtructionem ut evitet ſpiritus urinoſus, corporis larvam aſſumit liberrima coagulatione, hancque furioſæ ſpirituoſæ aciditati opponit: huic verò larvato corpori, ſive ſali armoniaco, ſe jungit Lunare Blas, inque eo habitat inviſibiliter, viſibiliter verò operatur.

Non verò particulariter ſoli ſali armoniaco ſive urinæ ſpiritui ſe

jungit

jungit dictum Lunare Blas, ſed univerſim omnibus compoſitis Lunari influxu imprimis videtur, ad temperandas vel reſtinguendas igneas corroſivas quasque concreti particulas, dummodo urinoſæ ſimul præſto ſint & ubi tales modò ſe jungunt, Lunare frigidum Blas in ſui converſationem adſciſcunt.

Urinoſa verò ſpicula & ſubtiliſſimi ſpiritus hoc maritata, omnia alia quæ ſunt de natura acidi vel in ſuam naturam transmutare, vel quod ſubter hoc jugum ſe trahi haud patitur, deſtruere, & in aliud plane ens vertere nituntur, & hâc ratione omnes acidi ſpiritus & corroſivi, in aquam elementarem potiſſima parte verti poſſunt.

Cum verò valdè differant non acidi modo ſpiritus, ſive acida quæcunque, ſed & urinæ ſpiritus ratione animalium, in quibus naturali quâdam deſtillatione ex cibis & potu deſtillantur, hinc admodum item inter ſe differre Sal armoniacum hoc ab alio, credibile facile erit. *Diſtinguimus* ergo *Sal armoniacum commune*, *ab illo Philoſophorum.*

Commune ex acido quovis corroſivo, & urina cujusvis animalis conſtrui poteſt.

*Philoſophorum* verò *nonniſi ex urina humana*, *&* *acido vinoſo ſpirituoſo*, ſive vini ſpiritu, ſicuti *Helmont* manifeſtare videtur in ſuo elogio, quod de coagulo ſpiritus urinæ cum ſpiritu vini habet: Hoc, nimirum coagulum, inquit fieri non per ſimplicem partium mixtionem, ſed per intimam copulam.

Spiritus nimirum vini ab urinæ ſpiritu re ipſa coagulatur, & ipſe ſimul concoagulatur, atque adeò hæc inſeparabiliter unita, novum productum, ſubtile videlicet corpus præbent, à ſuis parentibus maximè diverſum: Secus ac fit in ſale armoniaco communi, ubi urinæ ſpiritus, ante, in, & poſt coagulationem, eſt & manet idem urinæ ſpiritus, qui erat ante, nec cum acido corroſivo iniit copulam intimam, ſed larvam quaſi aſſumpſit, ut ſe deſtructioni, quam acidum corroſivum minabatur, eriperet.

In noſtro verò hoc Philoſophorum ſale armoniaco, ambo ingredientia intima ineunt copulam, quoniam vinoſus ſpiritus in

centro cum urinæ ſpiritu idem eſt, protereaque amice in ſe agunt, & ſe invicem coagulant, & generant corpus planè ſpirituale, ſibi ubique ſimile & homogeneum.

Primarium ergò objectum quod à ſpiritu urinæ humanæ ſe intimè coagulari patitur, eſt influentia vinoſi cujusdam ſpiritus, absque quâ urinæ ſpiritui intima & centralis coagulatio accidere haud poteſt.

Atque hæc eſt præterpropter *Starckei* mens, quam pluribus expreſſit in ſua pyrotechnia aſſerta, circa liquorem álcaheſticum.

Sanè ſi rem paulo altius trutinamus, obſervamus certò univerſalitatem dictam in urinoſo ſpiritu, præprimis eo humano, nil etenim in rerum natura eſſe, excepto centrali mercurii corde, & unica adhuc alia re, quod ab illo vel in ſuam naturam, vel in aquam elementarem transmutari vel deſtrui, aut annihilari haud queat, ſupra experimentis breviter indigitatum reperies.

Et cum experimenta ipſa nobis ob oculum ponant veritatem, cur ænigmaticè intelligenda eſſe *Starckei* verba, nobis perſuaderi patiamur.

Interea tamen etſi jam ex præmiſſis materia liquoris alcaheſt ſatis innotuit, manebit attamen ejus elaboratio & acquiſitio difficilis, nec omnibus ſtatim, etſi via ſit patefacta, licebit adire corynthum.

Quantas verò vires non Philoſophorum Sal armoniacum modo, ſed & ex eo exaltatus liquor alcaheſt contineant, commune ſaltem Sal armoniacum, & vulgaris urinæ ſpiritus exinde paratus, obiter teſtari poterunt.

Quo propius verò ad Sal armoniacum Philoſophorum accedit Sal armoniacum aliquod commune, eo majores vires continere probabile multum erit.

*Tale* vero *eſſe ſupra dictum Sal urinæ volatile*, ex ingredientibus propriis patet: ſpiritus etenim ſubtiliſſimus, ex proprio acido in oleo & ſale fixo contento, adeoque ex propria familia ſibi corpus forma-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ponit, tanquam fundamenta, baſes, & ingredientia liquoris Alcaheſtici.

Vires præſtantes multum deſcribit dictus *Thomſon in ſuis epilogiſmis* p. 80. Eſſentia noſtra Stomachica inquit *corroborat*, *fermenta invigorat*, *ſpiritus reſocillat*, *lienis vitia corrigit*, *flatus diſcutit*, *gas ſylveſtre compeſcit cicuratque*, *laticis acorem*, *ſuccos degeneres urentes mulcet.*

Partes ejus ſubtiliſſimæ vaſa pertinaciter tranſeunt unà cum ſanguine circumrotatæ, quem à ſordibus liberant.

*Poros cutaneos recludit*, ut plurimæ exhalationes nocuæ proſcribantur, ſic evadit diaphoreticum elegans.

*Solatur renes urinam provocans*, arenæ geneſin prohibens, genitam verò diſturbans, dyſuriam ſtranguriamve mitigat.

*Dolori colico* utque torminibus opitulatur.

*Cardiacum præbet* eximium, nec non alexipharmacum.

*Antiſcorbuticum eſt* præſtantiſſimum, acidum ejus malignum retundens.

*Antipyreton miniſtrat ſingulare*, febrium male moratam indolem, ipſamque peſtem aliquatenus ſubjugans.

*Affectionem hyſtericam*, *uteri ſuffocationem*, furorem & indignationem compeſcit, *Fluoremque album corrigit.*

*Hypochondriacas vexationes placat*, *Cachexiæ*, *Hidropi*, *arthritidi* &c. medetur: cerebrum, membranas, memoriam, cunctosque ſenſus refocillat.

Luculentiſſimè ex his patet, hanc *Thomſoni* Eſſentiam ſtomachicam, quam hic menſtruum nobile vocat, cum *Starckei* alcaheſt unum eſſe & idem.

Qui propterea tam nobilis remedii poſſeſſionem anhelat, ſupra indigitatam methodum eſt *Starckei* mente ſibi commendatam habeat.

Qui verò prima ſtatim fronte ad tam nobilis remedii confectionem haud poterit penetrare, ob manuductionis expreſſæ defectum, is parabilioribus paulo acquieſcat, & ſupra deſcriptam philoſophorum ut vocavi aquilam, vel item *Sal urinæ volatile*, ſalis armoniaci philoſophici ſuccedaneum, quale ſupra docui, morbis ſupra à *Thomſone* recenſitis opponat, & effectum obſervabit non vilipendendum.

Sic in *Febribus*, præprimis quartana, mihi ſolet eſſe in uſu hâc vel ſimili formula. v. g.

℞. *Salis urin. volat.* ℈ß.
*Unicorn. foſſil.*
*Oſſis ſepiæ aa.* gr. viij.
*myrrhæ* gr. v.
*theriac. cæleſt.* gr. j.
*ol. garyophyllor.* gtt. ij. mſ. pro doſi.

Vel ℞. *Chin. de chin.* p. ℈ij.
*Salis urin. volat.* ℈ß.
*theriac. cæleſt.* gr. j. mſ.

Vel ℞. *Theriac. opt.* ℈ij.
*conchar.* p. ℈j.
*Salis urin. volat.* ℈ß.
*ol. garyophyll.* gtt. j. mſ.

In Affectibus calculoſis.

Vel ℞. *Nitri præparati* ℈j.
*Salis urin. volat.* ℈ß. mſ. pro doſi.

Vel ℞. *Ocul.* ♋. ℈j.
*Salis urin. vol.* ℈ß.
*Eſſent. ſuccini meæ.* gtt. xv.
*Træ anodyn.* gtt. vj.
*Aq. veron. eſſentif.* q. ſ. pro vehiculo, & mſ. pro doſi.

In Hydrope loco diuretici & diaphoretici.

℞. *Antimon. diaph. non edulcorati* ℈j.
*Salis urinæ volat.* ℈ß. mſ. pro doſi.

In Affectibus hypochondr. hyſtericis & ſimilibus flatulentis.

℞. *C. C. philoſoph. calcinat.*
*Unicorn. foſſilis aa.* ℈ß.
*ſalis urin. vol.*
*caſtorei aa.* gr. vj.
*cinnab.* ♁. gr. iij.
*laud. opiat.* gr. j.
*ol. ſuccini.* gtt. ij. mſ. pro doſi.

Vel ℞. *Caſtorei part.* iiij.
*Sal urin. volat* p. j.

tritis affundo ſpiritus vini rectificatiſſ. q. ſ. ut fiat Eſſentia, quam guttatim cum vehiculo conveniente propino.

Has vel ſimiles formulas, mediante ſale urinæ volatili, cujus elaborationem ſuperius docui, ſæpius concinno, nec fruſtraneo cum effectu, unde ſæpius concludo, quod, cum hoc urinæ volatile Sal, ſive rude ſalis armoniaci philoſophici ſuccedaneum tantos præſtet effectus, multo potentiores vel nobiliores exhibiturum ſit in ſalſum ſpiritum volatiliſſimum, ſive Sal ſpirituale redactum hoc noſtrum Sal urinæ volatile.

Exhibui quandoque item non abſque effectu *in convulſivis*, & *hypochondriacis, colicisque affectibus ſpiritum ſalis armoniaci ſive urinæ reſuſcitatum*, ſed cum in orgaſmo ſive turgeſcentia flatulenta, ſpiritus flatulentos peregrinos jam expanſos attenuet, & ad majorem expanſio-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*ur moderato calore, omne quod aquoſum erat, donec tandem re-*
*ntia in mellis vel ſyrupi aut extracti liquidioris forma reſtaret:*
*cum tribus præterpropter arenæ albæ partibus commixta, retor-*
*rti immittebatur, recipuloque capaci (cui aquæ quantitas inerat)*
*ito, juncturisque curiosè & exactiſſimè clauſis, furno venti &*
*aperto concredebatur: & tum ignis per 5. vel 6. horas gradatim,*
*c omne quod inerat phlegma & Sal volatile expulſum obſervaba-*
*oſtea per 5. 6. horas adeò fortiter intendebatur, quantum fornax*
*do erat: Fortiſſimo hoc igne egrediebantur primo nebulæ, quem-*
*odum ſpiritus vitrioli aſcendere videtur, his transgreſſis egredie-*
*r alia quædam ſpecies ſubcœrulea, lucis vel ſulfuris ardentis inſtar,*
*eniquecum maximè fortis eſſet ignis aſcendebat alia materia priore*
*leroſior, quæ per aquam ad fundum recipuli cadebat. Omnibus*
*em refrigeratis apparebat expectata Luminoſa maſſa.*

roceſſus hic & phoſphori fabricatio, etſi clarè admodum
tè communicata eſſe videatur, difficultatibus tamen maximis
atam eſſe, ipſe teſtatur *Boyle*, ſe ipſum etenim, licet manu-
nibus ritè cognitis & adhibitis rem aggreſſus fuiſſet, in caſſum
ties laboraſſe, mox vaſorum, mox circumſtantiarum aliarum

„ *quid reliquum eſt de phlegmati videlicet, & ſpiritu vel ſale volati-*
„ *li, usque dum guttis rubentibus Oleum deſtillare incipiat, quod illicò*
„ *applicato recipiente alio colligendum eſt.*

„ *Augeatur verò tum aliquandiu ignis, ut quicquid ineſt Olei*
„ *exeat, & invenies in fundo caput mortuum, cujus ſuperior pars*
„ *nigra erit & ſpongioſa: eam adde alteri prorſus ſimili materiæ,*
„ *quæ in alio vaſe remanebit, poſtquam leni igne ſeparaveris omne hu-*
„ *midum ab urinoſo oleo quod erat in retorta.*

„ *Ex hâc duplicis materiæ mixtura tolles* ℔. j. *medicam, eamque*
„ *injicies in retortam fictilem, ſeptem libras aquæ continentem, &*
„ *applicabis recipiens magnum, lutoque probè munitis juncturis, de-*
„ *ſtilla igne aperto, gradatim eum intendendo, donec retorta rubeſcat,*
„ *quo viſo, ignis augendus eſt per* 9. *vel* 10. *horas, ac tunc prodibunt*
„ *in vas recipiens nubeculæ albæ, quas ſequetur materia ſubflava,*
„ *quæ ſublimata formabit phoſphorum ad interiora colli & latera reci-*
„ *pientis.*

„ Is altero mane inde poterit auferri, ſi vas recipiens aquâ fri-
„ gida lavatum fuit; tum totam maſſam in vaſe vitreo igni leniſſi-
„ mo impones, & emerget ex aqua materia oleoſa, & congrega-
„ buntur minutæ phoſphori partes.

„ *Omnibus refrigeratis collige maſſam phoſphori*, & immitte
„ eam in lagenam vitream, *quæ aquâ communi implenda*, & exactè
„ obturamento vitreo, vel alio ſubereo & veſica claudenda
„ eſt.

Ex variata hac phoſphori fabricatione facile quis fundamentum penetrabit.

Diſcordes ſunt proceſſus, & attamen quilibet expectato gaudet phoſphoro, ille arenam ad impediendum in igne fluxum commiſcet urinoſæ ſapæ, hic eandem omittit, certo ſigno, principaliora Phoſphori conſtitutiva, & oleo fœtido, & ſali fixo originem debere, & idem eſſe an addatur vel omittatur arena pro intermedio quodam, ad fluxum inhibendum; dummodo propria terra capitis mortui, vicem intermedii ſuppleat.

Atque hoc eſt præclarum & curioſum hujus ſeculi inventum, è cujus fundamento *priſcum* illud *Urnarum* per plurima ſecula *ardentium* opus, erui rurſus poſſe, firmiter mihi perſuadeo; præprimis cum ex ſanguine etiam phoſphorum conſtrui poſſe, quorundam experimenta confirment.

Sanè hi ex univerſalitate naturæ enati phoſphori, quanto abſtruſiores ſunt cum ſuis phœnomenis, tanto propius ad increatam Lucem, ceu creati univerſi centrum, in quo latet numerus, menſura, & pondus accedere videntur. Eosque cum mundi vita eſſe extractum quoddam à naturæ luce, & cœleſti ſulfure concentratis, materiæque æthereæ iisque primi elementi particulis inhærentes, ſecretioris philoſophiæ alumnis non videbitur abſurdum, iis præprimis qui excitatiore & altius repetita mentis indagine in operationes & effectus naturæ paulo intimius introſpicere ſolent.

Obſervamus faciliſſime ex prædictis phoſphoris, magnâ lucis copiâ dotatum eſſe hominem, cum enim ratiocinatio lucis potiſſima ſit ſoboles, hinc videmus neceſſariam amborum concatenationem, neque enim ratio absque luce, & ubi multum lucis, ibi rationis multum ſubeſſe poſſe, concludentum erit, modo organa ſint convenienter conſtituta, & lucis motui accommodata.

Pro complemento & priorum proceſſuum majorem dilucidationem, adponam methodum *Lemeril* ubi in nona editione ſuæ chymiæ, ſequens communicatur.

## *PHOSPHORUM conſiciendi modus.*

*Recipiatur bona quantitas urinæ recentis, quæ emiſſa fuit ab hominibus cereviſiam pro ordinario potu bibentibus, evaporetur humiditas, in vaſe terreo leni igne, usque conſiſtentiam mellis vel extracti liquidioris nanciſcatur. Tum maſſa hæc in vaſe terreo, cellæ concredatur benè clauſa, atque relinquatur inibi ad fermentandum tribus vel quatuor menſibus.*

*Hoc facto & peracto recipias materiæ hujus fermentatæ libras duas, hanc*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

guatur.

5. Ab initio omninò moderatus adhibeatur ignis, ne maſſa in recipiens transgrediatur & attollatur; id quod in fine haud amplius metuendum, dum maſſa exiccata extat;

6. Vaſa etiam aperiantur demum vaſis omninò refrigeratis, ne ſi adhuc calida eſt maſſa, admiſſo aëre phoſphorus accendatur. Olei magna pars rareſcendo in phoſphorum migrat.

7. Obſervatum etiam eſt urinam vinum bibentium non admodum conducere ad conficiendum phoſphorum, quoniam nimis eſt volatilis & ſpirituoſa; *optimam verò ad hoc opus eſſe urinam cereviſiam bibentium*; unde & in *Anglia* vel illis in locis melius conficitur phoſphorus, quam aliis in locis ubi continuò vinum bibitur.

8. Phoſphorus liquidus plus luminis ſpargit quam compactus; ſi enim vitrum aperitur, in tenebris, omninò ignitus apparet.

9. Loco Eſſentiæ caryophyllorum, poteſt addi oleum cinamomi; unde plus luminis de ſe ſpargit phoſphorus, ſed minus durabilis erit.

10. Sic & ſpiritus therebinthinæ Phoſphorum omnino diſſolvit, & quidem citius quam alia olea, ubi tamen inter diſſolvendum aliqualis ebullitio ſentitur, pro ſigno acidum aliquod ſubtile ſive volatile ſubtili Oleo therebintinæ ineſſe, & hujus effectus cauſam exiſtere. &c.

# CAPUT VIII.

## *Mellis Reſolutio.*

ANtiquis loco ſacchari multo erat in uſu mel, quo, cum balſamicam vim & tenuitatem tanquam optimorum florum Eſſentiam obtineat, ut in multos perſtent annos, medicamina plurima conſervabant: præſenti verò ſeculo cum ſaccharum vili veniat pretio, in Medicina non adeò magni eſt uſus. In *Lithuania* enim, ubi maximus ejus proventus, & aliis regionibus ſeptentrionalibus, copioſe eo utuntur in conficiendo Hydromelle, potu non ingrato nec inſalubri, vinum ferè generoſum æmulante.

*Conſtat mel*, ut & alia vulgaria dulcia veluti ſaccharum, *ex particulis quadratis lamellulatis, blando dulcoris ſenſu linguam titillantibus*, quia uno lamellularum angulo, nec limatis ſpiculis tam altum penetrant, & linguæ poris ſeſe inſinuant, hinc etiam figuratæ ſcheſi maximè adverſaria ſunt dulcia, inprimis etiam cum variæ materiæ copia inter ſe mixta extet, unde & conſtantior eorum natura, ſi particulas haſce mechanicè demonſtrare animus ſit, & ab invicem ſeparare placeat, inſtituatur.

## DESTILLATIO MELLIS.

Sume *mellis* v. g. ℔. j. *ſilicum contuſorum vel arenæ mundæ* ℥. iij. & ultra, deſtilla per retortam gradatim magno recipiente adhibito, & primo exit *aqua alba*, dein *flava cum ſpiritu* & *oleo*, quæ omnia ſeparari, & pro uſu rectificari poſſunt.

Silices vel arena ad præcavendam efferveſcentiam, ad quam maximè inclinat mel, adjicitur.

*Phlegma*, *ſpiritus*, & *oleum*, acidæ ſunt naturæ, hinc *ſpiritus ſolvit corallia*, oculos cancri &c. ac calculo ideò mederi perhibetur.

*Conſtat hinc quantum errent delicatuli, qui ſaccharatis ſæpius delectantur*,

*ctantur*, *cum talium uſu minimè dulcem reddant ſa*
*potius acuando*, *ſcorbuticum augeant ſal*, *& pulmone*

Porro ex Acido conſtare dulcia hæc, probat
*melle* cum aqua ſimplici *confectio*, ut & *oleum anti*
triduana & leni deſtillatione extractum, quæ ce
ſpiculis minimè fabricarentur.

Hæc itaque documento eſſe certo poſſunt
*pulmonum vitiis vulgaria dulcia*, cum ea in corpo
tent naturæ inimicam, & corroſionem pro lenitiv
ne intendant, profundiusque pulmones exedant,
mentatione acida ſeparentur ſpicula & per ſe exiſt
tio facilis ex jam enarratis patet.

*Oleum* quod aquæ vitæ adinſtar ardet, vir
rere perhibetur, ſi per dies aliquot *cum ſpir. vini c*
rurſus ſeparato oleum dulce remanere credunt, g
*neribus & ulceribus phagædænicis conducens*, *macula*
*camphora* diſcutiens.

*Facile hic perſuademur mel eſſe ſubſtantiam ſulfu*
*tenſam per arborem folia*, *flores*, *fructus*, *imprim*
*tunc enim ab intimâ particularum pugnâ & celeri*
*aculei deteruntur & hebeteſcunt*, *ac ſuâ ſubtilitate*
*getabilium cavernulas perterebrando nutritionem*
ideoque hæ dulcedinis particulæ ultimi alimenti
fecta ac ſummè exaltata ſpicula, uti conſpicuum n
plum *vini ſpiritus*, qui *quo rectificatior*, ſi modo
aduſtus ſit, *eo majori dulcedine palato abblanditur*,
tia placet.

*Videmus hinc intenſiſſimæ ſubtilitatis proprium*
*dinem licet à ſalino oriantur principio.*

Ex his ultimò perfectis particulis mel per a
ſtat, quod verò cum ex diverſis vegetabilium ſ
turæ & temperiei ortum ducat, maximè ſæpè di

aqua ſeparetur.

Ut ſupra indigitavimus conficiunt *Lithuani*, & alii, ex melle, potionis genus *Hydromel* vocatum, quod illis loco vini in multo eſt uſu, hocque ſæpiſſimè antecellit. Paratur autem ſequenti modo.

# HYDROMEL.

℞. *Mellis optimi*, *Virginei* ſi haberi poſſit, menſ. unam, *aquæ fontan. puriſſ.* menſ. octo, aquæ *in aheno ſtanno obducto calefactæ adde mel*, & leni igne *ad tertiæ partis conſumptionem coquantur*, ſemper ſpumam auferendo, vel tam diu donec ovum injectum non demergatur, ſed ſupernatet. Potiſſimam artem in conjunctione conſiſtere deprehendes, ne aut nimium quam par eſt, aut minus quam debebat coquatur. *Quo diutius* tamen *aſſervari debet*, *eo melius coqui neceſſe habet*, ſi verò ſtatim in uſum cedere debet, non opus habet nimia coctione, ſed tum flatus facile generat.

Decoctione convenienti peracta mediocriter calidè *per manicam coletur*, ut ſecernantur craſſiores contentæ feces, atque tunc inde *doliolis*, *quæ vinum vel malvaticum*, vel aliud generoſum *continuerint*: tum ſi æſtas, radiis ſolaribus expone, vel hyeme, hypocauſto calido impone per menſem vel ultra, ut fermentetur & feces ſegregantur,

gantur, quo peracto, dolia in cellam reconde: ſed uſus non ſit ante trimeſtre, intra quod tempus ſimile redditur vino malvatico.

Si *ad fermentationem promovendam* ad ſingulas 25. menſuras *addas fermenti* eodem hydromelite, q. ſ. prius ſoluti, & *Tincturæ Tartari* uncias aliquot, fit hydromel plane vinoſum, quod nullum amplius mellis refert ſaporem, & quo diutius aſſervatur, & generoſius fit.

Ex hoc vinoſo hydromelite poſtmodum fit aqua vitæ, item acetum, ad extrahendas quarundam rerum eſſentias plus præſtans, quam ſpiritus vini ipſe; cum à ſubtiliſſimis ſalinis particulis enata hæc ſint, magis fere quam vini ſoboles.

Alii ut hydromel conficint a morba alicu aut parti magis ſpecificum, ſpecificas ita vocatas incoquunt herbas, radices, flores, &c. v. g. ad conficiendum.

## *Hydromel Pectorale.*

℞. *Herb. hyſopi.*
*ungul. caballin.*
*veronic.* ana. m. j.
*liquirit.* ℥iij.
*rad. fœniculi.*
*farfaræ.*
*heleni.* ana. ℥j.
*ſem. aniſi, fœniculi.* ana. ℥ß.

Groſsè inciſa includantur nodulo, & hydromeliti immittantur, cum ferè decoctio & deſpumatio peracta eſt, & tum porro ad juſtam decoque conſiſtentiam, donec ut dictum, non demergatur ovum, tumque coletur & doliolis aptatis immittatur.

*fermentatione debito tempore* poſtmodum tamen doliolum turſus repleas cum alio remanente hydromelle ac juſtè claude relicto ſimul nodulo, tunc poſt tres menſes generoſum obtinebis hydromel ſatis efficax, *in incidenda pituita, calefaciendis viſceribus, roborandis viribus*; & aliis ſimilibus corporis infirmitatibus, ubi activæ deſiderantur particulæ.

## CAPUT IX.

## CERAM SOLVIT.

Cera ex iisdem cum melle conſtat particulis, ſed flexilibus ramis tenacius ſibi implicatis, ac multo craſſioribus, unde ſua non exſerit ſpicula, niſi ſeparatæ fuerint particulæ.

*Odor ejus gratus* à ſubtiliſſimis mellis particulis, ac diuturniori earum ſodalitio & motu adfricatis dependet, qui accedente caloris motu, facile rurſus perit, ut cera inſolata docet.

## OLEUM CERÆ & SPIRITUS.

Si particulas ceræ tenacius implicatas ſeparare animus ſit, intermedium requiritur ut particulæ cohærentes facilius à calore ſejungibiles exiſtant, nec aduſtionem patiantur, v. g.

℞. *Ceræ flavæ odoratæ* ℔iij. in olla vitreata *liquatæ* admiſce *argillæ ſiccatæ & pulveriſatæ* ℔. vj. vel quantum ſufficit ad conficiendam paſtam, *ut poſſint formari globuli*, hos inde *retortæ vitreæ* optimè lutatæ, *ut tertia pars maneat vacua*, tum pone in furno reverberii magno recipiente adhibito, lutatisque optimè juncturis, à principio adhibe ignem lentum, & prodibit phlegma cum ſpiritu, tunc auge paulisper ignem & egredietur *liquor*, qui *in recipiente inſtar butyri* coagulatur, quando aucto igne nil egreditur amplius tum recluſis juncturis, ſpiritum cum phlegmate ſepara à cera butyri inſtar coagulata.

Spiritus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tis, ceram videbis ſolutam, tum eam ab igne remotam refrigerari ſine, quantocius citra vitri fracturam fieri poterit, vel dum adhuc calet, filtro chartaceo infunde, & vel in vitro in quo refrigeſcit, vel in filtro mox reperies ceram & menſtruum in ſubſtantiam albam butyro ferè ſimilem ſimul redacta, quæ ſpiritu exhalari permiſſo in molam multò minorem ſe contrahet, ſuæ tamen albedinis tenacem, flavedo verò neque in ſpir. vini, neque in butyro conſpicienda amplius.

*Poloni, Veneti*, aliique, qui *in magna dealbare ſolent copia*, ita procedunt:

Sumunt *ceræ flavæ* q. v. tenuius ſectam ceram *ſolvunt in aheno cupreo inferius anguſto* ac ſtanno probè obducto, *cum parva aquæ quantitate* ſaltem ne in fundo adhæreat, ac aduratur. Ceram, quamprimum liquefacta eſt, remoto igne per 6. horas vel ultra in quiete relinquunt ut ſubſidant feces. Sed antequam planè refrigeſcat maſſa, per inſtrumentum transfundunt, quod molam vocant, ut per hoc in aquam ſuppoſitam decidat, ac ſi cultro in tenuiſſima folia ſciſſa eſſet. Hanc ita ſectam *ceram* eximunt, *& in tabulis panno albo lineo obductis dilatant, graſſitie digiti*, & *radiis ſolaribus exponunt* per 30. dies, die & nocte non tectam, tunc repetunt laborem, fundendo ut prius, omnique ex parte procedunt ut à principio, hocque repetunt tam diu, donec dealbata ſatis deprehendatur cera.

## CAPUT X.

### *Saponem conſiderandum ſiſtit.*

SUbjectum hoc Saponariis relinquendum eſſet, niſi Acidi & Alcali in eo conſiderari mereretur actus, *ex cineribus* etenim *& oleo* conſtans, ſuo uſu *maculas veſtium delet*, quas ramoſa pinguia laneæ implicarant texturæ, poſtquam lixivium ſaponis ſal, cum pinguium Acido concertavit, ac Alcalina pars, ſuo ſimili, quod etiam in

oleo

oleo eſt, ſe aſſociavit, concors enim concordi adhæret. Confectio in hunc modum ſe habet:

## SAPO VULGARIS.

℞. *Cinerum fagi vel quod lubet, partes ij.*
*Calcis vivæ partem. j.*

Cineres alcaliſatas paulum humecta, atque eis calcem vivam cooperi, atque ita relinque donec calx dehiſcat, tum hæc miſce, & *affunde aquam*, ut maſſa fiat humidior, juxta Regulam: ſalia non agunt niſi ſoluta: facto hoc *maſſam dolio amplo* (in eine Büttе/) impone comprimendo eam, & virgultis ſuperpoſitis perge affundendo calcem cum cineribus mixtam, & ut prius humecta, ita verò continua, ſtratum faciendo ſuper ſtratum cum calce, cineribus, mediantibus virgulis, donec ſufficientem pro lubitu ad conficiendum ſaponem habeas copiam, & calx viva mortificata ſufficienter extet. Tunc maſſam ex dolio effunde in terram, & comminue, optimeque commiſce, & ad conficiendum lixivium labro rurſus immitte, ſtramine cum urticæ foliis in fundo ſubſtrato.

Hiſque *ſuperfunde aquam ferventem*, & cum per horas aliquot ſteterint, per epiſtomium *depreme lixivium, quod ſi ovum in eo non demergatur magiſtra vocatur*, & tanto Alcali ſaturatum eſt lixivium hoc, ut igneam quaſi obtineat vim, in momento enim hoc bulliens lixivium hominem ebrium caſu illapſum conſumſiſſe refert *Tackenius in ſuo Hippocrate Chymico.*

Relictæ *maſſæ ſuperfunde aliam aquam ferventem*, ut fiat *ſecundarium lixivium*, minus ſaturatum quod ovum non ſuſtinet, cum ultimo hoc *oleum vel pinguedinem* Acidum continens, *primo commiſce*, & lento igne coque, donec albeſcant, tunc *adjice magiſtram* in tripla olei vel pinguedinis proportione, & bulliendo oleum coagulabit Alcali, donec in unum coëant corpus, quando verò maſſa ahenum tranſcendere vult, affunde aliquid lixivii ut ſubſidat: linguâ tamen ſæpius explora, *ſi ſapor dulcis, adde magiſtram*, ſi verò mordax coque donec oleum abſorptum, ſin verò mordacior, ſenſim *adde oleum*

*oleum ad diſcretionem.* Cum verò incipit maſſa fila dulcere & pellucida à ſpatula defluit, tum per trium horarum ſpacium coquatur, in fine verò ſal adjice ut ſeparatur à ſapone ſuperfluum lixivium. Ultimò cum ad juſtam deventum eſt conſiſtentiam, formis ad id convenienter paratis infunde, & donec refrixerit relinque.

Ingredientium proportio hæc eſt:

℞. *Cinerum* ℔. x. viij.
*calcis vivæ.* ℔. vj.

Præbebunt lixivii menſuras xviij. quæ requirunt.

*ſævi.* ℔. v.
*reſinæ.* ℥iiij.
*ſalis.* ℔. j.
*amyli.* ℔. ß.
*glutinis.* ℔. ß.

Alii ad *lixivii* ℔. j. ß. addunt *ſævi* ℔. j. gluten & reſina adduntur in medio operis, ſal verò & amylum in fine.

Hæc ſaponis eſt confectio, unde reſolutio rurſus emergit, omne enim corpus reſolvitur in id ex quo conſtat. Si itaque conſtitutiva ſaponis ſeparare rurſum animus ſit.

## DESTILLATIO SAPONIS IN OLEUM &c.

Sume *ſaponis optimi* ℔. j. *calcis vivæ* ℔. ij. mixta *retortæ immitte* optimè lutatæ, & *ex arena* ſ. a. deſtilla, oleum quod prodiit quia empyreumaticum obtinet fœtorem, ſuperfuſo *ſpir. vini* rectificato *corrige*, vel ex alia retorta cineribus commixtum rectifica.

Vel ſuperfunde *ſaponi vini ſpiritum*, & digeſtione diebus aliquot peracta, inſtitue deſtillationem, *relictæ maſſæ recentem ſpir. vini* ſuperfunde, & rurſus abſtrahe, hocque aliquoties repete. Tandem rurſus ſuperfunde ſpiritum abſtractum, & ita ſtent per dies 6. tunc filtra ſpiritum per chartam, & in balneo eum abſtrahe, ut remaneat *oleum ſaponis rubicundum.* Vires *à Zwelffero*, *Hoffmanno* & aliis deprædicantur, ſi *in doloribus arthriticis*, ac *diſſipandis tumoribus* cum oleo lumbricorum, mane & veſperi illinatur.

*Verum*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*amyli albiſſimi* m. j.
*magiſter. marcaſit.*
*ſperm. ceti ana.* ℥vj.
*ſalis Tartari.* ʒij.

Miſceantur optime & ſubigantur in mortario lapideo cum aqua odorata, uti *Naphæ* vel *Angelicæ*, aut *flor. roſar. arant.* &c. ultimo adde *ol. ligni rhod. jaſmini* ana. ℈j. *ambræ, moſchi* ana pro lubitu.

## *Si ad veſtium maculas ſaponem velis,*

℞. *Saponis Veneti ſubtiliſſ. raſ.* ℔ß.
*olei ſpicæ* ℥ß.
*fellis tauri cochlear.* iiij.
*ſuccci citri.* q. ſ. ad humectandam maſſam, ut addito pauco amyli poſſint formari globuli, ſapo verò prius ſiccus optimè eſſe debet.

Si veſtium maculas delere velis, laventur eædem aquâ calidâ, tum illinantur hoc ſapone, & recenti aqua diligenter eluantur, ac diſparebunt maculæ.

*Hoc item ſapone*, optimo cum ſucceſſu, alii utuntur *in ſcabie maligna,* ſi cum lixivio ex cineribus hæderæ terreſtris facto ſolvatur aliquid ſaponis, & hæc mixtura ſcabies abluatur aliquoties & repetitis vicibus.

SECTIO

# SECTIO III.

## *REGNUM VEGETABILE PERCURRIT.*

CUm Omnipotens Benedictus Naturæ Parens, Summus & Maximus omnis univerſi motor, omniumque Creaturarum verum principium, ita providiſſet, ut interna vis & efficacia, quam verbo FIAT impreſſerat, *viſibili & comprehenſibili corpore includeretur*, in quo & per quod exereret vires, & quo mediante operationes perficeret; ex unione vero iſta intrinſeca & amicâ concordantiâ, vires rerum principaliores Quales ſint; hinc unumquemque verum & naturalem Philoſophum eo adactum ſentio, ut in veras rerum cauſas inquirat, & non chimæricis vel fictis incubet, veluti magna *Galenicorum caterva* in *plantarum* indagandis viribus aberrans egit, quæ harum *vires*, *caloris & frigoris gradibus dimenſa eſt*, in magnum certè ſanitatis humanæ nocumentum, ignorans Qualitates has à rebus abſtractas conſtitutivis advenire principiis, ab objecti tantum appropriatione, neque hæc Qualia eſſe Qualitates, utpote quæ nunquam cauſarum vices ſuppleant: *Nec frigidum*, *calidum* pro ſubſtantiis habenda eſſe, ſed juxta *Hippocratem Acidum*, *amarum*, *ſalſum*, *acerbum*, *auſterum*, &c. Atque ita *non generari morbos à frigido*, *calido*, &c. ſed à Qualibus vario modo depravatè diſpoſitis, neque plantas ab iisdem dependere Qualitatibus, ſed à dictis *Hippocraticis* acido, ſalſo, amaro, &c. tales eſſe conſtat.

Obſervamus hoc in fructibus immaturis, ubi particula ... viſcoſis, & terreſtribus detinentur heterogeneitatibus, quæ vero S lis æſtu & motu ita exaltantur, ut terreis particulis ſubactis, ſapore auſterum mutent, & dulcia reddantur. Auſteræ itaque, mediar bus aliis, particulæ ſalinæ redditæ, ſunt, quæ papillas linguæ a ſtringunt, humores inſpiſſant, & non frigus.

Quæ illis ſunt *Quarto gradu frigida*, hæc *Acerba ſunt* à terr rum particularum exceſſu, & ſtyptici ſalis amaritudine, veluti in Vegetabilia *quercus*, *hypociſtis*, *acacia*: inter terras, ſigillatæ vari bolus, &c. inter Mineralia *vitriolum*. Hæc papillas vehementi conſtringunt, ac concentrant, ſpiritus ſtupefaciunt, fauces ſtrang lant, niſi aculei aliis oblinantur vel deterantur.

Patet hinc *non frigore dimenſuratos gradus*, *ſed particulas* ſalin eſſe, *varie commixtas*, *alteratas & figuratas*, quæ hos producunt fectus, dum à circumferentia ad centrum tendere, vel concentr coguntur, ab aliis impeditæ, irretitæ, vel vario modo alteratæ.

*In calidis* majus *Dominium cepit Volatile*, *& ſubtilius ſal*, qu heterogeneitatibus non adeò obrutum, nec aquâ dilutum, à ce tro ſemper ſurſum exilire intendit. Et cum particulæ ſalinæ n adeo acuatæ ſunt, ac papillas linguæ jucundè feriunt, concon tante propter agilitatem ſenſu calidi, ab eis primo caliditatis grad adnumerantur.

Sed cum ſubjectum *flagrantiori Solis motu* ſalinas *particulas p. acutas*, *& volatiles* obtineat, ab aliis impedimentis liberas, ling fibrillas paulo potentius vellicant, hinc magis reſolvunt, abſt gent, *Diaphoretica*, *Diuretica & Errhina* ſunt, ut quæ amaricant, ex amaro dulceſcunt veluti *aromata*, *& aromatica omnia*, ut *gent na*, *Angelica*, *abſynthium*, *card. benedict.* &c. Quæ tamen in lo Meridionalibus intenſius & fortius linguam afficiunt, quam quæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

clauſo 14. dierum ſpatio, deſtilletur ex veſica ſtanno probè obducta cum capitello ſtanneo, & refrigeratorio optime munito.

Aqua quæ primo exſtillat ſublactei coloris, quia melior, ſeorſim excipiatur, ut & altera quæ prodit clara; tertia vero quia vilior eſt, aſſervetur pro novâ cinnamomii infuſione.

Si loco aquæ roſarum addimus *Aq. borraginis, bugloſſæ*, vel *vinum cydoniorum*, tum vocatur *Aq. Cinnamomi borraginata, bugloſſata*, vel *cydoniata*. Et ſi loco vini ſimplicioris, *Malvaticum, Moſchatellinum*, ſubſtituimus, Cinnamomi Aqua efficacior evadit. Si vero horum loco ipſum addamus *ſpir. vini*, ſpirituoſa admodum edeſtillat.

Vires hujus *omnium aquarum nobiliſſimæ*, non ſatis deprædicari fere poſſunt, in omnibus corporis humani infirmitatibus; propter ſubtiliſſimas ſummè dulces particulas ſpiritui noſtro Animali maximè ſimiles, & convenientes, unde *addunt robur, confortant ſtomachum*, & omnes functiones naturales. Uſus verò inſignis eſt *in virium diminutione*, animi deliquiis, cerebri, cordis, ventriculi, & uteri frigidis affectibus, ubi tum particulis nobilioribus irretitis, & aliis heterogeneitatibus obrutis, ſuccurrunt, ut fortificati vincant & ſubigant impedimenta & obſtacula Acidum crudius foventia.

Doſis eſt à cochlearia ß. ad j. vel ij. prout vel debilis vel fortior exiſtit.

*Gravidis cautè propinatur*, cum facile efferveſcens, & ſanguinem nimium movens, partum acceleret ante tempus, tempore vero debito propinata percelebres exertura ſit effectus.

## AQUA AD PARTUM FACILITANDUM.

Quæ ſi ex profeſſo in hunc ſcopum dirigi debeat, præparetur addendo libræ uni *Cinnamomi, corticum citri, angelic. imperator, Zedoar, flor. arant. fol. meliſſæ, pulegii* ana. ℥j. hæc debitâ maceratione peracta deſtillentur, & prodit aqua admirandarum virium, in partu accelerando, menſtruis ſuppreſſis, &c.

ELIXII

# ELIXIR CINAMOMI.

Paramus etiam ex *Cinnamomi* cortice elixit jucundum, ex contuſis groſsè, optimi corticis fragmentis, cucurbitæ inditis, affuſo ad trium digitorum eminentiam *ſpiritu vini* non rectificato, in balneo leni, quod coloratum eſt ſeparatur, poſtea novus affunditur ſpiritus, repeti turque labor donec color omnis ſufficienter eſt extractus. Poſtmodum verò liquore in eodem balneo ad dimidias abſtracto, in fine additur *Eſſentia moſchi*, & *ambræ*, cumque *julepo ſacchari* dulcoratur, ut fiat Heroum nectar.

Vel ex *aquâ ipſâ Cinnamomi* auxilio *Tincturæ ſantali croceati*, *& ſacchari*, adjecta aliquâ *Alkermes* particula, paratur Elixir viſu jucundiſſimum, & uſu excellentiſſimum.

# OLEUM CINAMOMI.

Si ipſas olei particulas ex nobili Cinnamomo concentratas deſideremus, quæ in aquâ, ſpiritibus vectæ non apparent, hoc procedas modo:

℞. *Cinnamomi optimi odoratiſſimi & acrioris* ℔. iiij. craſſiuſculè fractum hinc inde conſperge cum *vini albi generoſi* ℔. j. tum *veſicæ* immitte cum 8. vel 10. menſuris *aquæ fontanæ*, & ſubitò *non interjectâ morâ deſtillare incipe*, donec duæ præterpropter menſuræ egreſſæ ſunt, quæ lactei erunt coloris, cui ſupernatat oleum Cinnamomi clavum ad flavedinem verò inclinans, partim aquæ commixtum in fundo reſidebit: his edeſtillatis mutato vas recipiens, & alio adhibito deſtillare perge tam diu, quam diu aliquid olei egredi ſentias, quod tamen intra paucas finitur horas.

Hac ultimo egreſſa aqua agitando peroptime recipulum elue, & priori adde, in capaci vitro, tunc agita, ſed leniter vitrum, quo ſupernatans oleum deſcendat ad fundum, poſt benè clauſum vitrum in loco frigido repone, per dies aliquot, intra quod aqua fit clarior, & plus olei deſcendit. Hoc facto *aquam leniter decanta*, donec oleum cum aliquot cochlearibus aquæ præter propter remaneat, cui adde *aquæ fontanæ ſale ſufficienter*

*cienter impregnatæ, & per chartam filtratæ* ℔. j. tunc ſupernatabit oleum, ut ad modum aliorum oleorum facilè ſeparari poſſit.

Maxima hîc opus eſt diligentia, ut omne oleum colligatur, nec vitro plurimum adhæreſcat & perdatur.

Hac methodo ex ℔. iiij. optimi Cinnamomi acquires olei puriſſimi ℥. v. Si verò quid hæreat in vitro, poterit miſceri *cum ſaccharo Candi*, & inde fieri *Elæoſaccharum* pretioſum.

*Aquam* verò reſiduam cujus præterpropter tres erunt menſuræ vel ultra, *veſicæ parvæ* immitte, & *menſuram unam abſtrahe*, ac aquam cinnamomi optimam nactus eris, hanc ſerva, reliquam verò quæ ſequitur, ſerva pro vehiculis generoſiorum propinandorum.

Hac etiam methodo genuinè reliqua deſtillantur aromata, videlicet *caryophyllor.* quorum ℔. j. plus dabit olei, quam Cinnamomi ℔. xij.

*Alii prægreſſa prius maceratione*, dierum aliquot ſpatio facta, oleum hoc deſtillant, qualem modum reliquit *I. F. Hoffmannus*, v. g.

℞. *Cinnamomi optimi* ℔. j. craſſiuſcule confracto adde *aquæ* menſuras iij. in quibus *aliquid ſacchari* ſolutum eſt, hæc per dies aliquod in digeſtione relicta, deſtilla, deſtillatam aquam reaffunde recentis cinnamomi ℔. j. relinque cum brodio primæ deſtillationis relicto rurſus in digeſtione, deſtilla, & nanciſceris non ſolum aquam Cinnamomi elegantiſſimam, ſed oleum item copioſiſſimum. Labor hic continuandus eſt decem vel duodecim libris cinnamomi, deſtillatio verò per veſicam inſtituatur cum ſuo alembico, ſtanneo probè munito. *Ex fecibus in cineres redactis* ſ. a. *ſal eliciatur*.

*Magiſterium* fit extractione cum ſpir. vini rectificato, quæ cum aquâ fontanâ præcipitata vel cum aquâ cinnamomi viliori præcipitatione parata Medicinam ſuppeditat pretioſam, cujus *locum Elæoſaccharum ſupplet*, quod ſemper recens paratum eſto, cum aliàs ab aëre alteretur quam diligenter etiam aſſervetur.

*Vires olei* aquâ fortiores exiſtunt, ut magis concentratis con-

ſtantis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

adhibita.

Sunt qui in nobili hoc deſtillando oleo *amygdalas vel alia adjiciunt oleoſa ſubjecta*, ut inde majorem olei acquirant copiam, *at fraudem committunt*, quæ detegitur, ſi una vel altera guttula vino immiſſa fundum non petit, nam *quod verum eſt deorſum tendit*, *quamprimum infunditur vino.*

Sequitur pretioſum alterum Aroma.

## *NUX MOSCHATA.*

Hæc vera *Nucis Indicæ*, *medulla*, incluſa eſt *cortici duro*, qui cortex iterum tenuiori obductus eſt involucro, *eoque flaveſcente rubeo*, *ſeu floribus macis*, quæ omnia contenta exterius *carnoſo ſed craſſo obteguntur putamine*, quod maturum dehiſcit, ut in juglandibus noſtris conſpicimus. Eligenda verò eſt recens, pinguis, gravis, quæ acu compuncta oleum emittit.

Conſtat ex particulis ſalinis, oleoſis, multò craſſioribus in genere quam Cinnamomum, quibus copioſe particulæ terreæ continuo Solis motu implicatæ & combinatæ deprehenduntur, unde adſtringit, & ſpirituum diffluxum reſtinguit, eiſque robur addit, & archæum pacat.

In hunc finem ex ea paramus aquam, ſeparamus oleum & pro lubitu ſal, v.g.

### *Si Aquam velimus nobilem:*

℞. *Nucis moſchat.* ℔. j. groſſe contuſis adde
*Succi vel vini cydonior.* ℔. iiij. vel v. cum
*Medulla panis albi.* q. ſ. miſce.

& ex MB. deſtilla.

ſtilla per veſicam artificialiter, & oleum ſeparetur ab aqua, lubet, rectificetur.

ires inſignes ſunt in vomitu, alvi profluviis, ſtomachi debi- obſcuratione viſus, nimio menſium fluxu, &c.

oſis eſt à cochl. ß. ad j. mane & veſperi.

## *Si oleum arrideat:*

ıme N. M. *optimè ponderoſ.* quantum placuerit, groſsè con- *plici & ſola aqua* ſ. q. *addita deſtilla ex veſica*, & ex ℔. j. *olei* *ıı*, ſpiritus therebintinæ inſtar aquæ innatantis ℥vj. habebis: *nte in veſica craſſiori*, quod expreſſione vulgò aliàs parari con- innatante, hoc refrigeratis omnibus cochleari auferatur, & de nucis moſchatæ fragmentis commixtum ſit, liquefiat rur- lla vitreata vel cacabo, & coletur per pannum. Vel cum omnia calent, filtro infunde, ut craſſiores relinquantur con- partes, & liquida tranſeant, ubi poſt refrigerationem oleum s purum auferre poteris.

ı hunc modum *ex pipere*, *cardamomis*, *cubebis*, *macis*, & aliis icis quæ ſubtilius ſecum vehunt *oleum*, *deſtillatur*.

*ires olei deſtillati*, ceu ſubtiliſſimarum partium à terreis magis ırùm magnæ ſunt, in *Apoplexia*, *ſpaſmis*, &c. Si enim in aquâ nomi aut alia Apoplectica diſſolvatur, & ori, *naribus* & *auri- plectici inſtilletur*, *eum revocat*, quem eundem effectum ex- n etiam oleum, ſpir. vini ſolutum tanquam ſingulare ſecre- æſtare *Mercatus* profitetur.

liàs *expreſſum convenit in omni alvi fluxu*, ex ſtomachi debi- *torminibus infantum*, internè & externè, *in ſtranguria* cum ni *eſt infallibile ſecretum*, ut & *in abortu* præcavendo *cum melle propinatum*, ut habet *Mœbius in Inſtit.* de Diæta gravidarum, n omni menſium fluxu, &c.

xternè inſignes obtinere vires, experientia comprobatum ha- , ut in conciliando ſomno, *confortanda memoria*, ſi deraſis capil- tici & temporibus illinatur: In torminibus item ventris, *um- litum*.

Eſt inſuper *balſamorum* principaliſſima *baſis* expreſſum oleum, cui reliqua addunt ſymbolum, v. g. in præcavenda Apoplexia, abſumendis catarrhis, vertigine &c. tale combinetur balſamum:

℞. *Olei N. M. deſtillati.*
*macis deſt.* ana. ℈i.
*ligni rhod.* ℈j. ß.
*garyophyll.* gutt. v.
*ſuccini.*
*rutæ.*
*citri.* ana. ℈ß.
*moſchi* gr. viij.
*N. M. expreſſ.* q. ſ. pro balſami conſiſtentia.

Parant etiam alii ex oleo N. M. expreſſo *Magiſterium* v. g. ſuperfundunt ſpir. vini rectificatiſſ. & repetitis vicibus omnem extrahunt colorem, ita ut oleum fixum, & inſtar nivis album, reſtet, quod ne rubeſcat, & leniſſimo calore exſiccant. Uſus potiſſimus eſt ut ſuppeditet *nobile balſamorum corpus*, inprimis ubi cum ſpir. vini Tartariſato, extractio facta eſt.

Jam ad ea quæ Aromaticis adnumerari meritò debent pergimus v. g. *Citri*, *Arantiarum* &c. *cortices*, qui ex Acido, Solis æſtu, & inde celeriori motu enato, oleum nacti ſunt admodum pretioſum; quod ita ſeparabis, v. g.

## OLEUM CORTICUM CITRI &c.

℞. *Pomorum citri* recent. optimè odorat. & integrot. ac maturor. num. 100. *flavos reſcinde cortices* & minutim conſciſſos, veſicæ inde, *cum ſ. q. aquæ fontanæ*, juncturiſque bene clauſis, & obſervato refrigeratorio, ac appoſito recipiente, deſtillationem inſtitue, *abſque prævia maceratione*, & intra 4. vel 5. horas omne egredietur oleum, clarum & cryſtallinum, quod ſeparamus. Ex centum citri pomis mediæ magnitudinis, ſæpius habemus ℥x. vel xij. puri olei, quod in vitris anguſti colli probè obturatis ſervetur in loco frigido, & durabit viribus integrum, aliquot annis.

Non-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

gnatim edant certamina, & diſſidiis exerceantur crebris, qui brevibus nexantur ſpatiis, ab ictu Solis reſultent. Sed cum ſcaturigo aliunde foveri debeat, nutritivas, quas ipſum non h è terrâ elicit ſemen; quod cœleſtem nactum ſodalem, cum c bus particulis colluctatur, ac terræ operculum ſubmovet, ut propinquiore contactu, & aëris vegetante fruatur ſale, pro q copia & robore maturius, aut ſerius, plantæ augeſcunt: h finem ſæpius *delicatiores plantas, tentoriolis vitreis, radios Soli̇s entes, obtegimus*, ne eorum laxiores pori frigore conſtipentu

Primò *radicem fingunt activa, & febris arctioribus conne* quo plantæ ſal ſe intimius irretiat, aquâ tunc minus diluendus craſſiores nutritii ſucci, & diverſæ materiæ partes ſemper in ſubtilioribus particulis faſtigia petentibus, ubi per compacti fibras magis rectificantur: hinc ſemen efficaciſſima plantæ e dotatum, oleo, ex ſalibus per longiſſimam commixtionem c culationem ſolarium radiorum, abundat, magis quàm radix.

Jam ſi particulas, accretionis authores, dignoſcere cup ignis anatomiæ ſubjiciamus ſingulas plantæ partes.

Ex radicibus ſemper efficaciorem, quam ex trunco ſu tiam ignis ope elicimus, ex cortice vero, & faſtigiis ſubtil In radicibus conſiderandæ nobis veniunt diverſæ materiæ pa pote aqua, oleum, ſal, Extractum, reſinæ &c.

## DESTILLATIO RADICUM &c. in AQUAM.

Si aquas radicum velimus genuinas, imprimis *ſi ſucculen ſuccum expreſſum deſtillationi ſubjicimus*, & ſi ſit ex refrigerantil *arenam humidam* aquam extrahimus, quæ enim refrigerare aquæ, moderato calore deſtillati neceſſe habent.

*Si* vero *radices ſicciores ſint*, nec ſucco abundantes, vel ræ, vel non, his inciſis *ſuperfunditur aqua fervens*, quantum

Si verò tantum non lubeat impendere laborum, *herba* ſaltem *conciſa veſicæ immittitur*, & *tantum aquæ ſuperfunditur*, ut herba ebulliendo non aduratur, ac ſ. a. deſtillatio inſtituitur, donec aqua odorem & ſaporem herbæ non amplius ſecum ferat. Si verò *aqua egreſſa*, viribus magnis haud imbuta ſuſpicetur, *recenti ſuperfundatur herbæ inciſæ*, & repetatur opus, donec aquam viribus volatilioribus, vel radicis, vel herbæ, imbutam deprehendas ſatis.

*Non autem pro more Pharmacopæis uſitato* ſimpliciter deſtillandæ ſunt aquæ; Hi in genere herbis magnam ſuperaffundunt aquæ fontanæ copiam, & deſtillant donec magnam aquæ copiam nanciſcuntur, quas tum ſimplices vocant, ſed *revera ſunt ſimplices*: quia præter aquam fontanam nil ſecum vehunt, unde *non mirum ſæpiuſculæ homines defraudari*! non tantum *de pecunia*, ſed & theſauro omnium pretioſiſſimo, *ſanitate ipſa*.

## OLEA EX RADICIBUS DESTILLARE.

Si oleum ex radice ſeparandum veniat; ſume *radicem ſiccatam*, *contuſam groſsè inde veſicæ cum ſufficienti aquæ quantitate*, & deſtillationem perſequere tam diu, perque dies aliquot, donec omne oleum ſentias prolectum: Aquam decedentem ſemper reſarcias vel recenti vel prius egreſſa, oleo ſeparato, aquâ. Ita fit *oleum Angelicæ*, *Carlinæ*, *Gentianæ*, *Imperatoriæ* & ſimilium, quæ ob arctiores fibrillas, denegato hinc ſuperfluo & nimio humido, olei ſufficientem copiam implicatam obtinent.

## EXTRACTA RADICUM.

Si Extracta ut vocamus Radicum expetimus, quæ ex diverſæ materiæ, terræ, ſalis, olei ſcil. particulis conſtant, accipimus *Radicem* vel *Angelicæ*, *Valerianæ*, *calam. aromat. Carlinæ* &c. Inciſam radicem minutim, immittimus *cucurbitæ*, & *ad uncias duas* radicis addimus *duodecim*, *aquæ*, *vel fontanæ vel ex ipſa radice deſtillatæ*, *uncias*, cum *ſpiritus vini* unciis quatuor. Atque in cucurbitâ probè clauſa macce-

ramus, ſpatio viginti quatuor horarum, balneo impoſitâ, poſtea *expreſſum ſuccum ad ſiccitatem radicum* per ſubſidentiam depuramus, ut tum filtrari probè poſſit: liquorem hunc *filtratum deſtillamus ex M. B.* donec tres liquoris partes egreſſæ ſunt, quem ad alias radices extrahendas, vel alii uſui aſſervamus, quia quaſdam radicis vires vehit. Tunc *ſuccum remanentem* exime, vitro vaporatorio immitte, & *lento igne ad juſtam inſpiſſa conſiſtentiam.*

Hac methodo ex omnibus radicibus, ac aliis ſubjectis aromaticis, fiunt Extracta. Quæ verò ut legitimè fiant, ſequentia veniunt obſervanda:

1. *Ut M. Balnei calor in abſtrahenda aqua*, ſeu humiditate, *ſit temperatus*, quò vitrum ſine aduſtione tangi poſſit, *principaliter cum ſuccus craſſeſcit*, ne tunc calore fortiori adhibito aduſtionem empyreumaticam contrahat Extractum.

2. *Quando* ſuccus craſſeſcere incipit, ac *cuticulam nanciſcitur*, per quam humiditas evaporanda impeditur *ſpatula lignea, crebrò agitetur*, & quod parietibus vitri adhæreſcit, cum reliqua commiſceatur maſſa. Quæ, cum ad conſiſtentiam debitam redacta eſt, vitris ſiccis indatur, & loco ſicco cautè ſervetur.

*Spiritus vini additur aquæ*, ut tam ſalinæ quam reſinoſæ extrahantur partes, & prout ſubjectum vel plus vel minus reſinoſum, ſpiritus vini doſis, vel augenda vel minuenda erit.

3. Cum præcavere haud poſſimus, quin ſubtiliſſimæ & volatiliores avolent particulæ ſalinæ, hinc illæ reſtitui debent v. g. *Si ex Cinnamomo, citri corticibus, roremarino, majorana, ſaſſafras* &c. Extractum extet, accipe ſacchari candi tantum, quantum eſt duodecima Extracti pars, huic *adde olei ex eadem radice deſtillati* q. ſ. pro Elæoſaccharo, & hoc Extracto commiſce, ac reſtituetur ablatum.

*Vires cum radicibus concordant*, niſi quod hîc concentratæ, & ℈j. plus earum obtineat, quam radicis uncia una, vel binæ ſæpius.

*Exhibentur* convenientiſſimè *in rotulis*, & *Morſellis*. v. g.

℞. *Saccha-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

## DE TRUNCO SIVE ARBORE.

RAdicem truncus ſequitur, hic denſioribus, ſed laxioribus, patentioribusque conſtat poris, unde tam potens minimè obtinet ſal quam cortex, cui ceu ſpongioſiori copioſius communicatur, & utplurimum volatile, trunco verò firmitatis cauſa fixius: huic verò in ſpecie trunco plus, alteri minus virium ductoris voluntate conceſſum eſt. Cum verò particulæ omnes ferè in oleum & ſal obriguerint, ignis ope ea ſeparanda erunt. Sic ex trunco deſtillamus ſpiritum, oleum, ſal, &c. v. g.

## SPIRITUS & OLEUM LIGNORUM.

℞. *Ligni vel Quajaci, Buxi, Aloes, Ebeni, Santali* vel quodcunque libuerit, *minutim conſciſſum retortæ immitte, ad collum replendo*, ne vacuo conceſſo, materiaque calore extenſa, vitrum patiatur naufragium, repletam ligno retortam *cupellæ impone arenariæ*, & recipiente adhibito, igneque gradatim admoto, *deſtilla leniter* donec phlegmate egreſſo, *ſpiritus cum plus liberiori* prodire incipiat oleo, quo viſo ignem intendere poteris, donec nil amplius exeat. Tunc refrigeratis omnibus *ſepara ſpiritum* cum phlegmate, & *oleum*, quod ſi à fœtore empyreumatico liberare cupias, miſce *cum ſabulo puro*, & de novo ex retorta per arenam, leniſſimo ſemper igne, rectificato, donec leni calore ſubtilius oleum edeſtillatum ſentias, craſſiori cum ſabulo relicto, quod remove.

Vel *ſi ſubtilius* adhuc *expetis oleum*, ſume *ejus partem unam, aquæ fontanæ partes duodecim*, & ex cucurbita per Balneum deſtilla, ut cum aqua ſubtilius ſaltem aſcendat oleum, relicto craſſiori in fundo.

Vel ex veſica cum refrigeratorio deſtilla, ac citius rem perficies, præprimis ſi majorem olei copiam rectificare animus ſit.

Remanentes in retorta carbones, in cineres redigi poſſunt, & ex eis ſal ſeparari.

Jam

Jam dantur ligna, quæ *præter oleum*, *volatili ſale* infarciuntur, ut optimè odorata, *Lignum Rhodium*, *Cypreſſum*, *Saſſafras*, &c. hæc aliter tractanda: pro exemplo:

## OLEUM LIGNI RHODII.

℞, *Ligni Rhodii* ℔.x. vel xx. prout libuerit, divide per medium, & inodoram albam partem ligni ſepara, flavam verò optimè odoratam *minutim ſcobinatam* veſicæ immitte *cum ſufficienti aquæ quantitate*, additis *ſalis* tribus vel quatuor manipulis, *ac ſubitò deſtillationem inſtitue*, & prodibit oleum ſubtile & clarum quod ſemper ſepara; *aquam* verò *reaffunde rurſus* & deſtilla tam diu, ſemper reaffundendo aquam egreſſam ſeparato oleo, donec nil olei amplius exeat, quod *intra tres vel quatuor ſæpè dies* ceſſat; oleum verò primo die egreſſum ſubtiliſſimum: ut & odore ſuaviſſimum deprehenditur: reliquum etſi in copia majori egrediatur, vilius tamen eſt, & admodum tenax ac inodorum, quod lucri cauſa, ſubtiliori miſcent deſtillatores, unde eſt, quod rarò purum inveniatur hoc oleum. Quod *ſi ſuavitatem perdat, ei reſtituitur* guttulis aliquot vel *cinnamomi* vel *garyophyllorum*.

In deſtillatione *ſaſſafras*, & *cypreſſi*, multi non adjiciunt ſal.

*In deſtillatione Ligni per retortam, Liquor egreditur*; qui ex cucurbita per arenam leniſſimè rectificetur, & exit primo phlegma, poſtea *ſpiritus acidus*, quem ſeorſim excipe, in *Febribus malignis*, *inſignium virium*, propterque acidas volatiles particulas, *Diaphoreticum eximium* ſuppeditans. Doſ. ℈ß. ad ℈j. cum aq. card. bened. vel alia.

*Porrò ex quibusdam paramus Lignis duplicem Eſſentiam, ſive Extractum, Reſinoſum, & ſalinum*, v.g.

## RESINA LIGNI QUAJACI.

*Si* ex Quajaco *roſinoſum velimus*, ſume hujus *ligni nigri reſinoſi raſpati q. v.* affunde *ſpir. vini Tartariſati*, q.ſ. macerentur in B. donec ſpiritus ſit probè tinctus, & Eſſentia ſaturatus, tunc *ad mellaginem abſtrahe*, & remanet Extractum ſapore & odore ligni ſatis impraegnatum.

S *Si*

*Si ſalinum deſideres*, Reſp. *Ligni raſpati* ℔.iij. *coque in veſica cum aquæ fontanæ menſuris* vj. clauſa tamen veſicâ cum ſuo alembico, & refrigeratorio munitâ, recipuloque appoſito, horis 24. liquorem egredientem ſemper reaffundendo. Hoc decoctum ovi albumine clarificatum ad mellis formam inſpiſſa.

Hæc Eſſentia liquore aquoſo ſolvitur facilius, quam reſinoſa, unde optimè cum juſculis, cereviſia, deſtillatis aquis, pro intentione Medici exhibetur, ſed doſi optimè menſuratâ, propter ſalinas acriores particulas.

Si ſpirituoſum ſimul & aquoſum affundas menſtruum, utrumque & reſinoſum, & ſalinum nactus eris Extractum.

---

# CAPUT VI.

## *Foliorum & herbarum conſtitutiva docet.*

HÆc pro fibrarum, & in fibris pororum coarctatione, vel dilatione, vires vel fortes, vel diſſolutas magis obtinent, unde & *in quibusdam plantis ſalia & copia & robore antecellunt*, è contra in aliis. Sic quæ poris præditæ ſunt arctioribus, *aquæ copioſiori* præcludunt aditum, quæ *ſi abundantior irruat*, ſalia nimium ſolvendo, *plantarum debilitat vires*: conſpicimus hoc in eis quæ frigide vulgo vocantur, hæ copioſam aquam, rorem efficaciâ vix prævalentem, promunt, per aquam igitur nimia diluitu, ſalinæ conſpicuitatis hoſtis eſt: quo plures itaque ac ſubtiliores plantarum fibrillæ, eo copioſiora ac volatiliora ſalia obtinent, unde pro horum quantitate, vel plus vel minus calida exiſtit herba.

Virtutibus hiſce delineandis non aptior datur via ac per ignem, hic nobis conſtitutiva plantarum primordia, ut phlegma, ſpiritum, ſal, olem &c. ob oculos ponit, inter quæ unicum *ſal pro copia & robore viribus conſpicuum eſt*: nec enim oleum afficit linguam niſi ſalinæ in eo obriguerint particulæ, cum hoc ex illis oriatur.

Sed

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Si aquam deſideres magis eſſentificatam, & particulis ſalinis volatilioribus imprægnatam, hoc procedas modo: pro exemplo ſit.

## *Aqua Veronicæ Eſſentificata.*

℞. *Herbæ Veronic.* bonam quantitatem, *conciſam veſicæ immitte ad dimidias*, ſuperfuſaque *aqua* ſ. q. herbam coque, poſt exprime, ac *expreſſo ſucco rurſus recendem infunde herbam*, coque, & exprime, hocque reitera ter vel quater, quo plus eo melius: hunc ita paratum ſuccum deſtilla ex cucurbita vitrea in arenam humidam poſita, ac primò exit aqua vilior, quam remove, & cum flaveſcentes incipiunt egredi guttæ, recipulum mutato, & alio appoſito, ac firmiter adlutato, deſtillare perge, donec meliorem Eſſentificatæ aquæ partem egreſſam ſentias, tunc ceſſa ac Eſſentiam ſerva.

*Vires* ob particulas ſalinas alcaliſatas volatiliores inſignes ſunt, *purificat enim ſanguinem*, *acidum infringit*, *urinam pellit*, *ſudorem movet*, *obſtructiones aperit*, *ac putredini reſiſtit* &c.

Hinc conducit *in Febribus cum ſale abſynthii*, *conchis præparatis* &c. ad ℥ij. & ultra propinata.

*In Phthiſi*, vel ab ulcere, vel ab acida pituita maximè conducit, expectorat, conſolidat.

*Hepatis & Lienis obſtructiones* reſerat, *icterum ſanat*.

*Renum obſtructiones aufert*, diſpoſitionem calculoſam deſtruit, & expellit.

*Sanguinis ſcorbutici acres particulas oblinit*, deterit, ac ideò in eryſipelate convenit.

*Obſtructiones uteri reſerat.*

*Anginam ſanat* pro gargariſmo adhibita.

*Vulneraria eſt* interne propinata, & externè pro collutione applicata &c.

## OLEA PLANTARUM DESTILLATA.

Si olea plantarum parari debeant v. g.

Si *Menthæ*, *Meliſſæ*, *Salviæ*, *Ruthæ*, *Abſynthii*, *Majoranæ*, *Lavendulæ*, *Roriſmarini*, *Thymii*, *Baſiliconis*, &c. Oleum deſideretur :

℞. *Herbæ unius vel alterius* bonam quantitatem, *cum ſemine*, *groſſè conciſam veſicæ immitte*, & *affuſa aquæ ſufficiente quantitate*, ut continuo bulliat, ſed leniter, deſtilla, & repetitis vicibus, ſemper recenti herba deſtillationi commiſſa, colliges faciliter duas vel tres olei lotones, plus ex hac quam ex illa, ſic ex *foliis roriſmarini ſiccatis*, duæ vel tres poſſunt haberi olei drachmæ, ex aliis minus, prout vel arctiores ac ſubtiliores, vel magis patentes, à naturâ vel ſpecificâ ac intrinſecâ formâ obtinuerunt fibrarum poros, & inde vel copioſiori vel pauciori ſale imprægnata extant.

## *Si fixum ſal expletis.*

Sume *herbæ bonam quantitatem*, craſſiori caule præditam, hanc *combure loco aperto in cineres*, ac *in aheno ferreo*, *aqua ſufficienti coquendo elixivia repetitis vicibus*, donec omne ſal ex cineribus extractum ſentias. Hoc facto *omne lixium celeri igne decoque* ut remaneat ſal, quod *repetitis ſolutionibus & filtraturis* aliquoties *purifica*, & habebis verum & genuinum plantæ fixum ſal, at in multo minori doſi quam *ſi cum ſulfure calcinatio facta* ſit, quo conjuncto elegantiores & abundantiores nanciſceris cryſtallos, at multo à priori & genuino differentes, hac enim additione *convertitur Alcali in muriaticum*, *viribus genuinis hac alteratione orbatum*, & acido ſaturatum, quod ceu Alcalinum, imminuere in corpore debebat acidum errans, jam verò hoc ſaturarum genuinis facultatibus orbatum reſtat, *Vacuum igitur eſſe debet*, ſi pro intentione acidum ſuperfluum & errans ſibi aſſociare debet.

Ex hoc eſt quod omnia Alcalia unius ſint ſpeciei, *nec differant niſi vel volatilitate vel fixitate*, vel copiæ ratione, in hoc vel illo ſubjecto : ſic *arbores* qui *per hyemem viridantes* gerunt comas, quæ volatilem hoſpitem arctioribus poris conſtiparunt, *copioſius & efficacius promunt ſal*, *inprimis ſi virides calcinentur* : ſic videmus

ticulæ.

Non igitur ſibi perſuadeant Medici, *Alcalia plantarum viribus ad amuſſim eſſe æmula*, dum *ſal abſynthii in ventriculi* affectibus, *euphraſiæ verò* &c. *in imbecillitate viſus*, *ſtipiti fabarum in nephritide* præſcribunt, ſed omne hoc diverſæ concretorum craſi, vel volatilitati vel fixitati adſcribunt, & hinc pro majori, vel minori volatilitate, vel fixitate, variantibus pororum diſpoſitionibus:

*Alcalia* etenim *volatilia longe fixis præſtant*, cum & Acido abſorbendo, & ejus ſpiculis obtundendis, plus conveniant, ſicuti nobis volatilium effectus ſufficienter commonſtrant.

Hinc tanto levamine *arthriticis*, *Hypochondriacis* &c. *ſal volatile* C. C. *viperar. ſpir. ſalis armoniaci* &c. propinantur, quia cum his expeditius, intimiusque, acutiores Acidi copulantur particulæ, quam cum fixioribus, quæ ſemper terreſtreitatis quid, etſi ſæpius calcinata & purificata ſint, combinata continent, nec appropriatos etiam obtinent poros propter Acidum ex igne jam hauſtum.

Cum itaque volatilia majoris ſint fixioribus efficaciæ, & energiæ, hinc laudem merentur illi, qui loco ſalis fixi, *volatile ex plantis per fermentationem parare docuerunt*, quo major ſalinarum particularum copia, ſoluto nexu, diſponatur, ut loco ſalis fixi, olei &c. volatile nobis reddant ſal. Excellit in hoc nobiliſſ. *Wedelius*, qui ſingularem de his edidit tractatulum, ex quo methodum huc transferamus, & quomodo eliciatur.

## *Ex plantis ſal volatile videbimus.*

*Æſtatis medio*, *ſeu calidiori tempore*, *bonam plantæ quantitatem*, quam volueris recipe, *ſepara inde folia*, & ſeorſim caules, ſtipitesque abjice. Hinc eadem vaſi firmo indas bene claude, & *repone*,

*donec*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*mum*, quod, cum volatiliores particulæ in ſal volatile mutatæ ſint violentiſſimo, & ſumme aucto igne exit.

8. Nunquam aliud præter hoc oleum obtinui, peracta putrefactione, quæ ſi perfecta non ſit, exit oleum Eſſentiale, plantæ odorem adhuc referens.

9. Plantæ quæ olei Eſſentialis multum dant, plus olei fœtidi emittunt, quam aliæ, & contra.

10. Inter ſpiritus & olea hæc, quædam ſæpius ter, vel quater rectificari amant.

11. *Hoc ſal volatile rectificatum*; *omnes ſalis urinoſi qualitates habet*, adeo ut inter ipſum, & ſal volatile C. C. *urinæ*, vel *ſalis armoniaci*, nulla ſit differentia: Omnes etiam effectus producens, quos hoc, ac *Diaphoreticum*, *Diureticumque* ſit, Acidum ſibi jungendo, cumque hoc muriaticum vel armoniacale æmulando.

12. Quod magis eſt, hæc ſalia volatilia à ſe invicem neque quoad qualitates ſenſibiles, neque quoad effectus differunt.

13. Nullam deſtillavi plantam, quæ omnes has partes, de quibus modo dixi, non reddiderit.

14. *Poſt deſtillationem in vaſe ſe offert odor moſchum fere redolens*, qui nullo modo tolli poteſt, licet per annos aliquod aëri expoſitum fuerit vas.

15. Caput mortuum nullum largitur ſal fixum.

*Hæc Wedelius*. Ex quibus luculenter noſtra defenditur aſſertio, *ſalia in genere Alcalia præſertim vegetabilium non differre à ſe invicem, niſi vel fixitate, vel volatilitate*, hancque plantam, aliâ vel volatilius, vel fixius, ex diverſa concretione obtinere Alcali: quippe quod in levi tilia undique diffuſum ſit ſal volatilius, indicat ejus ex celeri motu proceritas; & quid ni *volatilius ſal in chelidonia, ophthalmicum magis eſt*, quod calcinatione non perit. Non enim calcinatio totalis eſt virium deſtructio, ut erroneè nonnulli volunt.

## SAL ESSENTIALE PLANTARUM.

Porrò parant alii ex plantis, inprimis acidis, ſubſtantiam, quam ſal Eſſentiale vocant. Nil vero eſt aliud quam diverſæ ſalis, & tam acidi, quam Alcali particulæ, aqua nimia dilutæ, nec firmiter hinc ſibi implicatæ, quæ contuſa herba, & ſucco ſeparato, facile fundum petit, hæc ita paratur:

Sume *herbæ acetoſæ vel acetoſellæ ſucculentæ viridis* q. l. ſereno cœlo collectam *contunde in mortario lapideo*, & *ſuccum exprime*, huic adde *albuminis ovorum* q. ſ. tum coque, donec feces ope albuminis ſeparatæ conſpiciantur, & ſpuma ſeparata ſit, ubi tunc coletur ſuccus per manicam ut clareſcat, hunc *clarificatum ſuccum evopora ad dimidias*, & ad cryſtalliſandum loco frigido committe, *vel ad conſiſtentiam melleam inſpiſſa*, & in Eſſentiam redige quod melius eſt.

Hæc ob acidas ſalinas particulas facilem bilis efferveſcentiam refrænat, ac hinc hepatis calidiori diſpoſitioni conducere videtur.

---

# CAPUT V.

## *Florum Anatome.*

HI ultimum ferè *plantæ*, & *perfectum productum*, ex ſubtiliſſimis olei in ſulfur concretis particulis conſtant, ubi latior earundem, per tenuiores lamellas, expanſio, flores colorat; & quo compactiores eædem ſulfureæ largiuntur particulæ, eo colorem implicant rubicundiorem, in flavum, ſubflavum, & albidum declinantem, pro particularum variata textura, & mixtura;

Quò enim *particulæ* hæ *ſulfureæ in minores diſtrahuntur partes*, tantò magis evaneſcit, & extinguitur color ejus, & contra, quando impetuoſior ſulfureorum agitatio & intimior mixtio colores intendit; velo-

ciſſimus enim & aduſtioni ſimilis motus nigredinem, imbecillior flavedinem, ex rubedine emergentes infert.

*Sulfuris* itaque *appropriatæ particulæ* ſunt, quæ *diverſimodis extenſionum, & contractionum formis ſubjacent*, quibus interveniens luminis ictus, pro partium poſitura, colores variat.

Horum verò colorum differentias accuratè dimetiri, difficile eſt, niſi *per figuratorum ſchematum ſitum demonſtretur*, utpotè maximè variantem; Non enim ſimili particularum poſitura componuntur delectabiles, quam qui non delectant colores.

*Subtiliores florum particulæ ſalinæ* in ſulfur transmutatæ, variè ab artificibus ſeparari conſueverunt, vel *absque prævia, vel nulla prægreſsâ fermentatione*, verùm fermentatione liberatæ, majori & copia & ſubtilitate prædita exeunt. Simpliciorem prius dabimus methodum: pro exemplo nobis ſint *Roſæ*, quæ *duplicem* nobis præbent *aquam*, vel *refrigerantem*, vel *calefacientem*. Si refrigerans plus expetatur.

## *Aqua Roſarum Refrigerans.*

Deſtillatio inſtituatur per B. arenæ humidum, moderato calore, cui intentioni *Roſæ albæ* melius adhibentur, ceu ſulfure minus perfecto præditæ, minusque ideò calidi ſenſum inducentes, inprimis *ſi leni admodum Balnei calore deſtillatæ fuerint*, ubi ros ſaltem vegetabilis, activis particulis minus ſaturatus prodierit.

*Si vero Roſarum aqua maximè deſideretur odorata, & activis particulis maximè imprægnata ac ſpirituoſior*, deſtillatio *per veſicam* inſtituitur, *adjectâ tamen aquâ*, ne hic adurantur flores, cum fortior in his requiratur calor, ac in eis per M. B. deſtillandis, *ut activæ expeditius liberentur particulæ*, quæ ſi *leni calore* pellantur, vel *ægrè aſcendunt*, vel aquâ decedente ultimò empyreumaticum imprimunt odorem. Deſtillatio itaque hunc in modum fiat:

## AQUA ROSARUM CALEFACIENS.

Recipe *roſarum optimè odoratar.* vel *recentium* vel *ſalitarum*, menſuras quatuor, veſicæ inditis ſuper affundæ *aquæ fontanæ* menſuras

ſex,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

*Si omnino ſpirituoſa deſideretur florum aqua fermentatio compellanda, quæ particulas ita diſponit, & ſuo diſſolvit nexu, ut in ſpiritum volatilem, pro phlegmatis menſura efficacem evehantur, omnem à volatili ſale energiam nactum:* exemplum nobis præbet.

## *Spiritus roſarum ardens.*

Quia ita fit. Recipe *roſarum optime odoratarum*, ſufficientem quantitatem, in lapideo mortario *contuſas, doliolo quercino immitte*, ad ſedecim circiter menſuras, tum *in aq. roſar. menſura ſolve fermenti magnitudine nucis juglandis*, & ferventem infunde, atque doliolum diligentiſſime claude ne aër penetret; inque loco calido repone, per 14. dies, tunc reclude vas, atque roſas in pulticulam converſas veſicæ immitte, & leni deſtilla igne, donec duæ circiter egreſſæ ſint menſuræ; quas cucurbitæ vitreæ inditas ex M.B rectifica, ut quarta ſaltem excipiatur pars ſeorſim.

*Alii addito roſis ſaccharo, fermentatio inſtituta placet.* v. g. ℞. *Roſarum fragrantiſſ.* tempore ſicco collectarum, ac nondum penitus apertarum ℔ xxx. contunde minutim, & cum ℔ iiij. *ſacchari candi* f. s. a. ſ. ſ. ſ. in olla vitreata obturata probè, atque ita *ſtent in fermentatione per dictes* 14. dies præter propter, *in loco calido, vel ad Solem*, atque

atque *cum Acidum ſpirant aut vinoſum quid*, affuſa aqua roſata ex veſica deſtilla, egreſſamque aquam ut ſupra per vitrum ex M. B. rectifica, ut nanciſcaris ſpiritum roſarum ardentem.

Citius fermentatio inchoatur, *ſi aqua roſarum calefacta*, ut in priori præparatione, ab initio in debita quantitate adjicitur.

Vires magnæ ſunt, ubi ſpirituum vitalium refectione opus habemus, ut in animi deliquiis, virium diminutione, &c. ubi etiam externè pulſibus applicatus præſtat.

## SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

*Porro ſpiritus vini ope volatiles activæ eliciuntur particulæ ex floribus*, hoc modo:

℞. *Liliorum convalliam recent.* à caulo mundat. ℔. xij. cucurbitæ inditis ſuperaffunde menſuram unam & ſemis *vini generoſi Malvatici*, vel aliud *Moſchatellini* & generoſioris genus, tumque *compreſſa fortiter*, *ſtent per tres dies in loco frigido*, tum immitte veſicæ, cum quinque cantharis *aquæ fontanæ*, & deſtilla, ac unum & primò egredientem ſolum aquæ cantharum ſeorſim recipe, reliquamque viliorem alii uſui aſſervans.

*Vires* ſunt in ſpecie *cephalicæ*, unde in *Apoplexia*, *paralyſi*, *epilepſia*, & ſimilibus cerebri affectibus maximo cum effectu propinatur hic nobilis ſpiritus.

## DESTILLATIO PER DESCENSUM.

*Heic curioſitas artificium adinvenit modum, quo hos & ſimiles ſpiritus mediante ſpiritu vini per deſcenſum deſtillant*: pro exemplo:

℞. *Lilior. convall.* q. l. *linteo* mundo ſubtili *indita*, *impone collo cucurbitæ vitreæ*, ſubſtrato in fundo cucurbitæ *ſpiritu vini*, tum alembico ſuperpoſito, ex arena leviter deſtilla, atque aſcendens ſpiritus floribus in ſuperiori colli parte poſitis adhæret, ibique recolligitur ad fundum rurſus deſcendens guttatim, atque ita quaſi circulando Eſſentiam efficiens, modo noto.

exponatur radiis per æitatem ut ...

## OLEA FLORUM DESTII

Hæc de aquis : *ſequuntur olea*, c
*fermentatione*, & infuſione alia ab artifi(
ceſſus *abſque fermentatione* in hunc inſ

Sumitnr bona *florum vel liliorum*
*vel citri, jaſmini* &c. quantitas, quæ
mixta manet per noctem , poſtmodu
*titas*, quo in ea natent flores , ac ita
æquali ſemper calore, ut aqua conrir
quarta fere pars aquæ egreſſa eſt , c
in loco frigido repone , ut ſupernat

Atque hoc modo omnes flores
oleum genuinum præbeant : non v
vinum addere , niſi aquam ſimul eff

*Si qui verò ſint flores qui tenacite*
*diante fermentatione eò diſponendi ſunt*

Recipe *liliorum convallium* bona
pideo *contuſa cucurbitæ immitte* co
lam repone *per quatuor menſes , quo p*
ſuperpoſito juncturis optimè clauſis ,
*aſcendit ſpiritus adinſtar ſpiritus vini*
ſeorſim colligendum , ultimò reman
primò egreſſum reaffunde, atque cla
tum rurſus abſtrahe , rurſusque rea

dere nonnihil gravando; *hic labor frequentius ſemper cum recentibus floribus reiteratus*, tibi fragrantiſſimum largitur oleum, ſimplici ſaltem & absque igne, expreſſione eliciendum.

Simili modo ſuavis odor elicietur *ex Arantiarum, citri, anthos, roſarum floribus*, item *ex thymo* & ſimilibus odore fragrantibus plantis aliis.

*Præfertur* hic amygdalis *oleum Been officinarum*, ſi hoc *goſſipio exceptum* cum prædictis ſæpius *ſtratificetur floribus*, ſufficienterque tum fragrantiſſimo impraegnatum odore è goſſipio exprimatur, qui modus durabiliora efficit olea, ut non facile rancorem contrahant, atque hic modus multis in ſecretis habetur.

## SAL FLORUM VOLATILE.

*Sic etiam flores ſua exhibent ſalia*, ſi datur illourm copia; volatilia verò cum fixis præſtent, atque flores magis volatilibus, quam fixis conſtent particulis ſalinis in ſulfur exaltatis, ſaltem ponamus modum qui volatilia ſeparat diſpoſita.

Sic ℞. *Florum anthos, jasmin, lilior. convall.* &c. *rore majali* imbuti, vitro impoſiti putrefiant in cella, aliquot menſium ſpatio, & reſolventur in liquorem acutiſſimi & fragrantiſſimi odoris, qui *ex retorta deſtillatus* urinoſum volatilem ſalinum fundet ſpiritum.

## FLORUM TINCTURÆ.

*Si florum Tinctura & colores ſeparata deſiderentur, & à ſubſtantia reliqua extracta expetantur, ut pictoriæ arti inſerviant, & aliis rebus colorandis*:

Fiat *ex ſoda vitriariorum*, vel *ſale Alcali*, & *calce viva lixivium* mediocriter potens, in hoc lixivio ad lentum ignem *recentes coque flores, ut lixivium omnem florum extrahat colorem*, cujus ſignum eſt, ſi flores extracti albicantes & decolores, & è contra lixivium inſtar elegantis tincturæ appareat: tunc exemptis floribus, foco ad bulliendum appone, eique *tantum aluminis rochæ ſuperadde*, quantum diſſolvi ab igne poterit.

Deinde ablatum ab igne *lixivium, in vas aqua limpida impletum*

*effunde*,

*effunde*, & color fundum petet; quo facto quieſcat aqua & decantetur, atque alia recens affundatur, & *cum tinctura reſederit, decantetur*; idque reiteretur, donec ſal lixivii & alumen omne à tinctura ablatum ſit, notando *tantò magis pulchrum & elegantem fore colorem, quantò tincturam à ſale lixivioſo & alumine magis aquâ purgaveris*:

Aquam autem intelligo *communem, cujus beneficio ſal lixivii & alumen aufertur*, ſubinde autem antequam decantetur aqua, ſubſidere aquam permitte, idque tam diu repete, donec aqua ſine ſalſedine & non mutata exeat: id enim ablati ſalis & aluminis ſignum eſt, & *tinctura in fundo remanebit elegans* atque pura, quam aqua decantatâ ſuper ſegmentis lini candidi extendes, & lateribus recens coctis in umbra ſiccabis, & *habebis laccam quæ Pictoribus ſimul* & *ad Balſama coloranda* inſervire poterit.

Multum curæ impenſum eſt in hoc menſtruum; Id quod *ex calce viva & ſoda fit*, ut dictum ſupra, optimum eſt, cineres tamen ollares ut vocant vel clavellatos & alumen idem præſtant.

Sunt qui omne colorum genus pro plantis, mediantibus his ſibi comparant, & flores cujuscunque generis maximè conſpicuos, videlicet *geniſtæ, papaveris, caryophyllorum*, & innumeros alios, propriis ſuis atque genuinis coloribus in ingenti volumine ad vivum adumbrant.

*Colores perſpicui ſolutionem aluminis tantum requirunt*, à ſale enim acriore deſtruuntur, ut in arte tinctoria & cineribus ſmegmaticis apparet.

# CAPUT VI.

## *Seminum Analyſis.*

SEmen Vegetabilium *à principio duo emittit folia*, per quæ liquorem ex terra attrahit; & hoc tam diu, donec confectæ ſint radices, ut ipſarum poſtmodum ope terræ ſuccum ebibant.

# OLEUM ANISI.

℞. *Sem. aniſi* ℔ iiij. immitte *integrum veſicæ*, ſuo refrigerio optimè munitæ, ac ſuperfunde *aquæ fontanæ* menſuras ſex, atque juncturis juſtè clauſis, *recipuloque adhibito* , deſtilla ut leniter aqua bulliat, idque continua donec nullum amplius egredi ſentias oleum: ſumma verò *opus eſt diligentia*, *in hiſce oleis colligendis*, nec nimis feſtinendum, nec tardandum nimium, ſi enim calorem adhibeas fortiorem aduritur oleum, *ſi verò leniorem nil aſcendit*. Quædam verò leniori, quædam fortiori igni pellenda: ſic *oleum aniſi facilius aſcendit quam aliud*, ac primis id funditur deſtillationis horis, *ſecus quam fœniculi* aut *petroſelini ſemen*, quæ, ſi per biduum deſtilles, ſemper aliquid exit olei.

Cautè hinc obſervandum, ut aquam egreſſam, vel recenti, vel ſemper egreſſa (oleo ſeparato,) reſarcias, ne aduſtionem ſemina patiantur.

*Tria igitur hic veniunt cautè advertenda*, ut *ignis* juſtè menſuretur, *aqua* refundatur , *& refrigerium* ſæpius mutetur, quod, quo ſæpius alteratur, eò purius olea aſcendunt.

SAL.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

impragnato conſtant, hincque minus ſubtiliſatæ ſalinæ particulæ concretionem induxerunt, ramoſitatibus ſibi invicem implicatis admodum, unde tenacius oleum retinent, ſubtilius vero debito adhibito igne reddunt, quæ vero leviſſime concreta extant, fluiditati proximiora ſunt, ut therebintina.

## OLEA GUMMITUM.

Modus ſeparandi olea levis eſt, inſtituitur optime ſimplici ſaltem cum aquâ deſtillationi, ad ℔ j. *gummi* v. g. *Ammoniaci*, vel *galbani* &c. aſſumendo *aquæ menſuras duas*, & ex veſica ſ. a. deſtillando, prodit vero ſubtilius oleum, craſſiori remanente, quod aquâ exhalari permiſſâ, priſtinam recuperans concretionis gummoſæ formam, alii inſerviet uſui.

Quæ vero multum ſubtilis continent olei, ut *therebentina*, *tacamahac. gumm. animæ* & ſimilia, hæc *plus aquæ requirunt pro vehiculo*.

Si vero gummoſa concretio plus activis particulis contenſata, ac firmiſſime ſibi implicatis indurata extet, ut *maſtix* &c. *Deſtillatio per retortam adhibetur*, ſoluto prius gummi *in aceto deſtillato*, poſt filtrato; *liquorem filtratum cum argilla impaſtando, conglobando, ſiccando*, atque tum retortæ inditos globulos igni committendo, egreſſum vero *oleum cum aquâ pura per veſicam rectificando*, atque hoc modo galbanum ſtorax, bdellium & ſimilia etiam deſtillantur.

---

# CAPUT VIII.

## *Vini analyſin exhibet.*

SUmmus hic vegetabilis ſuccus, mobili-ſocio ſtipatus, eundo vires acquiſivit, aqua etenim arctiſſimum cum volatili ſale iniit connubium, quò per lentam vitis medullam moveri queant velociſſime, conſtrictiori incluſa ligno, per quod tamen ſpiritus volatiles altiori

altiori donanda volatilitate ſubtiliſſima vibrant ſpicula, quæ, ſi ex uvis eliciantur, *vinoſus* illicò *ſuccus* profluit, qui tamen *deſtillatus merum phlegma reddit*, volatilibus ſpiculis ſive ſpiritu remanente, *ob nimium firmum aquæ & ſalis ſodalitium*, quod ex diurnâ circulatione pepigerunt.

Quare *mediante fermentatione demum ex muſto vinum proliciendum*, quod indigeſtum copioſius ſal ſegregetur, ac ſpicula emergant penetrantiora, quæ tamen in his noſtris *Rhenanis*, ac aliis, frigidiori ſub Jove productis, non adeo turgent, ut per ſaporem & vires luculenter patet; ſæpius enim *conſpicimus Bacchi filios pro grato acidatis guſtu, arthritidis pœnas luere*.

Et quis huc morborum transferet ſeriem, quam *Paracelſus* à Tartaro deducit, in quo acidum ſuâ coagulatione omne tulit punctum.

## SAL VINI VOLATILE SIVE SPIRITUS.

Jam ſi vini illud volatile ſal expetatur, ſpirituum deſtillationibus & rectificationibus inſudandum, communiori verò methodo, ſed probè ita ſeparatur à vino. v. g.

*Veſicam ſuo refrigeratorio* debitè inſtructam, *vino ad dimidias reple*, appoſitoque capitello ſtanneo, juncturis probè clauſis, ac recipulo adlutato, igni appone & ſ. g. deſtilla, donec ſtriæ diſpareant *& ſpiritus ſeparatus ſit*. Quem ſi rectificatum velis ex cucurbita vitrea per M. B. rectifica, orificio cucurbitæ (panno laneo, oleo imprægnato) obturato, ut phlegmati transgreſſus denegetur, ut purus ſolùm transferatur ſpiritus: ubi tamen primo egreſſum ſolum ſeorſim ſervare poteris ceu fortiorem & ſubtiliorem.

Alii *ſolâ ſalis Tartari, in ſpiritum vini* etiam non dephlegmatum, *adjectione id præſtant*, ubi phlegma ſali ſe jungit ſubſidens, ſubtiliſſimus verò ſpiritus dulce ſpirans ſupernatat: cui alcoholiſato ita ſpiritu *Helmontius* de novo commiſcet *ſal Tartari*, ut ſummè ſubtilem nanciſcatur ſalino-ſulfureum ſpiritum *Boyle, de inſ. Experim. ſuç.* p. 88. 89. 90. ex hoc fundamento, hanc tradit ſpir. vini alcoholiſationem, v. g.

# ALCOHOL VINI BOYLEI.

℞. *Tart. ad albed. calcinat.* (nam ut in ſal redigatur, neceſſarium non comperio,) & *probe ſiccatum cucurbitæ prolixæ,* & gracilis fundo, ad pollicis unius eminentiam immitte: huic *ſpir. vini ſemel duntaxat rectificati tantum affunde*, ut Tart. ad unius digiti latitudinem ſupernatet, dein capitello & recipulo probe affixis, *blando calore abſtrahe, mutato* ſi libet *cum dimidium exſtillaverit recipiente*, tandem ſi opus fuerit liquor deſtillatus *ſuper ſiccam Tart. calcem denuo ut antea rectificetur.* Hunc modo deſcripto procedens, exſtillantis, prima ſuper ſal rectificatione, liquoris aliquantum in cochleari argenteo accenſum, ne guttulam quidem phlegmatis aut minimum madoris veſtigium poſt ſe relinquere obſervabis: imo examen magis exquiſitum ſuſtinuit, quod ipſum curioſitatis gratia ulterius explorare placeat: Et deſtillationi demum rite peractâ, totum ſpiritum, mutatis ſubinde recipulis, exprimenti cauſa exceptum æqualiter purum eſſe comperies, nam quod ultimò exſtillabit, cnm calx ſuperiori vaſis patri adhæreſcens, inchoatæ ſiccitatis indicium faceret, totus conflagratione abſumptus eſt perinde ac qui primus aſcenderat.

Tandem *exemptus Tart.* calcinatus & igne mediocri deſtillatus, *inſipidi* & graveolentis *liquoris aliquantum præbuit*, qui ex guſtu & quod nullo modo inflammari potuit, merum phlegma videbatur.

Eadem *Tart. calx.* in vaſe terreo igni vehementi, donec bene ſicceſcat impoſita, ad hoc negotium rurſus uſurpari poteſt. *Non abs re vaſa alta & gracilia imperamus*, nam in latis & humilibus experimentum non ſucceſſiſſe, inquit, animadvertimus, & multo minus in retortis. Hunc ſpiritum ita exaltatum, *potentiſſimum eſſe remedium contra Gangrænam. Experim. ejus Philoſ. p. 25. part. 2. lege.*

Alii ut *volatile* illud *ſal vini* minori in volumine obtineant, hoc procedunt modo;

Recipiunt *vini generoſioris* vel *Hiſpanici*, vel *Bacheracenſis Rhenani*, vel ſimplicioris etiam, pro lubitu, digerunt per 14. dies vel

tres

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*Infinito* verò *modo ſpirituum impeditur dulcificatio*; modò animi contemplemur pathemata, ubi à mœrore diſſipatur & interrumpitur dulcificandi operatio, ut tum relinquantur corrodentes humores in Acidum proniores: *ab ira verò ferox excitetur Alcalinum ut præcordia exæſtuent.* De externis ac aliis cauſis non hic datur dicendi occaſio, ſufficit hîc quod dulcia nutrire, & ſpirituum nobile eſſe Quale conſtet.

---

# CAPUT IX.

## *Aceti Analyſis.*

V*Inum* quod in ſui primordio, progreſſu & ſtatu fuimus contemplati porrò *jam in decremento examinemus*; Idem enim hic tornator cœleſtis Sol vinum acuit, & aceſcere facit, quem aliàs ſpiritus fabricare vidimus, ubi uvæ ſucci cruditate auſteræ, tum acidæ, ſolarium radiorum indefeſſo motu, ſpiculis aculeatis defricatis, dulcefactæ fuerunt. Jam ſi vino repletum vas ſub dio exponitur, in ſuperiori parte tantillum apertum, tunc *quæ ſua implicatione dulcificationis, nunc ſua ſecretione acoris cauſæ evadunt*; dum auſtero viſcidus ſuccus, ſpirituum aliàs elaboratiorum retinaculum, iiſdem celeri Solis motu extractis, ſeorſim exiſtit.

Obſervamus hoc ſæpius in aceti confectione, ubi eoſdem ſpiritus, ex ſolarium radiorum ceu primi fontis deſiderio, per aërem diſperſos, jucundo odore ſubolfacimus.

Hinc *cellas profundiores excogitavit ars*, quæ *ſpiritus, aliàs excedente calore ad exitum pronos, ſolaribus arceant radiis*, ubi ſpiritus verberio frigoris, vini quærunt penetrale, ut ſic vinoſitatem retineant. Atque tunc *in centro vaſis vinum ſemper efficaciſſimum* eſt, aqueum verò magis in ſuperficie, quia in hanc proximus Sol incumbit.

Ex

Ex hoc fundamento *œnopolæ ſæpius ex eodem vaſe duplex depromunt Vinum.*

## ACETUM DESTILLATUM.

In aceti deſtillatione & reſolutione, primis ignis gradibus recipitur *phlegma non inſipidum*, & pro aceti efficacia multum vel parum exſuperans; *In acidis enim ſemper phlegma tranſit prius*; quia in his ſubtiliores ſpiritus exhalarunt, remanentes verò fixis ſeſe intimius implicarunt, unde non niſi in totali reſolutione, fixis acidorum cancellis firmiſſimè incluſi, evehuntur. *Deinde acidus prodit ſpiritus* pro Tartari in vino copia multus, aceti baſis.

*Ex maſſa* verò *relicta* per affuſionem aquæ *Tartarus elici*, exque eo poſtmodum ſal & oleum parari *poteſt*.

Patet hinc *humores per ſolos dulcificari ſpiritus*, iisdem verò deſtitutos & acuatos, ad ſua prima redire. In deſtillatione aceti probè obſerves ne igne nimium fortificato empyreumaticum imprimas fœtorem, hinc in tempore ab opere deſiſtas.

## ACETUM EX LIGNIS.

Deſtillatur item *ex quercino ligno* & aliis *per retortam acetum*, quod ſeparato oleo, ſalis Tartari pauxillo junctum & deſtillatum inſignes obtinet virtutes in alvi fluxibus, *confortandis gingivis ſanguinolentis*; *in hæmorrhagia*, *fronti applicatum & naribus attractum*, menſtruum etiam præbet non infimum *in extrahenda antimonii Tincturâ*, tam ex regulo quam vitro, quæ tincturâ ſuâ ita ſpoliat, ut cineri ſimillima judices.

Sic & *ex melle* non ſpernendum *fabricatur acetum*, ſi *tribus mellis libris aquæ menſuræ præter propter additæ quindecim*, una coquuntur ad dimidias ferè; tunc verò vaſi indita, & *impoſito pauxillo pulvere ſinapi albi*, calori apponuntur, donec fermentata acetum forte exhibent, in ſolvendis lapidibus non contemnendæ virtutis, ſi legitimè à ſuo liberatur phlegmate.

*Vires Acidorum* in genere hæc ſunt, *attenuant ſed non diſſolvunt*, quia in fixis particularum motus eſt à circumferentia ad centrum,

unde paſſivorum applicatione frigida ſunt; *attenuant viſcoſa inciaendo, penetrando:* morſum inducunt aculeis maximè prominentibus, unde ſi corpora noſtra laceſſant, ſpinæ inſtar pungunt.

---

## CAPUT X.

### *Tartarum reſolvit.*

TArtarus *omnem efficaciam, acido debet*, & vel ab inconcocto Solo, vel ferventiori Sole, vino imbuitur; illius nobis exhibent exemplum, noſtra *Vina Germanica*, Solo, ſalium ditioribus mineris referto, nata: hujus, ubi in Italicis & aliis ardentiori ſub Sole natis Tartarum ad duorum digitorum altitudinem, vaſis lateribus adhæreſcere conſpicimus. Si enim ſpiritum, ut in noſtratibus, ex minori copia imbecillius ſit robur, ſpicula ſtatim exſiliunt, quia ſuperficiem atomorum, tanto impetu ſpiritus non circumrotant, ſed exaſperari permittunt, quæ poſt pugnam cum particulis Alcalinis ceu plus corporeis, in Tartarum concreſcunt, fece fundum petente.

*Si* verò *radii Solares vaſis corticem feriunt*, *ut ſpiritus exulent*, *acidæ vaſi undique adhæreſcunt*, quibus tunc concretis, diſſipationi præſtò ſunt novæ ſpirituum turmæ, quæ Acida cæteris aſſociari permittunt: eodem modo, quo dimicantes in prælio cohortes per diſtinctos ordines ſclopeta explodunt, ut qui erant primi poſteriores fiant. Hoc verò modò *ſpiritibus exhauſtis*, *acidæ particulæ vaſi applicitæ*, per aqueas ſolutæ, *intrò reſiliunt ut vinum aceſcat:* videmus hinc *acetum* ferè nil eſſe aliud niſi *liquidum Tartarum*, quæ omnia per ſolum Acidum activa ſunt; quo orbato & igne preſſius fugato, enervius Alcali remanet, cui tamen ſi vis aliqua acceſſit, à velociſſimo & diuturno ignis motu, ſubtiliſſima adfricante ſpicula habet.

Artifices circa hoc ſubjectum occupati, multis & variis id ſubjecerunt ignis torturis, ut inde concinnarent medicamina doloris, & fulcimenta ſanitatis.

DEPU-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

bet, in quibus tamen ſeparandis Artifices multum diſcrepant, dum hic mox acidum, mox alcaliſatum, & neſcio quid exquirit: meliorem nobis conſtitutivorum Tartareorum ſeparand. methodum reliquiſſe videtur Nobiliſſ. *Fridericus Hoffmannus*, in ſuâ *clave Schrôderianâ* ubi docet, deſtillandum Tartarum *ſpiritu vini impragnare*, ut ita latitantes in Tartaro ſpiritus alacrius aſcenſuros incitet; cum præcipit:

℞. *Tartari crudi ſolutione unicâ depurati* pro lubitu, pulveriſatum *ſpiritu vini impragna rectificato*, q. ſ. tum *ex retorta deſtilla* in *recipiens ampliſſimum*, lutatis probè juncturis, & quidem igne gradatim adhibito. Atque primo extillat phlegma, *deinde ſpiritus*, & *tertio oleum*, ac ſi ignis regimen juxta ignis gradus benè rexeris, *ſal volatile* etiam obtinebit. Quæ omnia peractâ deſtillatione ab invicem ſeparanda, & ſpiritus ex oblonga phiola per B. M. vel cineres rectificandus.

*Spiritus* hic particulis acido ſalinis volatilioribus ſaturatus, *maximis virtutibus præditus extat*, propter enim acido-ſulfureas, *Peſtis & Febrium malignarum nobile eſt alexipharmacum*, cum acidus ſimul & ſudorificus ſit, atque ita corroſivas veneni particulas & acres, diaphoreſi expellat, & enervem roboret ſanguinis maſſam, ut efferatæ bili reſiſtere queat: dulcificantes enim ejus particulæ penetralia ſanguinis percutiunt, ut quæ acria ſunt & venenata ſalia, ſolvant, & cum ſero foras protrudant.

Atque *hæ ſunt ſpecificæ & propriæ hujus ſpiritus virtutes.* An verò in innumeris aliis quibus adſcribitur affectibus conducat v. g. *in arthritide vaga*, *affectibus hypochondriacis* & aliis ab exſuperante Acido ſæpius ortis, contrarius reluctatur effectus, ſi nimirum acidus eſt ut vulgo adulterari ſolet.

Ut verò ſpiritus hujus acido-ſulfureæ intenderentur particulæ, Mixturam ſimplicem *Paracelſus* excogitavit, quam *Fridericus Hoffmannus* compendioſè hoc modo parare jubet.

## MIXTURA SIMPLEX.

℞. *Tartari albi* unica ſolutione depurati, *vitrioli opt.* ana. p. æq. deſtilla

deſtilla per retortam; & *ſuper caput mortuum ter cohoba*, quouſque liquor apparet clarus, huic adde *ſpir. vini rectif.* partem dimidiam & *denuo ſuper vitriolum deſtilla*, & Tartarum calcinatum q. ſ. quouſque ſpiritus omnis purus & ſubtiliſſimus prodiit. Qui tum per ſe, vel *cum Eſſentia Theriacali* per menſem & ultra circulatus leni calore, in dictis affectibus ubi acido-ſulfureæ deſiderantur particulæ magnarum eſt virium.

Doſis guttularum *xx.* ad xxx. & ultra, ubi ſpiritus Tartari ſimplex ad ℈j. & duos propinatur.

*Oleum fœtidum* magna ex parte particulis ſalinis volatilioribus imprægnatum *cum ſpiritu vini circulabis*, ut corrigas ingratam odoris vim, nec (ſi Alcalina adderes) ſpicula hæc fœtida liberando enervius oleum recipias, dum iſto opere volatiles, fixis Alcali particulis abſorptæ oleum relinquunt viribus potiſſimis orbatum.

*Hoc oleum uſum* ut plurimum *habet in externis* artuum doloribus à frigido oris, item tumoribus, contracturis, & ſimilibus.

## SAL TARTARI.

Jam ut Acidi cum Alcalino congreſſus dilucidior fiat, ſal Tartari ruminare, quod pro mutata particularum textura, vel *fixum* ſit vel volatile.

*Fixum ſimplici fit calcinatione* in furno figuli, quod tum repetita ſolutione, filtratione & coagulatione purgatur, donec purum exiſtat.

Hoc cum hactenus vili veſte ſuam luſerit ſcenam, *Helmontius* anſam dedit, & præcipit (ut hâc ſpoliatum, in nuda compareat & ſimplici forma,) *volatiliſare*, ubi inquit: Si quis eſt qui medendo charitatem proximi cordi habet, *diſcat diſſolvens aliquod, quod ſit homogeneum, immutabile*, diſſolvens ſua objecta in materiam primam liquidam: Quod ſi verò ad iſtud ignis arcanum non pertingat, *diſcat ſaltem ſal Tartari reddere volatile*, ut hujus medio ſuas perficiat ſolutiones.

Hoc enim informe accipit formam ejus, cui unitur, unde non immeritò in ferno omnia abſorbendi comparatur, ſi enim *calci vivæ nubas*, ſimulque *combutas forti igne*, *extrahit calcis ſimile Alcali*, *&*

infringit & abſorbet.

## SAL TARTARI VOLATILE.

Accedimus ad volatiliſandum Tartari ſal, hoc, cum *Helmont* reticuerit methodum, varie ab artificibus ſolet elaborari: Ex omnibus veriorem volatiliſationem, mediante fermentatione, ſe edocere, nobis perſuadere conatur *Ioel Langelot*, ubi hanc communicat methodum:

*Calcinentur primo Tartari crudi* ℔. ij. vel iij. prout multum Tartari fermentare animus eſt, leviter ſaltem, & ad aliquam tantum nigredinem, ut habeas quo maxime opus, fermentum, Tartari fermentandi. Huic *ollæ capaciſſimæ immiſſo affunde tantum aquæ*, ut ad digiti latitudinem emineat, ignemque primò lentum admove, ut tantum intepeſcat, poſtea *dimidium manipulum Tartari* ſubtiliter pulveriſati inſperge, & brevi videbis bullulas quasdam ſurgere, & accreſcere magis magiſque. Hoc viſo perge veluti cœpiſti, *partitis nempe vicibus Tartari pulverem inſpergendo*, & ſic major fermentatio excitabitur, bullis exinde tam concinno ordine ſurgentibus, ac ſi ipſas uvas naturales, accepto colore conſpiceres.

Verum *accurato hic ignis regimine opus eſt*, moderato nempe, quale omnis fermentatio requirit. Cavendum quoque *ne copioſiori inſperſione nimia excitetur ebullitio*, & fermentatum, quod ſolet, *olla elabatur*.

Ceſſante fermentatione mitte omne quod ineſt ollæ *in cucurbitam ferream*, nam de vitrea periculum eſt, ne rumpatur, cum ei ſæpiuſculè lintea frigida madefacta, oporteat applicare, quo nimia

Tar-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

pidum elevetur; poſtea novum aceti ſpiritum affunde, & deſtilla, huncque reiterato laborem, *donec ſpiritus affuſus rurſus exſtillare incipiat acidus, qualis fuit affuſus*, atque tunc ſal fixum ſpiritibus acidis volatilibus eſt animatum, *quod nigrum in fundo ſpir. vini ſolvendum*, per chartam *filtrandum*, & leniſſimo arenæ calore in vaſis terreis ſiccandum, *exſiccata materia, iterum ſpir. vini ſolvenda, filtranda & exſiccanda* toties, donec maſſa appareat alba, & foliorum inſtar concreſcat.

Vel ſi compendioſius velis hoc volatile ſal terræ foliatæ nomine inſignitum.

*Acetum à ſale Tartari evapora tam diu, donec Acidum ſpiret*, poſtmodum coagula, & cum ſpir. vini edulcora ſæpius cohobando. Ingenioſius *Cnœfelium* proceſſiſſe duco, qui propriis ſpiritibus animationem inſtituit, tali modo.

℞. *Salis Tartari albiſſ.* ℔. ß.
*ſpiritus Tartari bis per cineres rectif.*
*ſpiritus vini ana.* a. ſ. ut quatuor emineat digitos.

Digerantur aliquandiu in loco calido poſtea ſpiritum abſtrahe ad ſiccitatem: *affunde novum ſpir. Tartari & ſpir. vini*, & iterum deſtilla, idque toties repete, ſcil. ſexies vel ſepties, & ultimò quidem per phiolam altam, donec *ſal Tartai in lateribus vitri, camphoræ adinſtar appareat*, quod vitro probè clauſo ſerva.

Si hoc *augmentare velis arcanum*, adjice illi *ſpir. vini opt. rectificati & alcoholiſati*, ad duorum vel trium digitorum eminentiam in vaſe optime clauſo, tum miſceantur & digerantur tam diu, donec cuncta benè unita ſint, & de maſſa nil appareat amplius: hac ſolutione factâ, repone vitrum in locum frigidum, & cryſtalliſentur rurſus, atque ita augetur *Tartari Arcanum vel volatiliſatum ſal* in infinitum.

Vires ſalium horum volatiliſatorum maximæ ſunt, nec ſatis deprædicandæ in omni corrigendo Acido, ut *affectibus Hypochondriacis, Arthritide, Podagra, Calculo, Febribus & ſimilibus*, inprimis ſale volatili C. C. viperarum &c. fortificatum & exaltatum: ſi verò

*Elixire*

*Elixire proprietatis abſque Acido jungatur, exhibet Tincturam Spleneticam, Nephriticam, Arthriticam* &c.

## SAL TARTARI VOLATILE HELWIG.

Similem inter alia volatiliſationis ſalis fixi methodum nobis communicavit *Joh. Otto Helbius* in ſua, ex India Orientali in Europam ad Academiam Naturæ Curioſorum, miſſa Epiſtola, his verbis *in ſuo, in veram atque in auditam Phyſicam introitu.* Amore, inquit, proximi apponamus incognitum de ſale arcanum: illam videlicet omnibus Chymiæ & Medicinæ cultoribus, deſideratiſſimam, veram & placidam gravium ac calcinatorum ſalium volatiliſationem. Ubi breviter notandum, *nullum in natura ſal eſſe naturaliter fixum, ſed omne, certo gradu volatile,* & quod fixum poſſidemus ignis calcinatione nimium exſiccatum, combuſtum & mortificatum eſt. Reddatur itaque amiſſum, & corruptum reſtituatur per aërem (& inibi volitantia acidi ſpiculâ,) ſequenti univerſali methodo.

℞. *Sal aut calcinatum*, aut naturâ grave, *ſolve in aquâ, lixivio tenui ollam novam non vitreatam intus ad ſatietatem imbue*, & ſuper ignem evaporando, aquam ſali aſſociatam ſepara, ſi *ſal fixum ollæ poros ingreditur*, & olla aëri expoſita per aërem corrigitur, ut domo exeat, & volatiliſatum ac ſpiritibus rurſus animatum, lanæ inſtar, ollæ parietibus extra adhæreat, quod abraſum paucis manipulationibus ſublimatur.

Vel per Acidum particulari modo.

℞. *Salis Tartari calcinati* q. v. ſuperfunde *acetum vini deſtillatum*, pone in digeſtionem, uſque *dum totum ſal in aceto ſit ſolutum:* demum acetum cum ſoluto ſale per 40. dies digere, *poſt digeſtionem abſtrahe acetum*, & tunc in fundo ſal cryſtallinus relinquetur ferè diaphanus, hoc peracto edulcora, ſolve aquâ pluviali deſtillata & ſemel atque iterum filtrando à fecibus purga, ut ſal accipias clarum & albiſſimum, à quo *per reiteratam cohobationem in B. Vap. deſtilla ſpir. vini phlegmatis expertem:* digere rurſus per menſem cum ſpir. vini: tandem igne arenæ vehementiore, detracto prius ſpir.

vini ſublimatur, & vitri lateribus ſal Tartari volatile adhæreſcere, jucundis conſpicies oculis.

## SAL TARTARI VOLATILE HELWIG: faciliori via.

℞. *Sulfuris comm. flavi* ℔ j.
*ſalis Tartari* ℔ ß.

Prius *leni igne in tigillo fluat*, & poſterius ad finiſſimum redactum pulverem addatur, *ſemper ſpatula lignea in ſulfure fluente moveatur &* ſuper carbonibus ſinatur, uſque dum maſſa aut hepar picis tenacitatem acquirat. Maſſam *in ligneum atque pauliſper madidum effunde orbem*, *calidum* adhuc in mortario calido *contunde*, & ſufficientem *ſpiritus vini* quantitatem ad latitudinem duorum digitorum affunde, qui mox moxque *tincturam ſulfuris extrahit*: hanc ſepara, & ex tinctura & fecibus forti igne tractatis ſal Tartari ſulfuris ſale correctum, & volatile paucis horis depromes.

## SAL TARTARI VOLATILE Aliud.

Paulò aliter procedunt alii, dum *fixum ſal in proprio oleo occultato Acido*, animatum, volatiliſare ſtudent. Recipiunt enim *olei Tartari fœtidi* part. j. *ſalis Tartari ex capite mortuo* poſt ſpiritus extractionem *relicti* partes ij. terunt peroptimè in porphyrio calefacto paulum, per aliquot horas, *ut mellis formam vel conſiſtentiam referat.* Non verò nimium nec plus olei admiſcendum, quam requiritur, quod enim ſupernatat ſuperfluum eſt nec ab Alcali melioratur: *mixturam hanc cucurbitulæ immitte optimè clauſæ*, ac lentè aliquot menſium ſpatio digere, hyeme ſupra fornacem, ne oleum aſcendat, ſed in ſal omnia vertantur indurata, quod tum fortiori ignis pulſu ſal volatile copioſè transmittit.

Leviter alii procedunt dum *vini feces à quibus ſpiritum abſtrahunt, putreſcere loco aperto ſinunt, ac tum, per retortam deſtillant in ſal copioſum volatile*, denuò per phiolam rectificandum.

Sic & hiſce volatiliſatis ſalibus non abſimilis eſt *Balſamus Samech Paracelſi*, qui fit ſæpiſſimè *reiteratâ ſpiritus vini rectificatiſſ. à*

*ſale*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

oriundis affectibus, & alterando ſuperfluo Acido. Elaboratur verò duplici modò, vel fixo vel volatili alcaliſato ſale addito. Si fixo:

℞. *Olei Tartari* vel *ſalis Tartari reſoluti* quantum libet, *in capaci ollâ calefacto injice per vices* ſemper pauxillum *Tartari purificati & ſubtiliſſimè pulveriſati*, injectionem tam diu reiterando, donec lenis pugna non conſpiciatur amplius, tunc deſiſte, & refrigeratum liquorem filtra & ſerva.

*Si volatili addito ſale* expetas ſolubilem Tartarum.

*Cremori Tartari ſubtiliſſimè pulveriſato*, in cucurbita ſuperfunde *ſpiritum ſalis armoniaci urinoſum* ad eminentiam duorum digitorum, & cum hæc miſta ſteterint in cella 24. horis, poſtea adde *aq. fontanæ* q. ſ. & per 6. vel 8. horas coque, ſemper aquam decoctam refundendo, poſt filtra, & in arena evapora.

Nonnulli *addito vitro antimonii* pulveriſato, ac u. cocto, *Tartarum concinnant ſolubilem emeticum*, eximii uſus & effectus.

Si verò cum hoc ſolubili Tartaro *limaturam martis per menſem fermentant* vel digerunt, tum fabricant *martis tincturam* in hepaticis debilitatibus & variis ejusdem infirmitatibus non ſpernendam.

---

## CAPUT XI.

### *Succorum quorundam pertractat anatomen.*

### DE OPIO.

cludimus hæc, *quoniam humo pingui papaver, hyoſciamus & ſimilia delectantur*, ut etiam oleum avidius devorando campum enervent, & ſterileſcere faciant, quod tum ſufficienter exprimitur, narcotico ſuo ſulfure cerebrum feriens; *hinc non immeritò opium corrigendum igni exponitur, ut ſulfurea exhalent miaſmata.* In quibus ulterius perficiendis & corrigendis alii varios excogitarunt modos, dum alii iſta miaſmata figendo, alii vel plus exaltando opium corrigere inſudant. Ubi tamen aliqualis fixatio mediantibus Acidis facta omnibus præfertur correctionum modis, nec infima eſt Excell. *Wedelii* correctio quæ hæc eſt:

## EXTRACTUM OPII juxta WEDEL.

Recipit *opium, in tenues lamellas ſciſſum*, lento calore exſiccat, tum pulveriſati opii unciæ uni *phlegmatis aceti deſtillati ab arcano Tartari reſultantis* uncias ſex vel octo ſuperfundit, tunc *vitrum calenti arenæ imponit*, ut agitatione cum ſpatulâ factâ ſolvatur opium: ubi pars impurior ſpumoſa, vitri ſumma lambit, pars verò terreſtrior fundum petit. Colaturâ per linteum factâ ad mellaginem abſtrahit vel in Extracti formam redigit. Tunc ſi in liquida rurſus expetit formâ:

Huic in conſiſtentiam melleam redacto opii extracto, affundit *ſpir. vini plus vel minus*, prout vel ſaturatiorem vel dilutiorem Tincturam expetit, ac ita ſuam parat *Tincturam anodynam* maximi uſus & effectus. Doſi gutt. x. ad xx.

Alii omnibus correctionem modis poſthabitis, præferendam volunt *Joëlis Langelotti* methodum, *mediante fermentatione* noxia *opii miaſmata alterantem*, & moderatè acidas imprimentem particulas, quæque hunc in modum ſe habet:

## EXTRACTUM OPII LANGELOTTI.

℞. *Opii Thebaic.* in particulas conſciſſi ℔. j. affunde ei in cucurbita humili *ſucci cydoniorum bene maturorum recentiſſimi* ℔. x. adde *ſalis Tartari albiſſ. & ſiccati* ℥ j. expone leni calori per diem unum aut alterum, uſque dum bullæ quædam appareant, tunc

adde

eris eſſentiam tantæ virtutis, ut etiam *dimidia grani pars*, appropriat propinata vehiculo, mirandos præbeat effectus.

*Particulæ namque volatiliores hac methodo quodammodo fixatæ, a nonnunquam aromaticis temperatæ, incenſivos ſpirituum motus refrænant atque apto vehiculo hæc provecta opiata* (quia oleoſa & terreſtria obtundunt;) *ſpirituum clauſtra obſerant, ut fortificati poſt modum repullulent, nam nullo corporis exercitio diſſipantur, quamdiu ſomnus imperat adeo ut à moderatiſſimâ anodynorum doſi introductam quietem, dulci ſomn peractam, ſequatur corporis vigor, mentis valor, acrium dulcificatio laudabilior nutritio ut politè ac ingenioſè ſentit* Wilhelmus ten Rhyn in ſuis meditationibus de veteri Medicina p. 249.

Maximo ideoque cum emolumento datur *in Colica, Arthritia vaga & fixa, febrius ardentibus*, & aliis variis doloribus; *à ſpirituum exorbitante motu* & acredine ortis, cum *ſale Tartari volatili*, C. C *ſpir. ſalis armon.* &c. Doſi gr. j. ad iij. & iiij. ſæpius etiam ultra exhibitun

Nota hic, fortiora acida volatiles & reſinoſas opii particul obtundere nimium; ſpirituoſa verò, ut vini ſpiritus & ſimilia exa tare, hinc cautè procedendum.

His cauſis permoti *alii opium ſimplici ſaltem toſtione correctum* ceu venenoſioribus miasmatibus tunc privum, reliquis verò viribı nondum orbatum præferunt, & doſi unius grani propinatuı extollunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

acidas; quas amara, alicaliſatis volatilioribus referta, maxime infringunt.

*Diſtinguunt* nonnulli *inter partes Aloes reſinoſas ſpir. vini extrahendas*, atque ad Elixir proprietatis proprius aſſumendas: Et *inter ſalinas plus aquoſis educendas ac magis purgante vi præditas*, unde conficiunt non contemnendum Elixir purgans, additis *ſpir. vini ac arcano tartari*. Vel Aloen ſucco violarum ſolutam, eoque ſæpius nutritam, ac coagulatam, *cum eſſentia abſinth. alcaliſata* in minutiſſimas efformant pillulas: Quæ ob ſingularem abſterſivam & laxativam vim doſi minimâ ſcil. ad 4. 7. vel 9. decubitus tempore ſumtæ, mira præſtare *Fridericus Hoffmannus* aſſerit.

## DE SCAMMONIO.

SCAMMONIUM plantæ lacteſcentis, ſed radicis ſuccus, *particulis maxime* volatilibus ſed *acrioribus conſtat*, unde non facilè incorrectum propinatur, niſi acriora ſpicula, ſulfuris acido fumo alterata ſint, ac oleoſo, quodam addito, *veluti amygdalis dulcibus* eo diſponatur, ut tanquam reſinoſum facilius ſolvatur nec adhæreſcat, vel humores acrius reddendo tormina excitet. Hinc alii libentius hujus uſu abſtinent, & ejus loco commendant.

*Jalappæ Tincturam*, quam parant *cum ſpiritu vini ſed rectificato*, ad unam partem *Jalappæ groſſo modo contuſæ* ſex *ſpir. vini* partes affundendo, additisque *corticibus citri*, in loco tepido locando, donec tinctura legitimè extracta deprehendatur: quam tum pro lubitu *Syrupo Cinamomi*, vel ſaccharo edulcoratam, ad cochlear. ſemis vel unum optimo propinant cum effectu. Et ſi fortiorem volunt, paulum addunt infuſo *ſcammonii correcti*, vel aliud purgantis genus.

## DE CAMPHORA.

CAMPHORA arboris cujusdam lachryma reſinoſa, particulis Alcalinis volatiſſimis, propria balſamica pinguedine reſinoſâ ſaturatis, conſtat, hinc delectatur maximopere fortioribus ac ſubtiliſſimis Acidi ſpiculis, cum *ſpiritu enim nitri*, vel *aqua forti, olei for-*

*mam*

*mam ludit*, non vero cum acido leviori, ut aceto, vel reliquis ſuccis acidis, hinc *maximo cum effectu in febribus malignis ac ipſa peſte propinatur*, dum malignum & venenoſum ſuffocans acidum, in ſanguine hinc inde fluctuans, & patientes ſine intermiſſione exanimans abſorbet, unde & *Tincturam Bezoardicam* efficienter ingreditur, ac ab *Avicenna* olim Theriaca contra Venena calida appellata & celebrata fuit, quod ut inquit, ſpiritus vitalis ab ea ſubtilitatem acquirat & luminoſitatem vehementem, proptereaque *lætificet*, & *confortet*: cauſa effectus, poris appropriatis videtur adſcribenda, quibus, *ſubtiliſſima acidi ſpicula imbibendo operatur*, eis namque aqua debilitatis acidi particulis, priſtinam reaſſumit formam Camphora, eundem præſtitura de novo effectum, nec viribus orbata.

Excell. *D. Joh. Conradus Brodbeck, Tubingenſis Profeſſor*, ſecretis ſuis adnumerabat Camphoram, quam *ſpir. vini tartariſato*, vel *liliorum convallium*, vel *granorum actes* ſolutam, *externe optimo cum effectu* adhibebat, *in tumoribus durioribus emolliendis, inflammationibus compeſcendis*, & artuum doloribus ſedandis &c.

Internè eam propinabat, *ſpiritu meliſſæ* & *ſpir. vini Tartariſati* ana. p. æq. reſolutam, & additis ſæpius aliquot guttulis *olei caſtorei ſtill.* vel meliſſ. in *ſuffocationibus uterinis exhibebat* maximo cum levamine. Vel detur in hujuſmodi affectibus *oleum ſuccini camphoratum*, ex *olei ſuccini* p. ij. & camphoræ p. j. paratum, quod mira præſtabit.

Sic & in Colica furioſa, *unicam drachmam camphoræ cum olei cortic. arant. deſt.* ℥j. diſſolutam calore leni, & *Extracto abſynth.* liquido addito, ſæpius exhibitam doſi aliquot granorum, Acidum corroſivum abſorbendo, infandum tollere dolorem; *Frider. Hoffmannus* habet.

## OLEUM CAMPHORÆ.

Ut in oleum abeat camphora, artifices varios excogitarunt modos, quos hic recenſere omnes, pro ſupervacaneo reputo, ſi quis verò hoc absque additione expectet oleum, *miſceat cum bolo vel terra ſigillata camphoram, & in arena per retortam deſtillet*, ac aſcendit inſtar

butyri camphora, quàm *cum ſalis Tartari* p. ij. *addito ſpir. vini* ad trium digitorum eminentiam, ex balneo per alembicum deſtilla. Atque tum vini ſpiritum camphorâ imprægnatum, cum aqua miſce, & ſeparabitur de eâ Oleum, quod ſupernatat; quodque ſi rubeſcat, ſuper talcum calcinatum rectificetur.

Olei hujus uſus maximè à *Paracelſo* commendatur *in Mania* ad ℈j. datum, quod furibundos ſpirituum motus glaciei inſtar coaguler. Ubi *Riverius* ſequens laudat epithema camphoratum, quod ex *Aqua Nymph.* ℔ j. *ſalis prunellæ* ʒj. *camphoræ* ℈j paratum, linteis duplicatis tepidè ſyncipiti admovet.

Porro *Paracelſus* miris extollit laudibus camphoram *in ſedandis inſultibus Epilepticis*, & extinguendis pungentibus acidi ſpiculis nervos vellicantibus.

Sic etiam *in variis capitis doloribus* ab acido ortis, *miram præſtat efficaciam*, modo non adſint vigiliæ, ubi tum *optimè combinatur cum Opio*, & externe ſæpius fronti adhibetur: teſtatur hoc *Mindererus*, quod camphoram extrinſecus fronti adhibitam in cephalalgia plurimum prodeſſe obſervarit. Ac in hâc, *Khunrath ſolvit camphoram in ſpiritu Vini* rectificato, addit *albumen ovi*, & *aceti roſacei* cochlearia aliquod, & fronti applicat.

Externè *ad calidas oculorum lippitudines* collyriis utiliſſimè additur camphora, ut & aliis variis opthalmicis v. g. ℞. *Album ovi* q. v. bene agitato cum *Alumis fruſto*, donec in linimentum album abire videas: tum adde *camphoræ* q. ſ. ac paulum *Aquæ roſarum*, & cum cannabe applica.

*In dentium dolore* cum *Oleo caryophill. & opio* mixta omnibus odontalgicis facile palmam præripit.

Denique *inter coſmetica non infimum tenet locum*, cutim enim aridam maculiſque fœdis ſqualidam, grato vigori donat, lacteamque reddit, præprimis ſi *aqua forti ſoluta* & *aqua reducta*, cumque *ſpermate ceti* & aliis juncta applicetur, poſtmodum vero aquâ quadam appropriata rurſus abluatur.

Paucis omnia contraham: conducit & peroptime adhibetur ad omnes

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

minus combuſtum acria temperat, & cancroſa ulcera ſanat, præprimis ſi ex capite mortuo ulterius calcin. extractum Sal fixum, volatile acuerit, tum enim carnis luxuriei occurrit; ubi oleoſæ partes eſcharam juvant.

*Externè ipſa fuligo, arcendis febribus intermittentibus, affectionique hyſtericæ*, à mulierculis laudabili cum ſucceſſu *carpis imponitur*; & ab *Hippocrate* inter ipſa fœtum pellentia refertur.

## OLEUM FULIGINIS.

MIRABILE ex Fuligine OLEUM communicat *F. Hoffmannus in ſuâ Clave*, ac ita parare præcipit:

Recipe *Fuliginis ſuccini inſtar ſplendentis* nigri, ex ligno potius quercino collecti; *Succini albi* ana. p. æq. *deſtilla* lento ignis gradu *per retortam ex arena*, ut primò phlegma, deinde ſpiritus albicans, & ultimo Oleum album & rubeum cum ſale volatili prodeant, poſtmodum liquorem ab oleis ſeparatum, per M. B. rectifica, & acquires *ſal volatile*; Oleis denique *affunde Spir. Vini*, digere aliquantisper, poſtea deſtilla & nanciſceris *Oleum odorem camphoræ æmulans*. Cujus Doſis gutt. tres ſunt, in omnibus ferè affectibus, præprimis verò pleuritide.

Imò agonizantibus exhibitum miraculosè operatur, & ſi poſt ejus uſum ſequitur ſudor, infallibile reconvaleſcentiæ ſignum eſſe experti aſſerunt.

Cum ideò Fuligo tanta nobis exhibeat Medicamenta, non immeritò nonnulli hoc ei tribuunt encomium, quod, ſi in ejus vires inquiramus curioſius, facile ab *Indis* & *Garamontis* allatis pretioſioribus carere poſſimus.

*A CLAUDERO in ſua methodo Balſamandi corpora*, inter alia maximè prædicatur.

### *Eſſentia Alexipharmaca*, *ex Fuligine*. v. g.

℞. *Fuliginis Splendentis*, Spiegel-Ruß q. v. & quidem ſi haberi poterit, è fumariis, ubi potiſſimum comburuntur ligna quercus, betulæ aut pini, eo melius erit: pulveriſato ſuperfunde in vitro

*ſpiritus*

ſpiritus noſtri *Balſamici è ſale cinerum clavellatorum & ſale armon. facti* q. ſ. ad eminentiam aliquot digitorum, hinc vitrum claudatur probè, ne pars volatilior evaporet, agitetur aliquoties, & ſpatio dimidiæ horæ quadrantis, imò citius ſpiritus menſtrui ſalinus, extrahit & abſorbet ſal & virtutes fuliginis, ut ſubitò obtineas Eſſentiam pulcherrimam rubini formem, ab omni empyreumate, ſapore, & odore moleſto liberam, quæ filtretur & in vaſe probe clauſo uſui aſſervetur.

*Dixi extemporaneè extrahi ruborem, ubi tamen nullum in mora periculum, magis erit conducibile, ſi dutius relinquantur, obſervabis enim eo largius exſugi è fuligine vim medicamentoſam, præcipuè ſi uberior menſtrui copia fuerit ſuperfuſa.*

Quoad *VIRES* Eſſentia hæc ob penetrabilem ſubtilitatem *pollet vi diaphoretica Diuretica, Aperiente, Purificante, Præcipitante, Abſtergente, Reſolvente*, atque huic, *Cordiali, Bezoardica, Febrili, Nephritica, Expectorante, antipleuritica, catarrhali*, quam vocant, *Nervina* & ſimilibus.

Ubicunque igitur (ſunt verba CLAUDERI) contra notata ſymptomata, ſecundum edoctas indicationes Medicas pro ſolatio ægrotantium indigebam medicamenti, *Eſſentia hæc Alexipharmaca præ omnibus aliis ſuam mihi operam hactenus ſubminiſtravit, & quidem deſiderato ſucceſſu, quod ſancta teſtari poſſum fide* (quantum quidem ſub directione Divina, adhibita remedia, ſine ſuo potiri poſſunt:)

*Doſis hujus Eſſentiæ* ſunt 25. ad 30. gutt. 1. 2. 3. vicibus de die prout neceſſitas exigit. Si verò fortè ſapor alcalicus volatilis quodammodo penetrans, non ſit ad palatum, diluatur anatica portione aquæ alicujus ſpirituoſæ, v.g. ſambuci, acaciæ, naſturtii &c. ſed tunc Doſis augeatur ad 40...45. guttas.

*Eſſentiam hanc dicto modo propinavi pauperculis, & qui erant fortioris temperamenti feliciter.* Aliquando addidi modicum *Eſſentiæ opii* pro citius ſupprimendis & figendis nimiis, ac p. n. ſanguineis fermentationibus.

Non poſſum non, quin ſummè honorificam nunquam ſatis deprædicandæ

dicandæ ac infinitæ miſericordiæ divinæ adjungam mentionem, quæ præter innumeras alias beneficiorum myriades cuilibet patrifamiliâs, ſive is inhabitet Palatium regium, ſive leviſſimum tuguriolum, immittat tam generoſum remedium contra tam varios morbos quaſi gratis ſuam opem commendans, licet viliſſimo coopertum ſit habitu.

*Quam ſæpè enim ſolet accidere, ut paupercula laboret Partu difficili*, vel *hyſterica ſuffocatione*, quam vocant, crucietur, alii verò patiantur *lipothymias Febres* aut centena alia incommoda morboſa, ubi ſalia volatilia præ aliis ſubitaneo adſunt auxilio ſuo: ob defectum autem nummorum, vel & remediorum non cito obtinendorum (v. g. ſi ruri habitant) non rarò vitæ periculum incurrunt neſcientes, in paupere ſua taberna reconditum latitare tam incomparabile auxilium, quod urgente neceſſitate, & in complexionibus fortioribus etiam crudè ſaltem aſſumtum, laudabili non minus operatione ſeſe commendare poſſet & ſolet. Hæc *Clauderus.*

## *Spiritus Balſamicus Clauderi.*

Mediante quo non tantum hanc ſuam modo dictam Eſſentiam Alexipharmacam conficit, ſed & corpora poſt mortem incorrupta conſervat ſequentem in modum conficitur. v. g.

℞. *Cinerum clavellatorum*, libras duas *Salis armoniaci pulv.* lib. unam, ſuperaffundantur *Aquæ communis* libræ ſex, & deſtillentur per alembicum in arena obſervatis ignis gradibus, prout artis filiis notum.

Hoc etiam menſtruo utitur *Clauderus* ad *Elixir ſuum Aperitivum* conficiendum.

*Ex præcedentibus in genere patet Vegetabilia omnia conſtare copioſâ aquâ, ſali, ſulfuri, & terræ, junctâ; & prout hæ vel illæ abundant partes hoc vel illo modo ſituantur, miſcentur, diſponuntur, talem nanciſcuntur proportionem & figuram ab alia differentem.*

Hinc quædam Aquea, quædam ſulfurea ſeu oleoſa, quædam ponderoſa, quædam lævia, quædam dulcia, nonnulla acida, auſtera

ictūrus.

Præter Salem, *duplex item ſulfur vegetabilibus ineſt*, proprium unum in oleo contentum, minerale alterum, à vegetabilibus aquâ mediante, in alimentum ſimul attractum:

Utque adeò non mirum, quod nonnulli ſtannum, alii mercurium, vel argentum ex vegetabilibus vel herbis ſepararint, in poris namque earum hæ latitarunt particulæ, mediantibus, vel junctæ alimenti particulis, adductæ:

Patetque hinc mineralium particulas ſimul in alimentum vegetabilium cedere poſſe, etſi non ſint de horum natura.

Sulfur verò ex carbonibus vegetabilium quod ob æquilibrium ſalis ſaltem candet; non verò flammam facit, niſi vento commotum) educi & ſeparari poteſt tam bonum, ac ex terra eruitur, multò tamen purius, quia ad Auri puritatem, ferè accedit, & ex illa Auri particula; ſine tamen lucro extrahi poteſt.

( o )

SECTIO

# SECTIO IV.

## *DE MINERALIBUS*

## *&*

## Horum Reſolutione.

JAm poſt Animalis & vegetabilis Regni ſcrutinium & reſolutiones, ad MINERALIA Ordine devolvimur *quorum omnium matrix Terra eſt*, cum ſuis ſaxeis immenſis molibus, arena, limo, &c. ex voraginibus, antris, concamerationibus, hydro, pyrophilaciiſque intrinſecis, conſtantem: In cujus medio Sol terrenus, ſive Ignis ſubterraneus, Demogorgon ille, videlicet Lux à particulis ſulfureis in excandeſcentiam furioſam acta, ſedem ſuam habere creditur.

Sed etſi terra ex particulis principiantibus contenſatum ſit corpus, non tamen illæ principiantes terreæ particulæ, in terra nudæ, & ab aliis ſeparatæ reperiuntur, nec in quodam rerum naturalium compoſito, niſi reſolutione chymica tandem in conſpectum prodire cogantur.

Sic etſi in Terreno quidem globo prædominantur, non tamen iſti ſolæ & ſeparatæ inſunt, ſed aliis rerum principiis ubique combinatæ:

Quemadmodum nec alia principiantia corpuſcula unquam ſola & ſeparata naturaliter in mundo inveniuntur, ſed omnia invicem ſunt commixta, & tam mirabilem varietatem rerum in Mundo conſtituunt.

Poſſunt tamen ſeparata haberi rerum principiantia, principia melius tamen in hoc, quam in alio corpore.

Sic terra virginea ſeu particulæ terræ principiantes, facilius poſſunt haberi in vegetabilium reſolutionibus, potiſſimum in cinere, ex quo ſi omne Sal extrahitur, remanet terra puriſſima, hæc ſi depuratur, in igne eſt incorruptibilis.

Ex aëre item expiſcari licet, ſi enim aërem certo artificio in aquam vertimus, hanc vero in Balneo abſtrahimus, manet in fundo terra nitroſo ſale impprægnata, hæc ſi ſeparaveris, habes terram virginem.

Ex Aqua verò item ſed mixta magis habetur.

Hanc primam Lapidis Philoſophici materiam multi crediderunt, ſed quantum decepti, & quot dilapidarint propter lapidem, ex hâc materia, tot exempla teſtari poterunt.

Poteſt quidem fieri matrix, in quâ metalla generantur, ſed quid erit, ſi unum habeo requiſitum, ubi alia deficiunt, ſemen videlicet.

Poteſt item fieri matrix pro vegetabilibus; ſed addito ſemine, & ejus nutrimento, ſaltem inibi generari poteſt vegetabile.

Aliquando Amicus mihi amico communicabat proceſſum, quem Pharmacopæus quidam proſequutus fuerat, maxima ſpe, tandem inveniendi theſauri univerſalis.

Alia verò methodo *Terram ſuam virgineam* elaborabat, & *ſeparabat, ab aquâ* videlicet, *quam Sol mediante ſuo motu ab aquâ ſtagnante ſeparaverat*, & ubique obvia reperitur ſub variis coloribus aquæ innatans, cauda pavonis ab aliis vocata.

*Hanc caudam pavonis ſive terræ pinguedinem jam ſeparatam colligebat, cochleari argenteo, ab aqua in magna copia, huic tum materiæ ſubtili terreæ affundebat phlegma roris majalis, ac vitrum hyeme leni hypocauſti vel furni calore imponebat, & ſic relinquebat donec potiſſima pars ad fundum ſederat, colore incarnato: ſicque ſeparatam putabat & diſpoſitam primam materiam.*

*Tum menſe Majo collectam Roris quantitatem hac methodo exaltatam tenebat. Magnam videlicet roris quantitatem indebat cucurbitæ capaci, & claudebat alembico cæco, tum per ſeptimanas quatuor leniſſimo Balnei calore putreſcere permittebat, tunc alio alembico ſuperimpoſito, & ſuo recipiente munito inde evocabat multum leniſſimo igne, quali ad putrefaciendum uſus fuerat, ſpiritum ſubtiliſſimum, poſt quem phlegma ſeorſim capiebat, priori deſcripto labori applicandum. Ex remanentia verò ſenſim exſiccata, Sal extrahebat, & quantum poſſibile purificabat.*

*Jam*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*Ubique locorum ſponte invenimus in ſtagnantibus aquis ſeparatas iſtas terreas particulas, vario colore corruſcantes, pavonis caudæ adinſtar.*

Hæ jam ſeparatæ particulæ terreæ ſunt quidem principiantes, inque eis omnia terræ alias producta, vegetabilia & mineralia generari poſſunt, ſed requiritur cujusque rei producendæ ſemen, per ſe enim hæ particulæ nil producere valent, niſi ſemen adveniat, quo tamen utplurimum etiam refertæ ſunt, nec ſemper vacuæ, hinc ſi terram talem aquâ humectamus, ſponte enaſcuntur herbulæ variæ.

*Potius vero hoc facit hæc terra, quæ ſponte uti dictum ab aquis ſe ſeparat, quam illa quæ ex vegetabilis cineribus relinquitur, hæc plane eſt vacua, & principians terra: Reliquæ ex aëre, vel ex aquâ, ſemper alias particulas combinatas habere ſolent.*

Interim terreæ hæ particulæ cum aquâ commixtæ, conſtituunt rerum omnium triplici regno comprehenſarum, ſolidiores alimenti particulas, quæ ut omnibus advehantur pro alimento rebus, Aquâ pro vehiculo admodum indigent, absque hâc etenim penetrare haud poſſent.

Interim aqua etſi nutrimentum contineat, ſola tamen extra terreni globi adminiculum, & intermedium raro producit vegetabile aliquod, præprimis verò ubi ſuo motu privatur aqua.

Sic quando hyeme ſurculum cujusdam arboris, vel ceraſi, aquæ impono, tum ſi recentem ſemper aquam affundo, ac ita aquam ſæpius vario, flores quidem profert ac æſtate, ſed ubi aquam affuſam diu relinquo, nec ſæpius recentis affuſionem reitero, nullos flores profert, cauſa eſt quia ſurculus ex aqua convenientes & proportionatas quidem aſſumit particulas, relicta verò aqua cum contentis reliquis, motu ſufflaminato putreſcere incipit.

Item ſi ſemen aliquod aquæ impono, tum id haurit proportionatas quidem alimenti particulas, quæ inſitam exſuſcitant lucem, & in motum cient, ut in folia ſe explicare intendat ſemen, ſed quia matrix deeſt, hinc incrementum non capiunt extricata foliola, quia

nimium

nimium adducitur nutrimentum, quod ſibi applicare haud p
hinc aqua reliqua putreſcens, ſimul ſeminis principia ſuo ne
vere incipit, & ſimul ad putredinem diſponit ſemen cum ſu
ſtitutivis.

Vel ſi affuſio recentis aquæ diligentiſſime reiteraretu
tamen ſemen, quia non habet corpus in quo radicem figit
quam ad floreſcentiam perducetur:

*Requiritur ergò pro corpore ſive matrice terra, & liber aquæ n
tis motus, itus & reditus.*

In terra etenim aqua ſuas relinquit particulas nutritioni
quæ ſeminis inſita lux ſibi pro robore viſcerum applicat, vel ci
ſenſim, motu tamen omnibus conſtitutivis conceſſo libero.

Sic obſervamus aquam, quæ per ſaxa & arenam fluit, eſſe
dum puram & claram, quia particulas plurimas terreas, iis a
vel ſaxis apposuit.

Hinc etiam vegetabilibus nutriendis, talis aqua non ita e
nea, uti pluvialis, utpote quæ ſuas nondum perdidit princi
particulas terreas.

Obſervamus item ex his, arenulas & ſaxa quædam ſingu
tractiva vi dotata eſſe, quibus præterfluens cum aqua nutrim
adeò expeditè attrahunt, & ſibi applicant, idæa ſua lapidif
impulſa.

Quæ idææ, ſive effluvia lapidifica, ſi lignum vel aquam
ſitam, quæ particulas pro lapidibus diſpoſitas continet, offer
tum lapides exinde fabricant.

Quo plus verò terræ continent lapides, eò magis opaci
quo verò minus, eo magis diaphani fiunt, colorem verò ſi hab
ſulfure, ſive metallicis particulis eundem nacti fuere.

Potiſſimum verò conſtituens eſt aqua, quæ cum ſuis part
ab idæa ſive ſpiritu lapidifico, ſenſim concoagulatur in lap
propterea que æque luce copioſa dotata ſunt ſaxa ac alia in
natura producta, id quod Sal ex lapidibus productum indigit
enim Sal, ibi Lux, & ubi incluſa lux, ibi Sal, prout hoc indi

## PHOSPHORUS ex CALCE VIVA.

Ex omnibus verò lapidibus, *Lapis calcarius*, ſuum Sal copioſum calcinando ſuppeditat, alcalicæ energiæ, propterea que *admirabile abſorbens*, non tantum ſubtiliſſimum acidum avidè quaſi devorans, ſed & lucem ſibi ita imprimens, ut Phoſphorum etiam conſtituat hâc methodo. v. g.

*Sume calcem vivam albiſſimam, hanc ſolve ſpiritu nitri, vel & aquâ Fortiſſima, ſolutio filtrata evaporetur ad ſiccitatem, relictam exſiccatam maſſam impone crucibulo, in formam catilli cineritii facto, & in furno reverberii poſito, ignem adhibe, quo flamma continuo materiam in catillo lambere queat, idque tamdiu continuando perge, donec obſerves materiam lucidam apparere, tum igne remoto exime vaſculum, & vitro aptato ſuperimpoſito aeri aditum præcludas: Et ſic phoſphorum è calce viva etiam habebis.*

Elucet hinc maxima calcis vivæ abſorbens vis, & proportionati pori, quibus lucem etiam ſibi incluſam retinet ſubtiliſſimam.

Nec mirum quod ex hoc fundamento etiam tantas exerat vires, noſtro applicatum corpori, & ejus partibus, ſequens.

## TINCTURA NEPHRITICA. v. g.

Sume *Calcis vivæ* partes quatuor.
*Tartari crudi* partem unam.

*Coque in olla cum aquâ fontana, & fit motus inſignis fermentativus: Poſt ſolutionem & cocturam ſolvetur & coaguletur, coagulationi ſuperfunde ſpiritum vini rectificatiſſimum, & fiat extractio, ſicque fiet Tinctura rubicundiſſima, urinoſi odoris, remedium antinephriticum non contemnendum*, ſicuti hoc commendat incomparabilis *Ettmüller* nunc B. *Schröderi dilucidati* p. 22.

Fit verò hoc modo ſalis armoniaci quædam ſpecies, acido vinoſo, & alcali minerali originem debens, inſignium virium in disjicienda fabuloſa concretione.

Sal lapidibus ineſſe concretio eorum teſtatur, nullus etenim fit motus vel concretionis vel ſolutionis abſque Luce, Lux verò non concentratur abſque ſale, veluti ſpecifico ſuo continente.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

fundo Sal, puriſſimum nitrum; Nitrum ergo omnia antecellit ſalia, utpote copioſo principiante ſale conſtans, & ſi particulæ communes ſulfureæ ab eo ſeparari poſſent, nullibi citius Sal mundi primigenium haberi poſſet.

Et hinc eſt quod Philoſophi nitrum mercurium catholicum eſſe credant, proptereaque menſtruum in eo pro auro ſolvendo quæſiverint, aliquid item invenerint quidem, non verò Philoſophorum lapidem.

Solvit namque mercurius ille catholicus, principians Sal, puriſſima luce conſtans, quidem Aurum, particulas ejus diſproportionando in oleum, ſummam medicinam: Sed quia hoc modo Aurum ex ſua proportione metallica depoſitum eſt, hinc alia metalla illud in ſuos poros non admittunt, nec ejus tincturam ſibi imprimi propterea permittunt.

Nec Philoſophorum Lapis hâc ratione conſtruitur; ad quem acquirendum oportet, ut in Auro craſis & proportio metallica conſerventur, & illud in ſuam primam materiam metallicam, ſive mercurium metallicum, convertatur.

Separatio verò quâ nitrum philoſophorum, ſive Sal primigenium, virgineum, ab illo nitro communi, particulis videlicet ſulfureis, diſſolvitur, fit via putrefactionis.

Aliâs verò principiantes particulæ tam ſulfureæ, quam ſalinæ, combinatæ habentur in ſpiritu rubicundo, quem propterea plurimi ſeorſim exiſtentem, deſtillatione ſibi comparare voluerunt, ſed irrito ſemper conatu, imprimis Agricola.

## SPIRITUS NITTRI RUBICUNDUS

Tibi ergo jam lubens arcanum hoc communico: Procedito vero ita: *Nitrum cum ſuo intermedio ad fluxum inhibendum, commixtum, & deſtillationi commiſſum, primo album tibi fundit ſpiritum ſalinum, & denique ſequuntur rubicundi volatiles, his viſis, oportet ut recipulum mutes, & hos rubros ſeorſim capias ſpiritus, & ſi plures habes recipientes, omnes rubro hoc ſpiritu ſive vapore repleas, donec nullos amplius egredi ſentias ſpiritus, vel vaſa ſive recipula deficiant.*

*Oportet*

*Oportet verò recipulum vapore repletum probe cera occluſum ſervare, donec alios item repletos vapore habeas, tum verò ſingulo vaſi injice camphoræ modicum, & ſubitò vapores ignei volatiliſſimi, ob proportionatos poros ſe huic jungent, & in liquorem rubicundum confluent, camphorâ olei inſtar innatante, quam ſeparare poteris:*

Spiritum verò fugaciſſimum vix ſervabis, niſi vitrum hermeticè ſigilles, nec evitabis quin transfuſione de vitro, in vitrum, magna pars rurſus in auras abeat, in vaporem rubicundum reſoluta.

In hoc ſpiritu ſanè non minima latent arcana, utpote puris principiantibus ſalinis particulis conſtante, ſulfureis admixtis, quas ſi ſepares, *habebis aviculam Hermetis*, *mercurium catholicum*, ſivè *Sal virgineum* purum lucis domicilium, Salium omnium utpote Salis Marini, Communis, Nitti, Vitrioli, &c. imò rerum naturalium omnium principians Sal, lucis immediatum habitaculum.

Sapientiſſimo ſanè conſilio Divinum Numen, rerum Naturalium nexum, catenulis quaſi conſtrinxiſſe hariolamur, dum tria Regna, commenſuratis & certis gradibus combinata, conſpicimus, & *Sal Univerſalem horum Directorem conſideramus.* Hoc cùm in Animalibus & Vegetabilibus per conſtrictiores fibrillarum poros ſubtiliſſima ſua ſpicula vibrare neceſſe habeat, volatile magis exiſtit, quàm in Mineralibus, quæ ob rudiores terræ mæandros, tam intimè non implicatas obtinent ſalinas particulas, ſed indigeſtas eas plus habent, copioſiori aquâ involutas, unde varia plerumque inter ſe ſalium & ſulfurum corpuſcula in mineris deprehenduntur, ex quibus poſtmodum, (quando elaboratiores particulæ eò prorepunt, ut jam magis unitæ vehementius in ſe inſurgant,) poſt pugnam duriſſima concreſcunt Metalla.

*Variè igitur operatur hoc Naturæ Architectonicæ Inſtr* SAL, pro varia corporum miſtione, *& acidi figurantis* ap ubi tum ex variis intermixtis particulis ſalia poſt pugnam i & alia Mineralia & Metalla reſultant.

Sufficienter id demonſtrant *Mineralia*, quando ea igi miæ tradita *omnia acidos fundunt ſpiritus.*

Acidum ergò ſolum eſt, quòd elaboratiores Minera tes ſuâ colaturâ conſtituit, & Metalla compaginat ac cor prout univerſali Motore arctius acidorum ſpicula ſibi im invicem, ut tum ex attenuatis & longo Solis motu circula ſpiculis ſulfur Metallorum perficiatur.

*Longè* hinc *ſuperare Mineralia & Metalla* medendo *V & Animalia*, cum *Paracelſo* & *Helmonte* multi credunt, cu alimentum non abeant, *ſed ſuas vires integras ad habitu diffundant*, & quaſi *per radios operationes exerant.*

Commonſtrare hoc *Helmont* intendit exemplo ab vivo deſumpto, ubi in Tractatu ſuo, *In Verbis Herbis, & Lapi* ita pergit: *Unica Argenti vivi unica millies menſuram aqu poterit, attamen permanere in pondere & proprietate priſtin enim in aquam ſui ſaltem characterem imprimit, non vere quicquam ab aqua repatitur. Manifeſtum itaque eſt quod vi Medica transferatur, mutetque ſuum ſubjectum naturale, & objectum peregrinum, ſolo velut radio vel aſpectu ſui, ita ta licet objectum peregrinum acquirat exoticam ſibi vim, agens ſpiransque initium, nequicquam de ſuo priſtino robore au amittat, remittatque; fit nempe id abſque ullâ argenti vivi pa minutione, debilitate aut alteritate.*

*Hæc res poſtquam in Mineralibus ſæpè ac diverſimodè ſu rientiam tracta fuiſſet, me edocuit tandem, quod antehâc ne lium fortaſſis adhuc opticè atque intus perſpexiſſet, qualiter re ſtruſiora operarentur, quodque nimirum citra ſui diſſolutione teritum, citra ſui penetrationem intrò admiſſa, liberè aga tum vel ſuccenſum Archæum, ſolo quaſi ſui aſpectu, irradi*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*nia allatum* noſtro multum antecellit, utpote heterogeneitatibus minus impeditum, ac *ſcheſin magis illibatam obtinens.*

Sal in genere à rerum Conditore infinitis bonitatibus dotatum eſt: *Fermentationem juvat, alimenta digerit, putredinem arcet, appetitum excitat, terram fœcundat*, hinc Maritimi populi *terram Sale impragnatam effodiunt, & agris inſpergunt*, & omne hoc acidi ratione; Ubi è contra *Alcalia carnem mortificant & putredinem promovent*, & niſi horum ferociam eluderet acidus Salis ſpiritus, mox omnia corrumperentur. Sic *Marina Aqua* pruriginoſis, & *qui ab acrioribus vellicantur humoribus, prodeſt, pſoram ſcabiemque* tollit, & partibus unà robur addit, ſi calidâ ſe foveant & lavent. Sic & *impetigini conducit.*

Et ſi in Salis energiam ulterius inquiramus, inveniemus; Ventos etiam ex mari lapidificantes & ſalificientes oriri, qui molliora in ſaxeam indurent firmitudinem. At quid de coralliis aliisque in mari petrificatis arboribus ſtatuendum ſentis? Annon *forſan Uxoris Lothi* in Salinam columnam *metamorphoſin* huc referendam cenſeamus?

## SPIRITUS SALIS.

Jam ſi, quantum activitatis obtineat Sal, inquirere lubeat, ignis conſulendus, ut hujus ope conſtitutivas ſeparemus particulas acidas. Præcipuæ verò *rei hujus operationes in Deſtillatione conſiſtunt*; ubi tamen purificatione antecedente non ſemper opus habet Sal, niſi

niſi ſiccari neceſſe habeat, donec igni injectus non crepitet amplius, ubi tamen operculo adjecto Salis jactura præcavenda eſt.

*Spiritum* ejus communi modo deſtillamus hoc modo: Recipe *Salis marini*, vel alius ℔. j. *boli vel terræ ſigillatæ* ℔. iij. *optimè ſiccata retortæ inde ad dimidias*, & igne gradatim adhibito, ac *appoſito recipiente maximo deſtilla*, *decem vel duodecim horis*, ultimò fortiori igne pellendo, & ex ℔. j. Salis, *duodecim ſpiritus uncias ſæpè recipies*: hunc ſi *ſuper caput mortuum* aliquot cohobiis *deſtilles*, auctus ſemper prodit tandem per M. B. rectificandus, at lento ignis gradu, quod potes.

*Si circulatum Minus* deſideres, *Spiritum ſalis deſtillatum à novo ſemper & recenti Sale abſtrahe* tamdiu, *donec viriditatem nanciſcatur*.

Circa hujus ſpiritus deſtillationem ſtudioſè obſerva, ut Sal probè teras, & optimè bolo commiſceas, ſi optatum conſequi effectum velis.

*Boyleus Hiſtor. fluid. & firm. pag.* 17. *refert*: *Cum virum* inquit, *illum, quem aquarum corrodentium deſtillatio valde celebrem fecit in Hollandia, de maximâ deſtillatorum liquorum copia, quam unquam ex Sale marino extrahere potuerit, ſciſcitarer, ille qui ab omni alienus eſt jactantia, mihi affirmavit, ſe loco vulgaris pulveris lateritii vel arenæ, albicante quâdam uti argilla, atq; aliquando totum ferè Salis corpus in liquorem traduxiſſe, adeo, ut ex* ℔. j. *Salis, ſine magno labore, ignisve peculiaris intentione*, 14. *liquoris uncias extraxerit: cumque ſuſpicatus, ineſſe huic liquori multum aquæ, ex argilla Sali mixta expreſſe, porrò inquirerem, nunquid ab hoc liquore phlegma unquam ſeparaſſet? Sed de induſtria id feciſſe reſpondit, & haud minus, quam* 12. *fortis purgatique ſpiritus unicas interdum recipiſſe.* Et Beguinus habet: *Si quidem rectè operatus fueris, ex* ℔. j. *materia*, ℔. j. *ſpiritus obtinebis.*

Atque hi ſunt præcipui Salis deſtillandi modi: dantur quidem diverſæ aliæ deſcriptiones, ubi ſalibus aliis additis deſtillatio facilitatur, ſed tunc ſimplex non eſt, & aquæ forti plus ſimilis liquor, operationibus metallicis magis conducens, quam depellendis morbis.

## SPIRITUS SALIS GLAUBER

Lubet tamen *Glauberi* methodum apponere quæ

℞. *Salis marini vel communis calcinati* ℥ iiij. *fluviatilis* unicis xvi. adde *Olei vitrioli* ℥ iiij. *guttatim* nimia fiat effervefcentia: hæc mixtura *deſtilletur ex c* *tortâ vitrea in arenâ ad ſiccitatem*, & prodit primò ph liquor acidus, quem genuinum appellat Salis ſpiritun relicto & coagulato cum Alcali Salis communis.

*Ex capite mortuo* vel Sale relicto ſuum facit *Sal* *ſivum*, cujus una pars, cujusvis liquoris ſive vini ſive ac coagulat.

In hoc *Sale mirabili Glauberi* aquâ diſſoluto, *Sylvium* embryonem humanum, & glandulas aliqud e cartilaginis æmulam ſubſtantiam convertiſſe *Dantiſca* *Olaus Borrichius Epiſt. Barth. cent. 3. refert*: credit tam item ſalibus, *vel legitimo Spir. Vini alcoholiſato* æque forſan felicius præſtari poſſe.

*Vires Spiritus Salis*, præprimis ſi Volatilis eſt modum ſunt, *in corroborando Ventriculi fermento*, *depell* *bribus*, *ſenum ſtranguriis*, *ardore urinæ*, *& ſimilibus*, *Volatilis ſit*, ſubtilis, nec corruptioni obnoxius, aut c triculi acidatem, ac crudam, craſſamque, in ſalſum v convertere queat. Non enim ſimpliciter acidum eſſe culi fermentum, *ſed acido-ſalſum Volatile*. Hoc e tranſmutat, & chylum diſponit, ut ex eo poſtmodum talis ſpiritus pabulum petat, ulterius tum elaborandus

## SPIRITUS SALIS DULC

Ex hac cauſa permoti nonnulli artifices, ut exa las, & ſpicula hæcce Salis acida, & volatiliora reddan ceu maxime Volatili & dulci, id inſtituerunt: Rece *Spiritus Salis* legitimè elaborati & rectificatiſſimi, c item *rectificatiſſimi ana*. & *ex retorta* per arenam ter

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

citur, quæ tum *rotarum adminiculo ex terra hauritur*, & *per foſſas complures diffunduntur, ut æſtivus Sol dulcem exhalet aquam, multique relinquantur communis Salis acervi*; uti & in *Anglia* fit & *Portugallia*, quod Sal poſtmodum onerandis navibus inſervit, in mercatoriarum opum defectu.

Forſan idem fit prope *Nilum* cum Nitro; quod tamen ſimplici noſtro Nitro vix erit ſimile, quin potius *Aphronitrum* conſtituet: quale ex *novæ Hiſpaniæ* lacubus æſtate arefactis colligitur.

Noſtrum artificiale pro particularum ingredientium, terrearum figuris vel magis vel minus perfectis variat; quas enim alcali hebetat ſcheſes, eas acidum volatile exacuit æqualiori acumine; ut in armoniaco conſpicimus, quod pro tanta alcali copia, nimio acido volatili imbuitur.

Prout igitur terra vel plus vel minus exiſtit alcaliſata, vel aliis mineralibus jam ſaturata, ita acidum volatile vel avidius vel lentius attrahit.

Non ineptè hinc *Philoſophi nitri Mineram in aëre conſtituunt*, & Naturæ Salem appellant. Id quod germinatio probat: Si enim *Alcalia* ſive cineres ſint, ſive *fimus*, *urina*, *ſtercora*, *cornua*, *oſſa combuſta*, &c. agris inſpergamus, *nitroſum ex aëre alliciunt Sal*, quod quò volatilius attrahitur & copioſius, eò citatiorem ſeminibus conſitis communicat motum.

Hic *ſi quis plantas excitandi modum deſideret*, proceſſum ei in ſecretariorum invidiam communicat, *Wilh. ten Rhyne*, qui *recipit* Nitrum, Spiritu Vini optimo ad trium vel quatuor digitorum eminentiam ſuperfuſum. *Poſtea vitrum benè obturari, & in calido per duodecim horas aſſervari, poſtea decantari, & Vini Spiritum uſui deſtinari; tum vaſi terreo calcem vivam immitti, eique terram ad quatuor digitorum altitudinem adſpergi, tandem ſemen conſeri dicto ſpiritu humectandum jubet.*

Videmus hinc modum ſive efferveſcentiam omnia fabricare ſublunaria; cum in ſingulis ſalibus ſive calcinatis, & tum acido per aërem ſaturandis; ſive muriaticis ſed volatiliſatis, & alcalinum & acidum recondatur, in calce viva ſatis dignoſcibilia, maturitatemque promoventia.

Conſtat

Ex omnibus verò *Nitrum* magis exactam aliis ſalibus obtinet *figuram, ſuam pyramidalem hexagonam*, *inæqualiter tamen lateralem*, acidoque magis volatili & accuratiùs figurante refertum, hinc magis etiam univerſali Sale ſive ſpiritu proximum.

Terra igitur ex quâ excoqui debet Nitrum, vel naturaliter ſit Alcali refertum, vel artificialiter eò diſpoſitum, quale exemplum nobis exhibet *terra jumentorum urina longo tempore humectata*, ſicuti & aliæ terræ, *cineribus poſt lixiviationem rejectis*, ac aliis alcalinis vacuis imprægnatæ, quæ avidius & copioſius illud univerſale *acidum volatile* ab aliis *ſpiritum Mundi appellatum*, attrahunt: hinc ſuum conficiendi Nitri modum maxime extollit *F. Hoffmannus in ſuâ Clave*, ubi inquit: Nitrum conficiendi rationem & modum qui novit, totum terrarum orbem exiguis peragrare poteſt ſumptibus, modo *terræ communis portionem ſumat*, eamque *imprægnet ſuo artificiali fermento Nitrifico*, imprægnatam poſtea excoquat, depuret, & Nitrum ex ea extrahat, aërique iterum exponat.

Fermentum *conſtat ex Sale communi*, *urina*, *jumentorum ſtercore*, & *martialibus ſcoriis*, &c. Communem coctionis methodum hic omitto, in Chymia mea, ex *Erckero* deſcriptam, ac Nitri coctoribus notam.

Hoc jam ſubjectum Artifices, variis ſubjecerunt ignis torturis, præprimis illi qui univerſale ex eo Menſtruum exprimere tentabant. Sed inter Mineralia Proteus eſt, qui hanc, mox aliam aſſumit formam. Quædam enim ipſe figit, quædam reddit volatilia, à quibusdam redditur volatile, & ab aliis figitur ipſe.

Operationes, quibus ſubjiciebatur, erant Purificatio, Deſtillatio & variæ aliæ præparationes.

## NITRUM PRÆPARATUM.

Simplicior præparatio quæ circa hoc ſubjectum ſuſcipiebatur, erat liquefactio in tigillo & mediante ſulfure combuſtio, quod ita præ-

paratum *lapidem prunellæ appellabant*; hoc enim modo acidum e:
trahendo, alcalinam fortificabant partem, ac *febribus ardentib*
*plus conducere, ſed falsè*, credebant, quia hoc ita alcaliſato Nitro m:
gis exaltabant in iſtis Febribus alcalina efferveſcentes & ferocie
tes particulas, *& calorem ſæpius intendebant, quem acidis reſtingue*
*dum relinquere debuiſſent.*

Meliùs itaque & ſecuriùs procedunt illi, qui in dictis affect
bus *ſimplici ſaltem & repetita coagulatione & ſolutione in aquâ id pur*
*ficatum adhibent*, vel ipſum *ſpiritum* ejus.

Si verò *ad Febres intermittentes* alioſque affectus ab acino pr
venientes propinari debeat, tunc conſultò plus alcaliſatum Nitru
in uſum cedat.

Alcaliſatum verò tunc redditur, vel *carbonibus pulveriſatis co*
*flagrando*, vel ſi in majori copia expetatur, *cum Sale tartari detonan*
*do*, vel ut ſupra cum ſulfure comburendo.

Acida namque quo ſimpliciora & purora, eò majorem in ca
lore febrili extinguendo obtinent energiam, ut in hoc conſpicuur
nobis præbent exemplum *Julapia ſpiritibus acidulata*, & quò volat
lrores iſti ſpiritus redditi & aculeati, eò penetrantiùs alcaliſata
acria alterant, & hinc exortum calorem obtundunt. In hunc fi
nem Dulcificationem acidorum, mediante Spiritu Vini rectificato
excogitarunt Naturaliſtæ, vel in cryſtallos etiam ambos concreſcer
ſpiritus permiſerunt, quando *Spiritum Nitri*, *Spiritu*, *Vini rectifi*
*cato* jungentas ac per M. B. deſtillantes in fundo reperierunt *cryſta*
*los Nitri* è Spiritu acido dulces, calorem febrilem maximo cum le
vamine extinguentes.

## SPIRITUS NITRI.

Quo vero mediante deſtillatione conſtitutivæ Nitri particul
ſeparentur ac invicem, ea hoc inſtituatur modo: Pro intermedi

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Jam, ſi conjunctum habes utrumque Nitri ſpiritum, album, ſcilicet, qui ex crudioribus acidi ſpiculis, rubrum verò, qui ex ſubtiliſſimis & volatiliſſimis, ac omnibus alienis, implicatisque particulis deſtitutus conſtat, cùm phlegmate, tum amborum ſeparationi inſiſtendum.

## SPIRITUM NITRI RUBICUNDUM
### Seorſim excipere.

In hiſce ſeparandis ſpiritibus, volatili ſcil. & crudiori acido, multum inſudarunt *Agricola* & alii, ſed methodum, quâ inſtitui debebat debita hæc ſeparatio, tacuerunt, *camphorâ oleoſo volatili ſubjecto abſolvendam*, in quo volatiliſſima ſpiritus Nitri rubicunda ſpicula, requieſcunt & conglomerantur, integris viribus tunc ſeparabilia, ut quæ antea in forma rubicundi vaporis exiſtebant, jam in forma ſpirituoſiſſimi liquoris ſubſiſtunt, qui tamen volatilis adeò eſt, ut vix de vaſe in vas fiat transfuſio, quin magna pars in auras abeat, velut in Patriam propriam, unde natalibus clarus. Modum clarioribus proſtituere verbis, nondum licet.

## SPIRITUS NITRI DULCIS.

Alii cum animadvertiſſent, quantum commodi adferant volatiliores acidi ſpiritus medendo, crudioribus particulis corrigendis, & Eſſentiis aliis verè extrahendis, Spiritum Vini, ſalino-ſulfureis & volatiliſſimis particulis refertum adjecerunt, ut hoc modo crudiores Spiritus Nitri particulas exaltarent & quaſi dulcificarent. Receperunt vero *Spiritus Nitri* genuinè elaborati, *fortiſſimi*, partem unam, *Spiritus Vini alcoholiſati* partes duas, mixta per alembicum, aliquot cohobiis deſtillarunt, donec unita probè exierint, in formâ ſpiritus admodum volatilis.

*Spiritus hic* habetur pro *Menſtruo anomalo Boylei*, de quo confer ejusdem exercit. *de menſtruis Stomachic.*

*Vires Spiritus volatilioris* eminenter inſignes ſunt & expertæ ſatis, *in confortando debiliori ſtomachi fermento acido*; *cruditatibus ejusdem acidis corrigendis*, unde *in Colica*, *Febribus ardentibus*, *peſte*

*ipſa*,

*ipſa*, inque *Nephritide* & *Calculo* non ſatis deprædicari poteſt. Doſi ℈j. vel ʒß. cum idoneo propinatus vehiculo.

Suis enim aculeis obſtructiones reſerat, tenacem hoſtem incidit, renum fermentum acidum confortat, ut ſanguineam maſſam largius præcipitet, vel ſerum à ſanguine ſegreget, hinc multa dilutione acrium confluxum cohibeat, vel hebetet.

Et cum hujusmodi *acidum volatile modicâ Doſi ſæpius exhibitum*, ſuis ſpiculis non exacte fermento illi lapidificanti reſpondeat, *calculi deſtructionem*, *pro fabricatione intendit*, ſicuti acidum in gallinarum ſtomachis fermentum calculos & ſimilia ſolvit.

Omnibus verò hic, ut dictum, *Nitri Spiritus volatilis præfertur:* hic ignis inſtar homogenea congregat, heterogenea ſegregat, & penetratione ſua calculoſum deſtruit vinculum. *Quod enim omnes calculo non infeſtemur quotidiano panis uſui ingenioſiores adſcriptum volunt*, cum ex eo deſtillatione, & rectificatione, proliciatur Spiritus nitroſo volatili ſimilis, & tincturis hinc compactioribus etiam elicentis, lapidumque nævis delendis appropriatus, exindeque calculoſis non leve afferens auxilium.

## AURUM AURÆ BALDUINI.

Non vulgare nec infimum arcanum revelaſſe putant, illi, qui *ex Nitro Magnetem* docuerunt, quo *ex aura Tincturam Auri attrahere* volunt, ſed vilis admodum iſta videtur Auri Tinctura, *cum Tinctura Salis Tartari* de Nobilitate decertans, & vix hanc exſuperans. En deſcriptionem.

Sumunt *Nitrum purum & cryſtallinum, crucibulo immiſſum, per repetitas carbonum pulveriſatorum injectiones*, tam diu fluere in crucibulo ſat firmo permittunt, *donec nulli amplius carbones accendantur*, atque Nitrum omninò fixatum reſtet. Hoc *per ſolutiones & filtraturas optimè purificatum*, crucibulo immittunt ſereno cœlo, Sole cancrum, Leonem vel Virginem ingrediente, tempore matutino, *ſuppoſito igne per duas horas*, & ſpatio centum minutarum, *attrahet ſulfur aureum, herbaceo colore*, eoque ſummo, & tunc *cave ne igne* nimium valido

colorem *hunc expellas rurſum*, & in ſuum chaos regredi facias, ſed quamprimum ſummum illum colorem nactum fuerit, ignem remove, & refrigeratis omnibus cœruleum videbis calorem.

Tum *pulveriſato magneti ſuperfunde Spirit. Vini rectificatiſſ.* & levi digeſtione Tincturam extrahe, quam ad liquorem abſtrahe qui initio guſtu ſalſus deprehenditur, donec diebus aliquot interjectis magnes ſive ſalſedo ſubſiſtet, limpidæ inſtar, tinctura innatante.

Mira de viribus hujus Tincturæ deprædicat *Balduinus*, & ceu univerſalem Medicinam nobis commendat, at ferè arroganter nimium, cum *vix Tincturam Tartari exæquet*; quod enim fixatum carbonibus Nitrum, tam brevi tempore, (imprimis calore ſuppoſito reſiſtente,) volatiliſſimas particulas auræ, acidi videlicet ſubtiliſſima & volatilia ſpicula, attrahat ſibique agglomeret, vix ſanè credibile videtur.

## TINCTURA NITRI.

Minori cum ſtrepitu *Glauberus*, aliàs gloriabundus admodum, ex hoc fundo communicavit ſuam *Tincturam Nitri*, ubi mediante Sale volatili magis corporeo, incorporea ferè acidi ſpicula ligat, ac mediante præcipitatione figit, ut tum, cum Spiritu Vini tincturam, vel aliqualiter fixatas acidi ſulfureas particulas, meliori cum ſucceſſu extrahat. v. g.

Recipit *Spiritus Nitri fortiſſimi*, rubicundo volatili multum imprægnati ℔. j. in hoc ſolvit *lunæ, mediante lixivio purificatæ & exſiccatæ* tantum, quantum calore levi repetitis injectionibus ſolvendo eſt: poſtea in *capaci vitro affundit guttatim Oleum Tartari per deliq. vel ſal Tartari reſolutum*, tam diu donec ebullitio ceſſet *ac liquor rubicundus exiſtat*, tunc filtratum liquorem lento calore cinerum evaporat, *uſque dum ſal rubicundi vel flavi caloris reſtet.* Cui tum *Spiritu Vini rectificatiſſimo ſuperaffuſo tincturam extrahit*, quam ad liquorem exhalatam ſervat ad uſum.

Vires ſunt *Diaphoreticæ*, *Diureticæ*, unde *in Febribus, Nephritide, item Colica exhibet* medicamen haud vilipendum.

Doſi

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

# CAPUT III.

## *Vitriolum reſolvit.*

Nec aliam fovet ſententiam *Sendivogius*, qui *ex aquâ produci duplicem terram, limoſam unam, alteram lapideam verè ſtatuit*, quando ita de hac materia diſcurrendo pergit: Lapideam hanc, inquit, terram, vulgò nos vocamus lapides, & licet inter terram & lapides, magna videatur differentia, attamen *lapides, ratione originis conſiderati, nil ſunt aliud, quam aqua terrea, vel terra limoſa*, quæ ſucceſſu temporis accedente ſpiritu activo, vel calido vel frigido petrificante indureſcit, & compactam lapidis formam nanciſcitur, *in ſuo verò decremento rurſus degenerat & regreditur in dictam terram limoſam*, ſi ſcilicet ſpiritus ille lapidificus denegatur; ex illa verò, iteratò accedente novo petrificante ſpiritu acido lapis rurſum conſit, atque ita ex fine principium & contra reſultat.

Inprimis ſi conſideremus, *nullam exiſtere aquam, quæ ſubtile terreum non ſecum vehat, & vice verſa*; manifeſtum nobis fiet, haſce eſſe ſubtiles aquæ terreas particulas, quæ lapidibus materiam ſuppeditent, ab aquâ ſecretas & ſubjecto apprehenſo annexas, non ſecus ac in aqua lapides ab adhærente aquoſa mucilagine incrementum ſumunt & augentur.

Porro

Porro autem hæc notanda diverſitas: Nam qui *pellucidi ſunt lapides aqueæ ſunt naturæ*, & tamen ex aquæ ſubtili terreo pronatæ, mediante ſpiritu petrificante frigidioris energiæ. Qui verò *opaci* ſunt, *ex crudioribus terreis particulis* non abſque tamen humido concreti ſunt, adjuvante ſpiritu petrificante calidioris naturæ, ſicut noſtro artificiali igne ex terra limoſa vel argilla, lateres vel ollæ cremantur.

Hæc *Sendivogii* opinio de vulgarium ſaxorum generatione non rejicienda eſſet, ſi modo inter frigidum & calidum petrificantem ſpiritum, nullam admiſiſſet differentiam: Quicquid enim lapidificum eſt, id omne per caloris activitatem induratum eſt, niſi cum veteribus duplex velimus inducere frigidum, alterum craſſiorum, alterum verò ſubtiliorum partium, veluti eſt illud penetrans, ac interiora tingens acidum volatile, congelationis expeditioris cauſa, ut in armoniaco ſale conſpicuum.

Maximâ tandem cum induſtria, ferè ex *Sendivogii* mente, hanc materiam pertractavit, ingenioſiſſimus *Steno* in ſua diſſertatione; *De ſolido intra ſolidum naturaliter contento*: ubi corpus naturale vel ſolidum vel fluidum eſſe ſtatuit, ac illud ſi ſecundùm naturæ leges productum eſt, à fluido productum eſſe dicit: creſcere verò, dum particulis ejus novæ apponantur particulæ, ab externo fluido ſecretæ. Hanc autem fieri appoſitionem vel à fluido externo immediatè; vel mediante interno fluido uno vel pluribus.

Hæc omnia eleganter illuſtrat corporis humani comparatione cum productis terræ inſtituta. In omnibus, productionis locum accurate inſpiciendam docet: nimirum corpora vicina, ad incluſorum productorum figuras componendas concurrentia. Sic in lapidum examine multa detegi poſſe judicat, quæ in mineralium ipſorum examine fruſtra tententur, ſiquidem probabile admodum ſit, omnia illa mineralia, quæ Saxorum ſpatia vel fiſſa vel dilatata implent, pro materia habuiſſe ex ipſis ſaxis elapſas puriores & ſubtiliores particulas ſive vapores.

*De cryſtalli productione* ſubtiliter diſquirit: Num inter fluidum & fluidum, vel inter fluidum & ſolidum, vel in ipſo fluido producatur:

catur: *è fluido enim productam eſſe, nullum illi dubium eſt*; frigore tamen concentratam nobiſcum negat, niſi, ut ſupra notatum, particulas crudiores adſtringentes frigidiores dictaremus: quoscunque enim indurationis excogitamus modos, ſpiritum ſemper reperimus, vel per aërem vagabundum, vel terræ viſceribus incluſum, qui indurat: non frigus, nec ejus quies, quæ induratorum ſemper ſocia vel ſequela eſt. *Sic in Microcoſmi fabrica humidum alit membranas, quæ vertuntur in cartilagines, hæ in oſſa*, non ex quietis glutine vel frigore, ſed à ſucco ſpirituoſo, vel ſpiritu indurante, advecto.

*Cryſtallum vitro comparans* credit, hoc absque ignis violentia etiam humano artificio confieri poſſe, ſi modò accurata inſtituatur ſaxorum analyſis, in quorum cavitatibus optimæ cryſtalli formentur: certum enim eſſe, ut ex fluido concrevit cryſtallus, ſic in fluidum eandem poſſe reſolvi aſſerit, ſi modò quis verum Naturæ menſtruum imitari noſſet. Hoc vero fluidum in quo cryſtallus creſcit, eodem modo ſe habere ad cryſtallum, ſicuti aqua communis ſe habeat ad ſalia, putat. Probari hæc poſſet aſſertio ex *Cl. Morhoffii*, de ſcypho vitreo per ſonum fracto, Epiſtola ad *Cl. Dn. D. Majorem* ſcripta, ubi refert, *ſe obtinere ſingularem quendam liquorem, qui ad tempus flexile reddat vitrum*, ſi non ſolvat: quo etiam imagines ex eo fingi, vel characteres illi imprimi poſſint.

*Colores gemmarum* aliorumque ſaxorum, *ex mineralium & metallorum admixtis particulis ortum trahere*, dilucidè, *gemmarum artificialium docet hiſtoria*, quam, cum hanc ſententiam mirificè illuſtret, hic recenſere lubet.

## GEMMÆ ARTIFICIALES.

Sume verò *cryſtallum montanam pellucidiſſimam à lapide adhærente albo repurgatam*, immitte crucibulo cooperto, & inter carbones igneſcat: *ignitam* optime *cryſtallum* in vas majuſculum *lixivio forti plenum projice*, quod infra docebitur: *repete verò laborem* hunc donec *cryſtallum aliquoties ignitam*, & *lixivio extinctam digitis conterere poſſis*, tùm tere illum pulverem *in porphyrio cum ſumma aſſiduitate & diligentia, ut tenuiſſima farinæ inſtar deveniat, &*

*tactum*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

℞. *Cryſtalli in alcohol redacti*, ℥. j
*Minii opt.* ℥ vj. ß. *exactè mixtis adde*
*æruginis*, gr. 75.
*Croci Martis aceto facti*, gr. x

Miſce accuratiſſime, & ut prius procede, niſi quod hanc maſſam melius excoquas, quo minii ſuperfluitas perficiatur.

Vel ℞. *Cryſtalli præparati* ℥ ij.
*Minii opt* ℈ viij. *exactiſſimè mixtis adde*
*æruginis* gr. 90.
*Croci Martis aceto facti* gr. x.

miſce, & ut prius procede, ac pulchriorem acquires maſſam.

Sed cum hiſce mixturis crucibuli ad dimidias ſaltem ſunt re- plendi, ut ſuperflue impuritates ſpatium habeant, quo ſuperna- tare queant.

Si SAPPHYRI arrideat color.

℞. *Cryſtall. præp.* ℥ ij.
*Minii ordinar.* ℥ vj. *exactè mixtis adde.*
*Zaffaræ præp.* ℈ ij.
*Magneſiæ Pedemont.* gr. vj.

miſce, & ut ſupra procede.

Si ſaturatiorem expetas colorem.

℞. *Minii opt.* ℥ v.
*Cryſtalli præp.* ℥ ij. *miſtis adde*
*Zaffaræ præp.* gr. 42.
*Magneſiæ Pedem.* gr. 8.

miſce.

Si *Magneſiæ* doſin augeas, & *Zaffaram* in minori addas, *GRANATI nanciſceris* colorem. v. g.

℞. *Cryſtalli præp.* ℥ ij.
*Minii opt.* ℥ vj. *miſtis legitimè adde*
*Magneſiæ Pedemont.* gr. 16. *ſi ſaturatiorem* gr. 35.
*Zaffaræ*, gr. ij. gr. 4.

Sic

# SACCHARUM SATURNI.

℞. *Tenuiſſimas plumbi laminas*, vel quod melius, *plumbum quod in feneſtris diu perſtitit*, hoc ſolve *aquâ forti optima*, (aqua enim fortis bonæ notæ ſuo ponderi æquale plumbi pondus abſumit: ) & plumbum ſolutum, brevi, in fundo vitri, & dimidiæ horæ ſpatio, magna ex parte in ſaccharum vel ſal abibit, modico arenæ vel cinerum calore: quid hoc in vitro præſtare poſſit, dicere non habeo, *Merrettus* inquit.

Maſſæ hoc mediante ſale confectæ, nulla obducuntur cuticula, ac illæ quæ ex minio factæ ſunt, eadem verò doſis addatur, quæ Minii.

Ante omnia verò, ut ſupra monitum, *obſerva, ut ingredientia quævis ſubtiliſſimè teras, & exactiſſimè miſceas*, ne ſpurcitiem acquirant, maſſam verò peroptimè fundas & liquefacias, nec tamen crucibulum aperias, antequam refrigerata omnia ſentias.

*Hæc Mechanica probabiliter admodum gemmarum vel aliorum lapidum nobis demonſtrat natales, & ſtemmatis originem*: quando enim ambientium ſpiritus petrificans fluida obrigeſcere facit, tum quicquid obvii mineralis apprehendit, ei fluido implicat; & ſucceſſu temporis continuo univerſali motore impellente excoquit & perficit, ubi ſuperflua, vel congelati fluiditas, ſubtiliſſimis mineralis particulis ſaturata, ſe ex craſſioribus extricat, & cavitatem vacuam nacta, illuc ſe colligit, incrementum capit & augetur: in quâ ſeparatione puri ab impuro colorem pro natura mineralium particularum advenientium aſſumit vel ſaturatiorem vel dilucidiorem, prout vel copioſè vel parcius eædem particulæ implicantur.

Colligimus etiam ex his, *cryſtallum ex puriſſimis terreis alcalinis aquæ particulis, abſque cujuſdam mineralis advenientibus particulis*, ope

ope ſpiritus petrificantis acidi congelatam fuiſſe, atque talem omnium gemmarum ferè eſſe materiam ſtatuimus, inter quæ *Adamas ratione exactiſſimæ mixturæ ex ſubtiliſſimis* & puriſſimis particulis alcalinis, congelatus, *invictus excellit.*

*Ratione virium, omnes gemmas concordare,* contendo, ſi præparatæ vel ſuo naturali nexu mediante igne ſolutæ ſunt, ac tum viribus orbatæ: ſi verò ſimplici ſaltem tritu in alcohol redactæ propinentur, vel collo appendantur, inprimis quæ nobilioris cujusdam metalli puris atomis tinctæ fuere, ut *Granatus, Sapphyrus,* &c. tunc cum *Helmonte* irradiatione vel ſuarum virium ejaculatione, retentis ſuis proprietatibus, Archeum afficere facilè perſuadendi eſſemus.

Sic *Helmont* ante omnes gemmas nobis commendat *Sapphyrum* in peſte magnarum virium, quando de magnetica vulnerum cura inquit: *Sapphyrus cæruleo colore ſatur, ſi anthracem, quo peſtis ſeſe tradit, tetigerit, & aliquandiu affrictus fuerit, mox verò auferatur,* non ceſſat magneticè jam abſens gemma *virus totum attrahere.*

Oportet autem locum apoſtematis *Sapphyro* in circinum paulatim aucto conſcribere, *ne ſcil. exiens virus latius explicetur,* & nobilem aliquam vicinam partem latius inficiat. Quà enim virus magneticè è corpore tabido tanquam per tubum attractum exhalat, totus circinus mox nigreſcit, & tandem in eſcharam combuſtis excidit. Quo verò fiat alligatio virtutis ſapphyricæ ad venenum, requiritur certum temporis, ſcil. *horæ quadrantis ſpatium, quo circumduci debet anthraci Sapphyrus,* qui tunc, quo ſæpius venenum exſuxit, & potentior deveniet.

Confirmat hoc *Cl. Knöffelius* de febribus malignis, ubi refert quod ſuper anthracem poſitus *Sapphyrus,* non aliter eum quàm aqua ignem extinguat. De reliquis gemmis earumque plerumque fictis qualitatibus, vide tractatulum Germanicum de Gemmis *Nicolai.* Quidque porrò de earum præparationibus vel potius corruptionibus, inprimis magiſteriis ſentiendum ſit, ſupra ex Perlarum analyſi patet.

*An Sal propriè ita dictum gemmis inſit, negatur,* acidum verò

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

volatilem ſpiritum, qui ultimo deſtillationis tempore *inſtar ſpiritus ſalis exit, in formâ nebulæ*, inſigne in expellendo calculo arcanum.

## DE LAPIDE LAZULI.

LAZULI LAPIS cæruleus maculas aureas obtinens ſtellarum more coruſcantes, in aurifodinis orientalibus utplurimum effoditur, unde intermixtas Antimonii particulas obtinens, *tàm lotus quàm non lotus, per ſuperiora & inferiora purgat*. Ex eo verò *mediante ſpiritu ſalis armoniaci extracta tinctura*, maximas præbere vires, *in Melancholia, Mania, Epilepſia*, & ſimilibus ab acido ortis affectibus, creditur. Doſi guttularum xv. xx. & ultra.

Paratur ex eo MAGISTERIUM ULTRAMARINUM à pictoribus *vocatum*, & pictoriæ arti imprimis dicatum, hoc *Zvvelfferus* ita parare jubet in ſuis animadverſionibus p. 413. v. g.

℞. *Ceræ flavæ & novæ.*
*picis Hiſpanic.*
*olei lini.*
*therebinthinæ liquid.*
*reſinæ pini.*
*maſtichis opt.* ana. ℥iiij.

Miſceantur omnia & coquantur in patella lento igne, horâ unâ circiter, ut fiat maſſa tenax, poſt per linum coletur, malaxeturque optimè, & diu, ac in aqua frigida poſtea aſſervetur.

Jam *lævigetur lapis Lazuli cæruleus & purus, ſuper Porphyrite, cum aquâ ſimplici ſubtiliſſime*, (nam niſi ſubtiliſſimè & diu lævigetur, vix ad optatum ſuccedit præparatio,) hujus *lapidis ſubtiliſſimè lævigati*, exſiccati, inque pulverem redacti, *& maſſæ ſuperioris deſcriptæ* ana. p. æq. *malaxando manibus optimè uniantur ſine igne*, relinquanturque aliquot ſeptimanis (quo diutius eò melius,) *aquæ frigidæ immerſa*, poſtea cum aqua tepidâ inter initia, ultimo ſemper calidiore, manibus maſſam malaxando, eluatur pulvis cæruleus impalpabilis, pulcher, ultramarinum dictus:

Notetur autem quod *qui primò eluitur pulvis ſit, elegantior in colore*

*colore ſecundo*, *& hic tertio*, ac ita conſequenter, propterea ſinguli ſeparatim aſſervandi, cum in aqua ſubſiderunt.

## DE TALCO.

TALCUM ex lamellulis tenuioribus conglomeratum, *unctuoſitate metallica gaudet*, hinc vulgo venuſtatis acquirendæ cauſa, plus inſtituitur ejus præparatio, quam ſanitatis conſervandæ gratia. Licet *Martinius Martini in ſuo Atlante Sinico* teſtetur, quod Talcum in calcem redactum vinoque mixtum & epotum, à *Sinicis Medicis* tanquam ſingulare medicamen ad vitam longam commendetur.

*Maximè* tamen *laborarunt artifices in oleo ejus*, ſive unctuoſitate ſeparanda, quæ verò cum admodum ſit levis, & delicata fortiori igne deſtruitur; quærenda ideoque verior methodus, qualem nimirum *Cl. Morhoff de Metallorum Transmutatione* indigitat, ubi refert, *ſe vidiſſe*, vel *intra dimidiæ horæ ſpatium*, pauciſſimo igne, rudi ad ſpeciem artificio *totam* ejus *ſubſtantiam ita calcinatam*, ut colore flavo ablato, ſpongioſa facta *ſub digitis in minutiſſimum pollinem comminuta fuerit*. Atque non adeò igni indomabile eſſe Talcum ut multi credunt, ſi modo mitioribus flammis tractetur; cum ſæpius peragat tranquilla poteſtas, quod violenta nequeat: longeque hinc aberrent illi, qui ignis tortura hanc ab illo gratiam extorquere nitantur; tantâ enim ignis ſævitiâ indignatum Talcum, ut *Steno* loquitur, vindictæ loco Vulcano illam cedere ſui delicatæ unctuoſitatis partem, quam aliàs leviori igne in venuſtatis amorem, amatoribus reliquiſſet.

*Oleum tamen verum extrahi poſſe*, maximum me manet dubium, *niſi in alcalicam redactum calcem oleoſitatem aliquam*, *ut Tartarus calcinatus*, *largiatur*. Si verò in calcem leviori igne vertere lubeat, aliquot horis, vel horulæ ſaltem ſpatio *calcina per vaporem metallicum*, atque *per ſe in pulverem cadet*: ex hoc ſi unctuoſitatem expetis, tere in *alcohol*, ac *ſacculo lineo inditum pulverem*, *per vaporem aquæ calentis in Balneo* per 4. vel 5. *Septimanas digere*, ita ut die & nocte fervens vapor eum tangat, & talcum deveniat unctuoſum, quod tùm phiolæ inditum, rurſum ut prius B.V. impone, ac ſenſim in oleum

reſolvitur, ac quando fæces ſuperficiem occupant, tum ſepara fæces ab oleo & ſerva: modum clarioribus proſtituere non licet.

*AMIANTHUS LAPIS*, talco haud adeò abſimilis eſſe videtur, cum ac ille invictus forti in igne perſtet, niſi quod tenaciori acido concretus flexibilitatem retineat, unde & per artificum induſtriam ex eo telæ conficiuntur, quæ igni injectæ à ſordibus mundantur; hinc ex Salamandræ pilis per fabulam ortus creditur, quod haud conſumatur igne lapis. Ad conficiendas telas hoc modo præparari dicitur; v. g.

## FILA INCOMBUSTIBILIA.

Recipe *Amianthi*, *ſive aluminis plumoſi*, q. l. *maceretur fortiſſimo lixivio ſaponario* per diem, vel in Sole vel M. B. tum exime & exſicca, ac tunc *imbibatur aceto deſtillato decies*, ſemper prius exſiccando Amianthum antequam recenti imbibas aceto. Hoc facto iterato *cum lixivio macera*, & aceto imprægna, ac hoc tertia repete vice. Poſtea *recipe doliolum parvum*, quod intus chartâ *oleo olivarum intinctâ obtexatur*, hoc peracto impone Amianthum maceratum graſſitie aliquot digitorum, & huic *oleum olivarum affunde ad digiti eminentiam*, *tum rurſus amianthum*, *& oleum*, atque ita fac. ſ. ſ. ſ. ad vaſculi repletionem, tunc chartam impone & vaſculum claude, vel ſi vaſculum Amiantho non ſit repletum, aggravetur, claudatur, & reponatur, per menſes tres, vel quinque, donec in fila deduci queat, id quod primo ſtatim menſe probare poteris.

Alias *puncturis arthriticis inunctus* & infricatus per tempus, veſperi vero *oleo ſpicæ*, *juniperi*, *therebinthinæ illitis juncturis efficaciter omnem dolorem extrahit*, acidum attrahendo, quod adeò avidè arripit, ut etiam cum ignis acido ſaturari nequeat, nec minima in hoc lapide latitare arcana credo, dummodo naturæ diligens ruſpator curioſius in ejus inquirat vires.

CAPUT

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Vel hoc procedas modo:

Recipe *Arſenici cryſtallini albi* q. v. miſce *cum vitriolo ad rubedinem calcinato, & ſublima*: ſublimatum *cum æquali pondere ſalis Tartari & Nitri* commiſce, & in tigillo per viginti quatuor horas calcina, primò leniſſimo, poſteà ſummo igne, ac habebis maſſam, Perlarum colorem referentem: ex hâc mediante aquâ calidâ, alcali extrahe, & remanebit pulvis candidiſſimus, quem exſicca.

Hic ſi oleo talci imbibatur & exſiccetur aliquoties, ac denique rurſus ſal auferatur, manet pulvis fixus in oleum, butyri inſtar, reſolubilis, cujus vires ad ulcera quævis admirandæ ſunt.

## BALSAMUM ARSENICI Thomſoni.

Nec contemnendus eſt *Cl. Thomſoni Balſamus* Arſenici, quem ita parare præcipit; v. g. *Cum Tartaro & Nitro Arſenici virus dometur*: huic pulveriſato *vinum malvatic. opt. affunde*, ad ſyrupi conſiſtentiam deſtilla, vini recentis affuſionem, atque ad eandem prædictam craſſitiem reductionem ter vel quater repete. Balſamum in fundo reſiduum in ampulla vitrea reconde in ulceribus malignis celebrandum.

Sic & *Angelus Sala*, non infimam communicavit Arſenici, præparationem, ubi mediante ſulfuris acido volatili, & addito Antimonio, correctionem inſtituit, ac tum *Magnetem Arſenicalem* vocat, v.g.

℞. *Arſen. albi cryſtallini.*
*ſulfuris flavi.*
*Antimonii crudi* ana. ℥ ij.

Subtiliſſimè pulveriſata, in cucurbitula vitrea in arenam poſitâ, *liqueſcant picis inſtar*, à fumo cavendo: quo facto refrigeſcant omnia, poſt exime maſſam ſubfuſcam & pulveriſatam ſerva.

Ex hoc paravit *Angelus Sala* emplaſtrum quod in extrahendo veneno &c. maximas obtinere vires deprædicat, hoc tamen paulo aliter conficere docet *F. Hoffmannus*, v. g.

℞. *Gum-*

℞. *Gummi ſagapeni.*
*ammoniaci.*
*galbani* ana. ℥ß. ʒij.
*therebinth.*
*ceræ virgin.* ana. ʒv.
*Magnet. Arſenic. pulv.* ʒiij.
*radic. ari* ʒj.

Gummita ſolvantur aceto ſquillitico, & coquantur in formam Empl. quibus tunc adde reliqua, & in Emplaſtrum redige, quod extendatur ſuper alutam ſine ſyndone rubra, in uſu verò illinatur oleo amygd.

Hoc Emplaſtrum *efficaciſſimè tollit lienis obſtructiones*, hinc *in quartana optimo cum ſucceſſu applicatur hypochondrio ſiniſtro, curat item ſcrophulas, induratas glaudulas*, aliasque excreſcentias tumidas, quas inſtar mitis eſcharotici ita debellat, ut absque moleſtia & ſine inflammatione pars poſt partem decidat, uſque ad radicem carnis ſanæ, ut tum ſarcoticis reſiduum facilè curetur.

*In peſte, bubonibus ad extrahendum venenum optimo cum effectu applicatur. In iliaca paſſione* ab incarceratione inteſtinorum in ſcrotum delapſorum *ut in herniâ, lumbis applicatum, inteſtina certiſſimè retrahit*, quod experimentum à ſe inventum Cl. *F. Hoffmannus*, gloriatur, ac exinde.

Sæpius etiam in liquidiori formâ, in uteri lapſu, & *herniis regioni lumbari inungit, ita paratum* v. g.

℞. *Gummi ammoniac.*

## DEALBATIO VENERIS.

Non contemnenda alias in Arſenico crudo latet tinctura metallica alba, quæ maximè exaltatur, ſi alcaliſatis ejus exaltentur particulæ, & ab aliis heterogeneis liberentur, in hunc finem Recipe *Arſenici pulveriſati* ℔ j. miſce exactè cum *cinerum clavellator.* ℥ vj. ac cum *ſaponis optimi mollioris* q. ſ. fac paſtam, quam crucibulo magno impone, ſuperimpoſito operculo foraminato, ac immitte in furno venti, & à principio moderatum adhibe ignem, poſtea fortiorem, *ut maſſa fundatur & liqueſcat*, tunc effunde in pyramidale infundibulum, vel in mortariolum, ſævo illitum, ac refrigeſcant omnia, ut *ſcoriæ à regulo ſeparari queant*, quem pulveriſa & in loco ſicco aſſerva. *Cum hoc pulvere & lamellulis Veneris* ℔ j. *ac argenti finiſſimi* ℥ j. fac ſ. ſ. ſ. & igne rotæ per bihorii ſpatium adhibito, aucto ultimò igne ut fluat maſſa, *fit Venus alba*, omnes argenti, præter cineritiam, probas ſuſtinens, quæ ſi ſub malleo, non ſatis tenax exiſtat, *cum ſalis comm. & Tartari crudi* ana in fluxum injectis rectificetur, ubi verò non effundi maſſa debet, antequam in tigillo argenti vivi inſtar appareat.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*ortu inquinentur impuritatibus*, partim propter loci nativi ineptitudinem, partim etiam propter ſpiritus coagulantis & perficiendi, infauſto univerſalis motoris Solis influxu, obſcuriorum ſiderum radiis obfuſcato, imbecillitatem, quæ prohibuerunt debitam perfectionis & virium metam aſſequi.

*In ſulfure tamen, metallorum potiores vires*, ſicuti & reliquorum mineralium, & vegetabilium etiam, ſedem figere, haud vanis exiſtimatur conjecturis, *non vero illo vulgari, ſed Philoſophorum*, & cuivis ſubjecto, pro majori vel minori perfectione proprio, ſpirituoſo, penetranti; & ab acidi perfectis ſpiculis concentrato & concreto, *quod æque quidem in interiore vulgaris ſulphuris, reconditum latet incombuſtibile, ac in auro*, niſi quod in hoc, plus purum, perfectum, condenſatum, ac concentratum exiſtat; in illo verò adhuc dum volatile, multis ſuperfluitatibus obrutum, & liquiditati proximum perſtet.

*Poſſe verò ſulfur, ab unoquoque metallo ſeparari proprium*, Chymici tam veteres quàm recentiores teſtantur, ac non tantum in ignobilioribus, ſed omnium perfectiſſimo auro ſcilicet, cui tinctura extrahitur, ut candida reſtet maſſa, æque tamen ut prius ponderoſa, cuique per cæmenta color reſtitui poteſt; tinctura verò extracta, tantum argenti colorat, & in aurum convertit, quantum ponderis aurum habuit. Tale arcanum ipſam *Rempublicam* habere *Venetam*, ut *Cl. Morhoff de Metall. transmut.* habet, multi credunt, quod communicaſſe cum Senatu ejus, *Joh. Auguſtum Pantheum*, ſacerdotem Venetum dicunt; Conjecerunt hoc & ſagaciores ex eo, quod, cum

*Si verò ſulfur extrahitur*, ut dictum, *candidum fit aurum*, ac *Luna fixa* appellatur, quia pondus auri habet, & in aquâ forti perſiſtit. Huic ſi color redditur, ut reddi poſſe docetur, multum inde lucri accreſcere poſſet. Sic & ſulfur per cæmenta ſulfureæ naturæ licet impuræ, ita intendi poteſt & perfici, ut ex viliori etiam, nobiliſſimum deveniat, uti in Rhenano notum, cujus color pallidior & ideò vilioris pretii, *per cæmenta ita colorari poteſt*, ut *Hungaricum* etiam provocet. Atque hoc artificio *Venetus* quidam *in Anglia*, tantas acquiſiverat divitias, ut Senatus inquiſitionem in ſe concitabat. Hoc item in *Gallia* factitatum fuiſſe, non levis eſt ſuſpicio, cum tot millia aureorum quotannis in Galliam miſſa fuerint, quæ tamen rarò comparuerint, ſed vel in ſplendiorem colorem excocta, vel nobiliori immiſta, recuſa procul dubio ſint.

Atque exinde conſtat, *metalla ſolum perfectionis ratione differre*, non verò eſſentiâ, utpote in quâ omnia & mineralia, & metalla, nullo excepto, conveniant, & ex qua natales, & originem ducant, & non ſecus ac ſtellæ ex una eademque luce cœleſti enatæ, calefaciant & irradient.

*Confirmat hoc Paracelſus* de ſeparatione rerum naturalium, ubi uno eodemque modo, ex omnibus mineralibus, per ſublimationem, primum ens ſive ſulfur embryonatum, extraxit, mox liquida mox ſicca forma. Quod tamen *Paracelſus* non ſimpliciter intellectum vult, ac ſi ſimpliciter hoc modo omnia eſſent ſeparanda ſulfura, & mineralium conſtitutiva, ſed quod ea, ex uno eodemque fundo ſulfur nacta, ſimili ſolvendi methodo erui debeant: ita tamen, ut, quemadmodum mineralia adhinc aperta, nec obſerata, hinc etiam ſuo principio proximiora, faciliori etiam methodo in ſua ſecernantur conſtitutiva: è contra verò metalla, veluti maximè condenſata concentrata, fixata, firmiſſimeque occluſa, penetrantioribus etiam ac multò ſubtilioribus indigeant ſolventium ſpiculis, ut firmiſſimis ſuis liberentur clauſtris.

in quem ſententiam maxime pronus videtur *Cl. Helmont*, qui quidem in genere de correctis mineralium ſulfuribus deprædicat, quod omnes fere morbos curent, *id tamen ſe potentius aſpicere, in ſulfure Veneris, ſtibii*, ac potiſſimum *in ſulfure Glauræ Augurelli*, quibus correctis ac perfectis tota morborum cohors auſcultet, inquit.

Cum itaque tantas vires, in mineralium & metallicorum corporum ſulfuribus latitare audiamus, unumquemque verum & rationalem Medicum eò adactum ſentimus, ut Cl. noſtri *Helmontis* monitum curioſè obſervet, nimirum *ut diſcat ſulfura mineralium ſpoliare vi ſua peregrina ac virulenta*, ut abditum in eis ignem conſequatur vitalem, qui Archeum in ſcopos deſideratos placidiſſime deducat.

Nos ordine igitur ſingula luſtrabimus, ab imperfectioribus ad perfectiſſimum tandem aſcendendo metallum, & quæ ac quomodo ex eis ſeparanda ac corrigenda ſint, dextrè communicabimus.

## CAPUT I.

### *Mercurii Analyſin ſiſtit.*

HIc inter metalla primò conſiderari meretur, quia ceu liquidus & fluidus Protei inſtar mille ſe in formas fingit ac refingit, adeò ut plurimi *eum pro primo metallorum ente prædicare non dubitarint:* Nec nos abſtinemus, quin cum eis ſtatuamus, hoc fluidum corpus tandem indurari, & in perfectiſſimum etiam metallum denique converti potuiſſe, cum ſulfure æquè refertum exiſtat ac illa mineralia, ſicut hoc ex *Cl. Helmonte* clariſſimè conſtat, qui ideo *Mercurii ſulfur internum extra vertere præcipit*, ut in aurum horizontale vertatur.

Quod verò eædem Mercurii particulæ, quando univerſali adjuvante motore in perfectum aliquot metallum concentratæ & exaltatæ ſunt, reduci rurſus priſtinâ argenti vivi formâ queant, haud credo;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

attamen in ſe debilius motis conſtat, unde volubilitas & ponderoſitas. Hæ verò ſi ab invicem ſecedunt particulæ, conſpicuæ lædunt: ſunt verò in ſua cohæſione adeò tenaces, ut potius, ſubtilitate & volatilitate ſua, duriſſima etiam permeent; & externos hinc ſenſus, imò & intellectum deludant, dum ut *Cl.* etiam *Helmont* præter vulgarem experientiam confirmat, ſine ponderis jactura aut virium detrimento vim radialem, aquæ vel incoctum, vel immaceratum imprimat, ut *licet* ne minimum *quid de argento vivo in ſe ſorbeat aqua*, attamen proprietatem, non item ſubſtantiam mutuet, *adeo ut epota necet lumbricos univerſos* & *aſcatides*, etiam exiſtentes, quo potus iſte nunquam perveniat, quippe qui mox totus in lotium rapiatur; fierique aquam iſtam validiorem ſi ſemel cum argento vivo bullierit, quam ſi immacerata ſaltem fuerit. Unicam verò argenti vivi unciam millies aquæ menſuram inficere poſſe, & tamen permanere in pondere & proprietate priſtinis, inquit.

Sic etiam *externè-applicatus* particulis ſuis volatiliſſimis non ſolum *pediculos*, ſed & *varia cutis vitia*, *ut ſcabiem*, *etiam contumaciſſimam fugat*, *& ulcera verminoſa*, & inveterata *alia ſanat*, ſi corpore prius purgato, hoc modo adhibetur; v. g.

## CINGULUM MERCURIALE.

Pro homine adulto Recipe *argenti vivi* ℥j. *album ovi* num. ij. vel iij. in vaſe quodam idoneo probè conquaſſentur donec omnis Mercurius in minutiſſimas particulas albumini commixtus non amplius appareat, hoc inunge *cingulum* ex panno cylino paratum, & 8. digitos latum, intus & extus, ac lumbis nudis applica, & quatuor relinque ſeptimanis, donec ſcabie abactâ, cutis priſtino nitore & puritate niteſcat. Vel ex *Mercurii vivi* ʒj. *ung. pomati* ℥ß. & *ceruſſæ* ℥j. ß. fiat unguentum quod juncturis inunctum intra octo dies effectum optatum præſtabit.

*Cortici verò avellanæ incluſus*, & inter mammillas poſitus veriſſimè *lac auget*, & amiſſum reſtituit, inprimis ſi à faſcinatione amiſſum lac hariolетur.

*Cum floribus* autem *hyperici*, *& lunaria*, ſacculo inditus, & novis nuptis collo appenſus, in cantationibus venereis reſiſtere perhibetur.

*In ſubſtantia* etiam ad ℔ ß. & ℔. j. propinatus ab *Henrico ab Heer*, mirum quantum laudatur, *in iliaca paſſione à pertinaciſſima alvi obſtructione*, quod ſine omni noxa momento citius ſecum obvias fæces per inteſtina ducat, quo facto ad eluendas remanentes particulas clyſterem ex puro vino cretico injicere jubet: Ac hac methodo aliquos ileo morituros cum Dei gratia ſervaſſe aſſerit.

*Hæc ſunt Mercurii vires potiſſimum radiales*, nec adhuc in ſua prima ſecreti. Ubi tamen nota, quod per corium ſæpius expreſſus eſſe debeat, & à ſuperficialibus ac adhærentibus impuritatibus quoad poſſibile liberatus.

Quantum verò in ſua principia ſecretus corrodat, quasque corpori noſtro conferat noxas, quibusque blandiatur fucis, & quam arctos permeet mæandros, metallurgi norunt, indiesque experiuntur aurifabri, quando argentea deaurant vaſa, ubi hydrargyreis tam malignè corripiuntur effluviis, ut tandem colla & manus tremant, & crura vacillent, ac ſcelotyrbo infeſtentur.

Longam ſanè introduceremus malorum ſeriem, ſi argenti vivi nocivam ad amuſſim ſcrutari velimus: at tonſoribus nimis nota eſt Mercurii in lue venerea exhibitio, quo ſi corpus nimiopere perfumarint dentes brevi liveſcunt, (ubi alias genuina Mercurii proprietas eſt, faucium, oriſque poros & gingivas &c. à pituita purgare:) & tandem oſſa tam friabilia redduntur, ut facillimè diffringantur, ſicuti apud *Schenckium*, *Hildanum* & alios videre eſt, ubi prius nodis & tophis corpus defœdavit, & articulos gypſeis tuberculis, coagulativâ ſuâ vi lymphæ adverſarius, ac oſſa doloribus, intolerabili teredine excruciavit, ſpiculatiſſimo ac acriori acido inſtructus Mercurius.

Cumque ideò tantas Mercurius excitet tragædias corroſivâ ſuâ volatilitate acidâ, & in prima ſua hæc ſecretus; admodum inconſideratè illos dico procedere, qui ſalibus rudioribus acidis correctio-

nem

nem inſtituunt, ac ita plus acuunt, inprimis tot heterogeneorum ſalium affuſione.

Eo verò laborent, ut volatilem hunc hoſtem ligent & figant, ſuumque internum ſulfur cum *Helmonte* extravertant, quamdiu enim revificari Mercurius poteſt, non eſſe viri boni remedium *Helmonti* hinc lubentiſſimè largimur: ac experientiſſimus *Thomſon* epilogiſmi chymici p. 67. hoc innuere videtur ubi inquit: Mercurius vulgaris utcunque in formâ pulveris albi, citrini, rubei, olei, reſinæ, aquæ multifariam larvetur, nunquam tamen ſtatui debet remedium luis venereæ innoxium vel alexipharmacum appropriatum: niſi abſque ullo ſalium externorum ſodalitio figatur, fiatque planè diaphoreticus.

Luculentiſſimum hinc manifeſtumque fit, quam ineptè, quam perversè Mercurii præparationes hactenus in Pharmacopoliis inſtitutæ fuerint, & quam inconſideratè ab emunctioribus etiam Medicis ſæpius præſcripta ſint, *Mercurius dulcis*, & ſimilia malè præparata Mercurialia.

Et veriſſimum eſt Chymicorum plerorumque ignorantiam, tot perverſis præparationum modis, viam ſtruxiſſe; ipſos enim, quid corrigere debebant, latebat. Modo conſideres, & *percurre præparationum farraginem, quas Schröderus corraſit*, vix unicam, credo nullam invenies, quæ juxta legitimam normam, ſuam ſubit perfectionem, undè non mirum tantas ſæpiſſimè tragœdias, perversè elaboratis Mercurialibus excitari, *omnes namque iſtæ præparārationes externum ſaltem ſulfur attingunt*, ac internum, quod juxta monitum *Helmontis* extravertere debuiſſent, additis ſalibus heterogeneis acidis firmius occludunt. Percurremus verò breviſſimè, principaliores eorum Mercurii elaborationes, ubi ante omnia heterogeneitatum & *impuritatum ſeparationem, mediante corio inſtituunt*, aliquotiès per hoc exprimendo, *tunc per ſpir. vini, vel acetum ſimpl vel cum ſale mixtum, tam diu conquaſſando & lavando*, donec iſti liquores non amplius nigreſcant, atque tum ſufficienter à ſordibus liberatum eſſe credunt.

MERCU-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

rationis.

Hic vides boni viri intentionem, dum corroſiva ſalium *ſpicula mediante ſpir. vini cicurare intendit*, non perpendens externum Mercurii ſulfur eſſe, quod corroſivo ſuo acido tantas inducat tragœdias, ſicuti probat hoc Mercurii ſaltem adhuc vivi, nimia inunctio, cui nullum acceſſit acidum: quovis igitur modo correctionem & dulcificationem inſtituas, ſemper erit idem Mercurius, externo ſuo ſulfure nocivus, niſi in ulceribus putredinoſis à debili acido tales, ubi ſuperfluam, hic pulvis, abſumit, & excreſcentem carnem, & debilitatum excitat, etſi non corrigit acidum.

Hoc alii ſubolentes, paulò aliter rem ſunt aggreſſi, nimirum *per metalla corroſiva Mercurii ſpicula hebetare*, vel incarcerare allaborarunt, forſan ab *Helmonte* docti, qui ente Veneris, externum ejus ſulfur invertere præcipit: ſed admodum ruditer illi proceſſerunt, nec aliis conſideratiores, dum hoc inſiſtunt correctionis modo. v. g.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

Recipiunt *Mercurii optimè purgati* ℥iij. ſolvunt *in aqua fortis* ℥vj. huic ſolutioni jungunt *cupri purificati* ℥j. itidem in ℥ij. *aquæfortis ſoluti*, miſtura peractâ, ex retorta deſtillando, *aquam fortem abſtrahunt*, urgendo ſub finem vehementius ignem, quo maxima ſpirituum corroſivorum tollatur pars, remanentem maſſam terunt, & cum aceto in cineribus per dies 6. digeſta, ultimò ebulliunt, quo potiſſima Mercurii pars aceto ſolvatur, ſolutionem verò decantant, filtrant, & leni igne ad ſiccitatem deſtillant, ac cum ſpir. vini aliquoties, vel aquâ præcipitatum viridem edulcorant.

Hunc pulverem *maximè extollunt in Lue venerea, inprimis Gonorrhœa, cum conſerva roſarum primo & ſecundo die* a. gr. v ad viij. *poſtea vero aucta doſi* ad ℈ß. ſcil. *etiam cum extracto catholico, vel panchymagogo*, exhibitum.

Notari verò volunt, quod, etſi materiam peccantem per urinam expellat, & hac ratione augere Gonorrhœam videatur, nullum

tamen

tamen terrorem capere debeant juniores practici, cum ſe natura hoc modo à malo liberet.

Sed quod mala patrare debeamus, ut inde eveniant bona, nullibi ſcriptum legimus: Retrogrado quidem vel inverſo ordine hic præcipitatus viridis agit, dum cauſticorum more *putridum deſtruit gonorrhϾ liquamen*, quod tum natura exturbat, at nî caute procedatur & doſis ratione corruptæ materiæ juſtè commenſuretur, pejora ſanè inducuntur mala. In omni igitur Mercurii applicatione, *ne quid nimis*, obſervandum.

## AURUM VITÆ.

Non abſimilis videtur huic jam dicto præcipitato, ille, quem vocant *aurum vitæ*, quod paratur hoc modo, v. g.

Recipe *auri* ℨj, *raſpato vel lamellulato* tenuiſſimè, adde *Mercurii probè purgati* ℥j. miſce in tigillo calido, ut *fiat amalgama*, tum frigidæ infunde, & per corium maſſam exprime, *amalgama* in corio remanens *cum aceto & ſale probè ablue*, donec non amplius nigreſcat acetum, hoc pondera, & ſi ejus non ſint drachmæ octo, *plus adde Mercurii*, donec octo habeat drachmas integra maſſa, unam auri, & ſeptem Mercurii ſcil. partes; *cucurbitulæ inditæ maſſæ, duas aquæ fortis, ſuperfunde uncias*, ac alembico ſuperimpoſito ex arena deſtilla, hocque repete quinquies, & deveniet pulvis ruber, quem in patella terrea clauſa, ulterius calcina, & rubicundior fit præcipitatus, ſæpius aquis cordialibus (melius ſpiritu vini,) abluendus.

Doſis eſt à gr. j. ad ij. *in morbo Gallico, Lepra, Cancro, fiſtulis interne & externè.*

## AZOTH HESLINGII.

Multò operoſiori methodo ſuum *Azoth* elaboravit *Elias Johannes Hesling*, quod nil fuit aliud quam Mercurius præcipitatus cum Auro & Luna, ſed quid effecit hoc ſuo decantato Azoth? funeſta credulis intulit mala.

Et nî *Curioſus Nobilis de Mülinen*, *Helvetus Bernenſis*, (à quo, nunc beato, communicatam obtinui ejus præparationem, quam

ipſe, ab *Heslingio* pro centum Imperialibus edoctus, proſequutus fuerat) ejus indulſiſſet uſui, (ſæpè enim ſternutatorii loco naribus attrahebat:) aliàs ſcorbuticâ diſpoſitione notatus, non, credo, gangræna in pede prehenſus, occubuiſſet.

Sed ecce laborioſam ejus confectionem.

Primo recipe *Mercurii Hiſpanici* ℔ iij. *purificato* probè *cum ſpiritu vini, vel aceto ſale marino ſaturato*, tam diu lavando, & conquaſſando, donec nulla amplius nigredine liquorem inficiat, tum *per corium cervinum, aut hircinum exprime*, ac in cucurbita ſuperfluam abſtrahe humiditatem, quod notes, ſi in alembicum ipſe aſcendit, quod peracto per corium denique exprime purgatum ab adhærentibus Mercurium ſordibus.

Tunc *recipe limaturæ chalybis puriſſimæ* ℔ ß. *Mercurii purgati* ℥vj. hunc tigillo immitte, & igni appone, ac cum fumum emittere incipit, *limaturam chalybis ſenſim immiſce*, ſpatulâ ligneâ, & ſi aſcendere Mercurium fumantem obſervas, remove ab igne tigillum; maſſam vel amalgama mortario lapideo infunde, & piſtillo lapideo optimè tere, per dimidiam vel quartam horæ partem. Si tum multum adhuc reſtet Mercurii currentis, cum limatura Martis haud combinati, ut prius procede, Mercurium nimirum calefaciendo, ac limaturam de novo admiſcendo, in mortario triturando, & hoc ſi exigit neceſſitas, reiterando donec omnis Mercurius cum Marte in amalgama coeat. Si verò paulum adhuc reſtet, non opus eſt repetita amalgamatione, quia ſi reliqua accedunt metalla, eis facile adhæret.

Hoc facto recipe item *limaturæ Veneris* ℔ ß. *Mercurii purificati* ℥vj. miſce & omni ex parte, ut jam de Marte edoctum, procede, & ultimo Martis amalgamati adde.

Poſtea item ſume *Stanni Anglici* ℔ ß. *minutim inciſo vel raſpato adde* ut in ſuperioribus *Mercurii purificati* ℥vj. hoc vero amalgama optime trituratum ſeorſim ſerva in vitro.

Tum ex *Saturni* etiam ℔ ß. *cum Mercurii* ℥vj. *factum amalgama*, adde ſtanno ſeorſim aſſervato, ac cum invicem ſteterint per quatuor dies, adde prioribus, & omnia amalgamata commiſce, &

optimè

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell
paperback books too?

To buy our entire catalog
in paperback would cost
over $4,000,000

Access it all now for
$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*Elapſis his centum diebus*, calorem paulisper auctiorem adde, *per centum alios dies*, ſemper tamen obſervato ſingulis octo diebus tritu.

*Poſtea arenæ impone*, & calorem, moderatum tamen, *per centum & quinquaginta dies continua*, ubi maſſa creſcere incipit cypreſſi ad inſtar, *tunc exime & de novo triturando commiſce*, & in priſtinam amalgamitis formam abit, tenaciorem tamen, quam rurſus ſuæ cucurbitulæ inditam, ut prius, foveto igne, ſingulis ut prius octo diebus terendo, donec tandem igne aucto in pulverem fuſci coloris convertatur, qui cum inter terendum elevetur in atomos, paratus eſt, à quo ter vel quater ſpiritus vini rectificatiſſimus avocandus, & ſi ultimò, & parato pulvere quid argenti vivi reſtet, ſeparandum, & pulvis probè aſſervandus.

En tædioſam præparationem pro acquirendo præcipitato inſtitutam, quem dictus *Hesling* pro univerſali venditabat Medicina, ſed quam arroganter & perverſe, multa docent exempla infauſtæ exhibitionis, hæc enim falſa univerſalis Medicina ſaltem *Doſi unici grani propinata, horrendos, præſtabat effectus*, ſcil. *per vomitum, ſedes, ſudores* &c. ut hominem non ferendo ſufficientem judicaſſes. Bona ſanè univerſalis Medicina, univerſaliter omnia deſtruens & liquefaciens! Præprimis quando per compendium ejus præparatio inſtituitur qualis erat *Heslingii* mos, qui, cùm tempus non ſufficeret, auctionem ſui Azoth inſtituebat, hoc modo:

*Recipiebat pulveris Azoth* ℥iij.
*Mercurii ſuo modo Philoſophicè*
*parati* ℥viiij.

factâ mixtura ſive amalgamatione ut in ſuperioribus factum, calori apponebat per quinquaginta dies, vel ſupra fornacem, vel cineribus calidis, ſingulis octo diebus triturando, & commiſcendo.

Poſtea arenæ imponebat, & ſingulis octo diebus ignem augebat, donec in pulverem omnia verſa erant.

## MERCURIUS DIAPHORETICUS CARDILUCII.

Non melioris farinæ ſunt aliorum præcipitationes, pro acquirendo

rendo *Mercurio diaphoretico* inſtitutæ, qui etſi in concitanda ſalivatione, ſæpius etiam per ſudores, ſuum præſtet effectum, attamen tutus non eſt, quia ſuo ſaltem externo ſulfure nequam, id peragint. Inter hos maximè deprædicat ſuum præparandi modum *Cl. Cardilucius*, qui hic eſt, & priori non multum diſſimilis ratione ingredientium, v. g.

℞. *Auri finiſſimi partes duas.*
*argenti cupellati partem unam.*

Ducantur in folia tenuiſſima, quorum recipe partem unam *Mercurii vivi puriſſimi* partes tres, *fiat amalgama*, hoc per quam optimè tere in mortariolo agatino, quo in minimos atomos metalla diſcerpantur, & impuritates quas continent elui queant: *trituratione ſufficienti peractâ aquam affunde & tere*, quæ ſi impura, decantetur, & recens affundatur, hocque repetatur tam diu donec amalgama ſit ſatis clarum & purum; Hoc per corium exprime, *ita tamen ut maſſa Mercurii ſufficientem copiam ſervet, & liquidior ſit, tum cucurbitulæ immitte*, & leviter ſaltem clauſam arenæ impone, & ab initio leniorem, poſtea verò auctiorem adhibe calorem, *donec cypreſſi inſtar creſcat*, & tandem in rubicundum vertatur pulverem, obſervando tamen ut ſæpius eximatur & commiſceatur ſeparatus à maſſa Mercurius.

Hunc præcipitatum pro *Panacæa* dictus *Cl. Cardilucius* deprædicat, cum *per ſalivationem, ſæpius etiam inſenſibiliter, inſignes præſtet effectus in Lue Venerea, Catarrhis contumacioribus, Hæmicraniis, Epilepſia* & ſimilibus gravioribus ac tenacioribus morbis. Doſi gran. ij. ad v. & ultra cum mica panis in pillulas redactus & propinatus aliquoties.

## PANACEA ROHTMALERI.

Quos non ſparſit rumores de ſua *Panacæa* Rohtmaler / qui *cum Saturni minera Mercurium combinavit*, tritu per octo dies & ultra continuato, tunc *calore ſucceſſivo præcipitato*. Hac ſuâ *Panacæa* Podagram curare volens; Generali cuidam tunc Wormatiæ commoranti,

fuſtibus

§. 110. *Sulfur, Salarmoniacum, Mercurius, multoties permiſta ſublimataque*, pulverem ſub rubrum fixum reddunt diaphoreticum tutiſſimum: hoc verò ita inſtituitur, v. g.

℞. *Sulfuris optimi* ℥iiij. liquefiat ſenſim in vaſe vitreato, cu immiſce *Mercurii benè purgati* ℥ij. probè commiſtam maſſam refrigeratam pulveriſa ſubtiliſſimè, & adde *ſalis armoniaci* ſubtiliſſimè pulveriſati ℥j. ac phiolæ inditam, *arenæ impone*, capitello leviter impoſito, & primis tribus horis moderatum adhibe ignem, poſtea eum auge, ad ſex horas, ut ultimo capellæ fundus candeat, tum ceſſa, & refrigeratis omnibus, *majorem partem ſublimatam invenies*, cum quadam remanentiâ in fundo, quam fracto vitro exime, & *ſublimati immiſce*, & *ut prius procede*, hocque tamdiu reitera, donec in fundo remaneat omnis maſſa in pulverem ſub rubicundum converſa, flores verò qui in ultimâ ſublimatione aſcenderunt, abjiciendi.

Doſis eſt à gr. iij. ad x. corpore prius purgato, *inque lue gallicâ, elephantiaſi, catharrhis*, non contemnendum diaphoreticum, exhibet.

Longè verò adhuc abeſt, donec hi Mercurii Diaphoretici, perfectionem & vires *Helmontiani Diaphoretici* exæquent, de quo ille deprædicat, quod ſit Medicina quæ Medicum nobilitet, quippe *quæ omnem ſanet febrem unicâ potione, Hecticam intra Lunæ curſum, Luem veneream, Hydropem, Aſthma* & *quemcunque morbum chronicum*, item *lupum, carcinoma*, & *quodlibet æſthiomenum, cacoethes ulcus*, ſive externum ſive internum, compleatque ſolus medentum deſideria tam in Phyſicis quam Chirurgicis affectibus. Hanc verò

pre

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

omnia coagulata, quo reſpectu tollit omnem morbum occaſionaliter, materialiter & enormonticè excrementis quibuscunque tributum.

Huc adeſte artifices! Huc intendite nervum! & *ens Veneris quærite per Sal Armoniacum, & ejus volatile acidum*, non per vitrioli, aut alium heterogeneitatibus vel ruditatibus onuſtum ſpiritum ſalinum; & habebitis verum Mercurii Diaphoretici fabricandi Inſtrumentum, qui uberiorem fructum & laudem comparabit, quam ſi vilioribus inſiſtendo, non tempus ſolum & pecuniam, ſed & exiſtimationem veſtram, cum ægrorum ſalute perdatis.

## MERCURIUS SUBLIMATUS.

Jam ad alteram Mercurii præparandi partem, ſublimationem nimirum, ubi particulæ mercuriales ſulfuris, externi, mediantibus ſalinis acuuntur, ut venenoſam planè induant naturam. Hæc verò præparatio cum infinitarum rerum, ac medicaminum ab artificibus ad diverſos ſcopos elaboratorum, baſis ſit, eam primò circumſcribemus: *ſublimatur* vero *argentum vivum* hac proportione, v. g.

Recipe *Mercurii ſeu argenti vivi libras* 280. *Mercurii ſublimati libras* 20. *ſalis communis, Nitri* ana. ℔. 200. *capitis mortui reſervati* libras 50. *vitrioli rubificati* libras 400. Omnia ſeparatim redigantur in pulverem, ſub lapide molari qui calcat: tum mixtura fiat hoc modo:

*Mercurius* vivus, & *ſublimatus, portioque ſalis communis & Nitri primò miſceantur*, & quamvis ſalia arefacta ſint: tamen ab hâc mixtura madeſcunt: ſic Mercurius, miſcendo cum dictis ſpeciebus moritur, tunc adde reliquam ſalium partem, perge miſcere ligone ferreo, donec Mercurius nullibi vivus appareat: tunc mixtura eſt humidiſſima, cui ſi addere velles vitriolum rubificatum, abſumeret humidum in momento, quia eſt valdè aridum, ac ſaxi indueret naturam:

*Oportet*

pars ſit vacua, hæc *locentur in capella cinerum*, non verò in aperto igne, in quatuor furnellis, quorum quilibet contineat 4. vaſa; vaſibus appone alembica negligenter ſaltem cum ſuis receptaculis. Ignis per 24. horas ſit lentus, in quo tempore ſalia diſſolvunt Mercurium, *ſpiratque in illa actione odorem aquæ fortis, pulmoni nocivum, qui inſpirantem ferè ſuffocat.* Poſt horas 24. odor perit, & *tunc ſublimari incipit Mercurius*, ac tum illo calore perſevera, donec Mercurium in forma placentæ, à ſuo capite mortuo ſeparatum in ſummo videas, quod fit plerumque quinto die ſi benè fueris operatus.

*Aquam fortem egreſſam ſeorſim ſerva.*

Frigefactis omnibus, propter grave pondus ſublimati, ſponte crepant vaſa vitrea: (fragmenta ſeparatim collige, habent enim aliquid ſublimati, quod abrade, quo cum alia vice Mercurius currens mortificari debet,) *cave cinerem, ne per rimas decidat, ſupra placentas*, quas curioſè ambabus manibus prehenſas, ſepone, quarum quælibet pendebit circiter libras 25. plus minus, juxta capacitatem vaſis, quod plus vel minus de mixtura capiebat: ita ex 280. libris Mercurii vivi & 20. ſublimati, colliges ſublimati ter centum & octoginta: ac crevit in pondere Mercurius vivus 80. libris.

Hic jam *monent Zvvelfferus* & alii, *ut ſublimatio bis vel ter reiteretur novis ſpeciebus ſale ſcil. & vitriolo*: ſed rejicit hoc *Tackenius* tanquam inutile, quia Mercurius ſemel acido ſalino ſaturatus, tantum abſorpſerit, quantum ſufficeret, & indigeret: & licet deinde centies ſublimetur, aut per ſe aut novis ſpeciebus, ſemper tamen maneat idem Mercurius ſublimatus: adeò ut reiterare laborem, ſit tempus & ſpecies inutiliter perdere.

Ulterius hic *Cl. Frid. Hoffmannus* hujus eſt opinionis, nimirum Mercurium, ſolùm, cum ſale & vitriolo, abſque nitro vel aqua forti

paratum, minus corroſivum exiſtere & hinc ad medicinam plus conducibilem. Sed cautelam hanc eſſe ſuperfluam *Tackenius habet*, cum Mercurius à nitro nil acquirat ponderis, ſicut facit cum ſale & vitriolo ſublimatus, ſublimetur enim, inquit, idem Mercurius eadem proportione nitri & vitrioli rubificati abſque ſale communi, ac aſcendit Mercurius rubeus, qui nil neque ponderis neque corroſivi acquiſivit.

Hinc crederem ego, hunc cum *intermediato nitro ut ſupra edoctum, ratione ſpiritus nitri volatilis, qui acre Mercurii externum ſulfur mitigat, minus exiſtere venenoſum ſive malignum, quam qui cum ſolo ſale & vitriolo ſublimatus exiſtit*, etſi nullus malignitate careat, adeò ut litem hunc inutilem planè duxerim; quacunque enim ſublimes ſalium proportione, ſemper manet idem Mercurius nequam, niſi aut volatilitate aut fixitate differentem velis. *Si tamen cryſtallinum* magis expetas, *Recipe Mercurii vivi* ℔ ß. *vitrioli quodammodo rubificati, ſalis communis fuſi* ana. ℔ j. mſ. optimè *cum aqua forti impaſta*, & ſublima ter, & fiet cryſtallinus.

## MERCURIUS DULCIS.

Ex hoc jam ſublimato Mercurio multa & varia ſæpius nociva medicamina ortum ducunt, inter quæ primum locum tenet *Dulcis Mercurius*, ſi non ritè vel paratus vel exhibitus ſit. Si vero legitimè quis paratum velit, hunc Mercurium dulcem, hanc ſequatur methodum, v. g.

℞. *Mercurii ſublimati legitimo modo* ℔ ß. *Mercurii vivi purgati item* ℔ ß. plus vel minus, exacta enim Mercurii vivi quantitas hic determinari nequit, quia *ſublimatus tantum capit Mercurii vivi, quantum poteſt*: miſce exactiſſimè, diutius terendo in mortario lapideo, *cum piſtillo ligneo*, donec nullus Mercurius vivus magis velit ſorberi à ſublimato, quem remove. Si quid ejus ſuperſit, ac tum ſemel adhuc probè tere donec omnia exactè mixta ſentias.

Hanc mixturam *cucurbitæ vitreæ immitte*, leviter ſaltem appoſito capitello, ut fuligines exhalere queant, tum *arenæ impone*, & deſtillationem inſtitue, primis 6. horis leni igne, poſtea cum ſublimari

incipit

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ad granum unum ſine periculo exhiberi poteſt; inde eſt, in ſublimato ſimplici corroſivi ſpiritus plus ſunt concentrati, c in dulci, utpote qui ad primam ſuam formam propius accedit plus verè virium continet, quam currens ipſe, qui æquè verme ſit, & ſalivationem inunctus ſaltem excitat, ac dulcificatus curius.

Ex hoc fundamento ſuum *Antiquartium paravit Riverius Mercurium ſublimatum cum Mercurio vivo* conjunctum ſ. q. ut notatum, *duodecim vicibus ſublimationem reiteravit*, ac tum ad p quatuor Mercurii duodecies ſublimati, & dulcificati, partem u *Mercurii vitæ tamdiu calcinati*, donec nullum amplius vom ciat, addidit.

De hoc ſuo Antiquartio mirum quantum rumores fecit. *verius* in ſuis obſervationibus, quas vide.

*A Mercurio dulci haud longe abeſt pro ductum* illud, quod *ex curio ſublimato & Antimonio*, eruitur, ac

## CINNABARIS ANTIMONII

vocatur, Hæc ut ritè & ex arte fiat ſequentem, in modum p datur. v. g.

℞. ☿. *ſublimati*, propria manu parati, vel non adultera *Antimonii pulcherrimi* ℥iiij. *præſtat verò minori Doſi, quam majo elaborationem inſtituere.* Singula ſeorſim in mortario lapideo tiliſſimè pulv. probe miſceantur. Vitetur tamen fumus inde exci

Poſtquam commixta omnia ſunt, retortæ vitreæ immitt hæc verò arenæ imponatur.

*Retorta verò ſit prædita collo ſat longo & largo*, ne hoc à cop nabaris facilè obſtruatur & confringatur, ita etiam collocetur ta, ut penè fundum capellæ attingat; quoniam ultimo, ig tenſo opus eſt.

Tum ignem primò adhibe lenem, ut ſaltem maceratio perficiatur; *poſtea verò augeatur ignis ut capella ex parte candeſca*

prodit liquor albedine conſpicuus, cui ſuccedit butyrum maximè limpidum, quod alio recipulo excipiendum.

Ab initio luto jungantur recipiens & retorta, ne fumus acidus & acris laboranti noxam inferat.

Hic verò ignis gradus continuetur, donec liquor luteus egredi incipit, tum fortificetur ignis, & ſi nullæ amplius guttæ decidunt, recipulum auferatur, & retortæ foramen ſive collum ſaltem charta convoluta obturetur, vehementiorque gradus ignis adhibeatur, ut materia in retorta fluat, & liqueſcat, *niſi enim retortæ fundum candere obſervas, nil aſcendit cinnabaris.*

Ab initio verò dum butyrum aſcendit, caveto ne ignem intendas, *ſi enim butyrum citatius exeat*, ita ut gutta guttam trudat, *& retortæ collum variegato colore*, flavo, viridi, rubro &c. *pingitur, ſignum eſt caloris nimis fortis*, hinc ignis debilitetur, ne deſtruatur cinnabaris productio: Liquore verò luteo prodeunte tempus eſt ut ignis augeatur.

Operatio intra 12. horas peragitur vel & citius pro majori vel minori ingredientium copia.

*Finito opere, retortâ fractâ, colligatur Cinnabaris Aqua aliquoties abluenda, poſtmodum ſiccanda, pulveriſanda & ad uſum aſſervanda.*

Dantur artifices qui reiteratis ſublimationibus hanc cinnabarim rectificare intendunt, ſed contrarium ſtatuit *Cl.* WEDELIUS qui rectificatione hâc cinnabarim comburi & deteriorari aſſerit.

Si tamen quis rectificationem urgeat, ea inſtituenda in crucibulo, deſuper applicato crucibulo alio loco aludelis.

Si ex ☿ii *ſublimati* part. ij. & ♁ *crudi* part. j. hunc proceſſum inſtituis, *& opere finito, remanentiæ novum* ☿ *ſublimatum addis*, & mixta deſtillas, majori copia cinnabarim acquires; ubi verò ingredientia æqualibus partibus miſcueris, plus habebis butyri &c.

*Si loco* ♁ii *Crudi, Regulus ejus miſcetur cum* ☿io *& quidem metallis nobilioribus fortificatus emergentia indè erunt nobiliora prout ſequens te docet encheyreſis* v. g.

Recipe *Reguli Antimonii martiati* ℔. j. huic in tigillo fuſo adde

*auri*

*enæ impone retortam*, recipiente adhibito, & ignem aq-
iorem, poſtea fortiorem, & *prodibit craſſus liquor*, qui
collum occludat, carbone admoto candente, ſolvatur
ore omni egreſſo ignem auge, & *ſublimabitur in collum*
*ſſa, cinnabaris antimonii vocata.*
efrigeratis omnibus exime, & ſubtiliſſimè tere in por-
ucurbitulæ immitte, alembico leviter ſaltem impoſito,
odecim horis forti igne in arena, donec fixus in fundo
is, uſui aſſervandus, quem pro lubitu iterare laborem
ec ſufficienter fixatum ſentias.
lvis ſive cinnabaris *de ſulfure antimonii*, *Martis*, *Mercu-*
*enti*, ortum trahens, *Diaphoreticum non contemnendum*

ipe *liquorem*, ſive ut vocant, *butyrum Antimonii & Mer-*
*ti*, *& aëri expone ut liqueſcat*, quod tum *per retortulam*
*r cohobando rectifica.* De hoc *recipe parum* vel quantum
*e aquæ copiam*, ac ſubitò *albiſſimus pulvus fundum petit*, à
acidulatam decanta, & recentem affunde, ac edulcora
exſiccatum *Mercurium vitæ*, *& ſerva*: Cujus grana 2.
noctem vino infuſa, & mane propinata, *addita aquâ ci-*
mitus & ſedes ciet: ſemper verò debet exhiberi in in-
iam in ſubſtantia, ne in ventriculo diutius commorando
ſin excitet, pulvis à ſuo pondere nil perdit nec etiam
c exſiccatus rurſus, ſæpius vinum inficere poterit.

## ORRECTIO MERCURII VITÆ.

im adeo incorrectus hic Mercurius vitæ, nimium violen-
ones ſuas perficiat, *Angelus Sala* ſequenti modo corrigit,
lo eum immittit & lento igne calcinat, donec nullum fu-
mum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

maneat. *Fixum hunc Mercurium ſublimatum*, per horam unam aut alteram *leviter reverbera*, dein terito, & *ſpiritum vini rectificatiſſimum ſæpius ſemper novum affunde*, quem multoties à Mercurio ſepara, donec in olei formam abire videas, quod erit fixum & dulce.

*In lue Venerea, Cancro, fiſtulis,* & *omnibus inveteratis, & malignis ulceribus*, magni uſus.

Antequam in oleum redigitur hic Mercurius, dicitur illi *Calcinatum magnum Paracelſi* in excreſcentiis carnoſis & ulceribus ſordidis inſignis efficaciæ. In hoc enim, ope ſpiritus Nitri volatilis, particulæ acriores ita cicuratæ ſunt, & repetitis ſpiritus vini rectificati abſtractionibus ita dulcificatæ accedentes corroſivæ particulæ, ut tutius multò, externè applicari poſſint, quam omnes alii vilioris ſortis præcipitati.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ex SUBLIMATO.

Nec hic *ex ſublimato præcipitatus pulvis*, contemnendæ eſt energiæ, in dictis exterioribus malis, qui ita fit, v. g.

℞. *Mercurii ſublimati* ℥iiij.

*ſolve cum* ſ. q. *aquæ moderato calore in arena*, hoc facto, *ſequens inſperge lixivium*, & præcipitabitur ad fundum rubicundus pulvis Lixivium hoc eſt.

℞. *Calcis vivæ*. ℔ j.
*Tartari calcinati* ℥iiij.

calcinentur probe in furno figulino ac tum *ex calcinato fac lixivium* quod per ſubſidentiam & filtrationem coletur & clarificetur: de hoc, ut dictum, *ſolutioni Mercuriali inſperge, & primo cadit pulvis ruber*, à quo aquam ſeparata, & de novo lixivium inſperge, *& alius cadet pulvis non adeo rubicundus*, quem item ſeorſim collige, & *ſi tertia vice aquæ ſeparatæ de lixivio inſpergas, cadit tertius pulvis flavi coloris.*

Id quod primò cadit de ſublimato acrius eſt, reliqua mitiora. *Uſus inſignis eſt in carne ſuperflua, ulceribus putridis* & *ſimilibus ex fundamento purificandis*, cum Emplaſtris vel linimentis adhibitorum.

BEZO-

# BEZOARDICUM MINERALE.

Si ulterius hic pauca addimus de *Minerali* ut vocant *Bezoardico*, quod, corroſivâ ſecretâ Mercurii vi, *in butyro antimonii, ope ſpir. Nitri* fractâ poſt pugnam omnem exuit ferè malignitatem, & fit temperatum ac blandum ex toxico medicamen.

Hoc nonnulli cum Antimonio Diaphoretico convenire, nec ab eo realiter differre, volunt. Sed magnum ego concipio diſcrimen; inter id quod ſpiritu volati omni heterogeneitate ſpoliato, quam quod ipſo Nitro multis terreſtreitatibus alcalinis combinato correctionem ſubiit.

Fabricatio hæc eſt:

Recipe *butyri Antimonii* q. l. cucurbitulæ vitreæ immiſſo, *affunde ſpir. Nitri rectificatiſſimum, volatilem guttatim*, donec butyrum ſit ſolutum, & *nulla amplius efferveſcentia ſentiatur.* Tunc *in arena abſtrahatur humiditas ad ſiccitatem*, & remanentiam pulveris albi, fixi, ſine ulteriori & calcinatione, & dulcificatione ſat correcti: primâ enim vice tantum ſorbet acidi convenientis, Mercurius ſolutus, quantum pro ſua ſaturatione & correctione indiget.

Subolemus hic Mercurii occultam actionem, qui cum acri volatilitate acidaque polleat, accedens ſibi aſſociat ſimile acidum volatile, & cum eo ſaturatur & figitur, ut tum ex eo ſalutare medicamen efficiatur, ſicuti hoc ita fit *in Diaphoretico Paracelſi*, ubi ſubtiliſſimis acidi ſpiculis internum ſulfur extravertitur, externum verò ſuturatur ne nocere queat: cum aliâs Mercuriales & volatiles particulæ ſeparatæ, in corpore ſibi ſimilia liquant ſubtiliſſima acidi ſpicula, & ſpiritus vitales deſtruunt, & ita viribus orbatum relinquunt ſanguinem, maximorum morborum, arthritidis, contracturarum &c. cauſam, in ſubtiliſſimis etenim acidi dulcificatis ſpiculis, ſpiritus vitalis Eſſentia conſiſtit, & totius Naturæ robur, quæ ſi quovis modô vel deſtruantur vel figantur, vel cruditatibus ſupprimantur, Archeum turbant.

Hæc eſt principalis Mercurii Hiſtoria, ratione energiæ ad medicinam applicandæ, conſiderata.

Reſtat ut *de metallica ejus indole* quid moneamus; in radice enim nil aliud eſſe quam metallum, *Paracelſus* habet, cum *Auro etenim Mercurium Diaphoreticum fuſum*, in *Aurum ſimul converti*, de morte rerum refert.

Sic & hoc demonſtrare videtur ſequens mechanica, ubi ſulfure crudiori metallico, particulæ Mercuriales ita ligantur, ut cum eis metallicam induant naturam.

## MERCURIUS COAGULATUS.

Opinantur quidem alii, *reductionem eſſe cupri*, quod in vitriolo contineatur, ſed quorſum Mercurius quem coagulatum & concretum tigillo immiſimus? En fabricationem.

℞. *Viridè æris pulv.*
*Salis comm. exſiccat.* ana. ℥vj.
*Mercurii vivi currentis* ℥iiij.

Solvatur primo Sal, poſtea *viride æris cum aqua ferrata fabrorum*, in quâ ferrum ſæpius extinctum, tum coquatur in cacabo ferreo, continuò ſpatula ferrea agitando, donec ebullire incipiat, ſed cave ne regurgitet: tunc *Mercurium vivum injice*, *perge coquendo donec Mercurius non amplius currat*, ſed ſpatulæ & fundo *malagmatis incraſſati ſubflavi inſtar* & inſpiſſati adhæreſcat: quod fit fere horæ dimidiæ ſpatio.

Tum *aquam rubram* (ſi enim ulterius coxeris, aqua & Mercurius nigreſcerent,) *per inclinationem ſepara*, & Mercurium impuritatibus commixtum, *mediante repetita aquæ frigidæ affuſione lava*, & à ſordibus ſepara, & in orbe ligneo pone, ac aëri expone ut indureſcat, eoque magis quo diutius in loco frigido aſſervatur.

Poſtea recipe hunc *induratum Mercurium*, & cum *radic. curcumæ flavæ*, & *tutiæ alexandrinæ* ana. p. æq. pulveriſatis fac. ſ. ſ. ſ. in tigillo, quem tunc probe lutatum & clauſum, ac ſiccatum, *igni impone*, *ab initio leni*, *poſtea per horam fortiori*, *inſtante folle*, *ut omnia liqueſcant*: tunc refrigeratis omnibus, invenies Mercurium in forma metalli aurei concretum, vario uſui inſervientem, externè in lamellulis, ulceribus, tumoribus &c. applicatum.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

per alembicum licet fœtens tranſierit, ac dein cum alcali debito modo circuletur: atque tandem in Elixir ſalis volatile tranſeat, quodammodo æmulatur vires & virtutes vini vitæ & eſſentiæ membrorum. *Siquidem Elixir iſtud rectificatum*, in *optimum ſpiritum vini*, omnem fœtorem emittit, reſumitque aliquid de geniali dote, ut difficiles chronicosque morbos ſaltem adimat.

Hæc eſt HELMONTIS noſtri de ſeparando ſulfure Electri mineralis, mechanica, ſed cum obſcura ſit, eam paulo manifeſtius declarabo.

## SULFUR CINABARIS NATIVÆ.

Teratur hoc ſubjectum quam ſubtiliſſimè, tunc *alcali per calcem vivam fortificatum adde*, & ambo in mortario per dimidiam horam probè terendo miſceantur, facto hoc, *aquam affunde*, *& filtra ſaltem*, ac *acetum filtraturæ inſperge*, ut *ſulfur fundum petat*, quod exſicca, erit flavi coloris, & flammam cœruleam emittens. Mercurialis verò pars in filtro remanet.

Jam *ſulfuri tuo oleum cinnamomi affunde*, ac in phiola coque, *donec oleum ſit tinctum ſatis*, hoc retortæ immiſſum, *abſtrahe*, donec leni igne nil olei clari exeat amplius, tum refrigeratis omnibus, habebis extractum rubicundi admodum coloris, ſanguinem concretum referens, hoc ſerva, oleum verò clarum rurſus novo affunde ſulfuri, & per 12. horas coque, ac tingetur iterato oleum, hoc priori in retortula contento extracto affunde, ac oleum iterum leni igne abſtrahe, quod clarum prodeat: hoc denuò ſulfuri affunde, & ut prius procede, ac priori in retorta extracto additum abſtrahe, leni igne, ac quando nil amplius exit, auge ignem pauliſper, ac egreditur primò flavum, poſtea rubrum oleum.

Hæc omnia *remanentiæ reaffunde*, *& cohoba ſæpius*, donec oleum tuum rubicundum admodum elevetur ut nec rubicundius prodire poſſit. Hoc Alcali quodam puriſſimo, quodammodo calidè commiſce, & aliquot horis exactiſſimè in porphyrite invicem tere, donec in formam mellis abeant: (*hoc verò obſerva ne nimium olei addas*, *quicquid enim cum oleo non miſcetur*, *nullam ſubit correctionem*:

*rem*: ) hoc facto, cucurbitulæ immitte, & leni igne aliquot ſepti-
nanis digere, ne oleum aſcendat vel ſeparetur, ſed leni ſaltem ca-
ore, in ſalinam vertantur maſſam, quæ tum fortiori igne acta, vo-
atile Sal fundit magnarum virtutum, cui maxima morborum co-
iors auſcultabit, quippe de eo *Helmont* prædicat, quod *Caducum*,
*Paralyſes*, *Apoplexiam*, *Vertigines*, *Atrophias*, *Hydropes*, & *immanes*
*lios defectus* annihilari viderit, ipſa naturâ ſtupente.)

Obſervamus hoc in crudiori hujus ſubjecti adhibitione, ubi in-
er alia D. D. *Michaelis ſpecificum Cephalicum*, id pro baſi habet; de
uo magna gloriantur: mediante videlicet quo, multa millia ægro-
antium reſtituta fuiſſe, *F. Hoffmannus* refert.

Nec ſolum internè, ſed & externè contra infinitos applicari
norbos, cinnabarim hanc, quippe *in Illuſtriſſima* quadam variolis
iborante ſpaſmaticâ, *externè carpis manuum impoſitam*, ſe optimi
ffectus expertum fuiſſe, dictus *F. Hoffmannus* porrò refert. Sicuti
t ſupra ab *Helmonte* edocemur, quod collo appenſa liberet quos
nmundus perſequitur ſpiritus.

Cum itaque tantas obtineat vires crudius ſaltem adhibitum
oc ſubjectum, quid non largietur virtutum, ſi ab heterogenei-
atibus liberatum, ac *in Elixir ſalis volatilis redactum fuerit?* Aliter qui-
em ſentit *F. Hoffmannus*, qui putat, non conſultum eſſe, ut in hoc
ıbjecto unita & conjuncta ſeparemus, cum nudo ſaltem aſpectu
el odoretenus, variè & mirè noſtrum alteret Archeum.

Moderni noſtri Practici *correctionem cinnabaris Nativæ mediante*
*ıblimatione* inſtituere ſolent ſequentem in modum.

℞. Lapidem, ſive *mineram Cinnabari Nativa refertam*, q. l.
ontundatur in fruſtula, atque crucibulo ſatis forti immitatur,
eſuper impoſitis 6. vel 8. aludelis, ſive ollis ſublimatoriis, jun-
urisque ubique luto probe obductis, adhibeatur ignis moderatus,
*t flamma infimum aludet attingat*, in fine tamen ſupremum ita ca-
lum ſit, ut manu tangi queat; *cæterum nil refert*, *etiamſi cruci-*
*ulum candeat*, in quo gradu etiam tribus horis, quatuorve per-
gendum,

do, eamque CREMOREM CINNABARIS NATIVÆ *appellant.* v. g.

℞. *Cinnabaris Nativæ* q. l. conteratur in pulverem tenuem, cui ad digitorum iij. eminentiam *affunde Aquam pluvialem*; coque in fictili vitreato, ita in ſuperficiem aquæ aſcendet flos tenuis, quem caute auferto, atque ſiccato, *acoholque vini deſuper deflagrato.*

Prædicatur ceu *ſpecificum aut Epilepticum*, cum *Raſura Ungulæ Alces* &c. exhibita Doſi gr. v. ad ℈ ß. Nec non in *Febribus malignis, variolis & Morbillis* contemnendi eſt uſus & effectus.

Principalis aliâs cinnabaris Nativæ ſpecies *Glaura Augurelli eſt*, Germanicè, Rothgülden Ertz: quanquam hæc *pro Marcaſita Solari* à multis habeatur, interim tamen non differunt niſi puritate, *Glaura enim pellucidè rubra eſt, cinnabaris verò*, & reliquæ auri Marcaſitæ, lapidi ſæpius permiſtæ, inveniuntur.

## DE BISMUTHO.

Facilè huc *Bismuthum* ſive *Marcaſitam* propriè ita vocatam referre poſſumus, quæ levem ſaltam ex Mercurio concretionem obtinuiſſe, indicat præter metallicam ejus formam, *levis in flores elevatio*, & *in aquam deſtillatio*, ſic & mediante aquâ forti ſolutio.

SENDIVOGIUS de hoc ſubjecto mira prædicat *in ſuo novo lumine Chymico*, ex quo menſtruum conficit univerſali haud multùm, uti credit, abſimile.

Recipe, inquit, *mineræ Marcaſitæ*, (ex hâc enim funditur, vel ſæpius etiam ſolidè concretum ita reperitur Bismuthum ſub malleo ductile, ℔. 9. *pulveriſatam mineram retortæ immitte*, ac *recipienti*

*magni*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Ergimus ad alterum *ſemimetallicum ſubjectum*, quod cum *Paracelſo* inter marcaſitarum cenſum referre non hæſito, duriorem erò ex Mercurio nactus eſt, quam priora, concretionem; unde ſæius præter *copioſum ſulfur embryonatum auri*, ipſum aurum puriſſiıum continet, ceu in cujus mineris perfectius reperitur, undè & ro variâ particularum diverſarum textura vel mixtura ſæpè ſulfur jus maximè variat.

Interea tamen *ſulfur ejus auro* quam ſimillimum eſt, ut in fuſione per Antimonium paret, ubi hoc *auro* etiam viliori, nobiliſſiıum *addit colorem*, adeò ut etiam plures Philoſophi ex hoc ſubjecto *Medicinam univerſalem* fabricare non dubitarint, quippè cui exınde, vario modo occultando, diverſi addiderunt encomia; *Vocaunt enim ſuum magnetem*, cum omnia metalla influxu attrahat ſibique annectat, quod & *Baſilius confirmat in tract. de Naturalib.* Meioratio, inquit, metallorum in ſtella ſignata, vel eorundem magnee reperitur, à quo omnia metalla virtutes receperunt &c. Ulteius variis in locis expreſsè ponit: Per Antimonium breviſſimo empore ſummam animalium & mineralium perfici poſſe Mediciıam: cui & *aſſentit Theophraſtus*, qui *omnia mineralium arcana* poentiſſima *in Antimonio concentrativè reperiri ſtatuit*.

Verum eſt, nec ſaniores negabunt, Antimonium inexhauſtum uppeditare Medicaminum magnorum fontem, in deſperatiſſimis æpè morbis, id quod obiter ſaltem indicant *vitri ejus & Reguli raliales energiæ*. Et *Sylvius* etiam, ex recentioribus non poſtremus, erè ſtatuit, quod, ſi aliqua repetiatur in rerum natura materia, ex quâ confici poſſit, Medicina univerſalis, morbos quosvis ab humoum vitiis pendentes, curans, illa revera ſit Antimonium.

Cum

Cum ergo tanta adſint rei teſtimonia, ulterioribus verbis, pro confirmando ejus encomio, non opus eſſe duxerim, ipſa jam conſideraturus Antimonii conſtitutiva, & exinde reſultantia diverſa Medicamina.

Conſtat Antimonium *ex ſulfure crudiori aureo*, *acido*, *acri* volatilitate prædito, & Alcali ſat copioſo; prius demonſtrant viroſi halitus quos perſentiſcunt artifices dum pulveriſatum fumigant ſtybium, ad conficiendum vitrum, unde *vertiginoſi*, *pneumonici* &c. deveniunt, quodque ſi ſtomachum vellicet, eum *ad vomitum* laceſſat. Alterum vitrificario docet, quod absque Alcali fabricari minimè poſſet; Sic *per Alcalia* analyſin ſubiens, pro multo ſulfure *Sal præbet*.

Percurremus ſingula, & præparationum fundamenta cum effectu inde reſultante ruſpabimur.

## CALCINATIO ANTIMONII.

Primo loco *calcinatio occurrit*; in hac crudiora ſpicula acida ſenſim avolant, reliqua verò cum alcalinis concentrata & eis fortius implicata, fortiori igne in vitrum abeunt: quæ tum duriori vitri texturæ agglomerata radiales ſaltem edunt effectus absque & ponderis & virium deperditione. Fabricanti modus hic eſt.

*Pulveriſetur Antimonium ſubtiliſſimè*, ponatur *in olla terrea lata ſupra lentum ignem*, ſemper *ſpatula lignea* id movendo, donec fiat coloris cinerei, alias *ſi* ob quietem conglomeretur & *liqueſcat*, *iterum pulveriſetur*, & ut prius calcinetur, ſpatula ſemper lignea agitando, donec Antimonii pulvis fiat cineritii coloris, & crudiores ſulfuris particulæ exhalarint. Hunc ita calcinatum pulverem *in tigillo absque mora funde*, aliàs ſi longè pòſt calcinationem reponatur, attrahit ex aëre acidum quod tum liquefactionem impedit.

*Si* verò *vitrum adhuc opacum nimis ſit*, reiteranda eſt calcinatio & fuſio, *donec* pellucidum & *hyacinthinum* acquirat colorem.

*Sereno* tamen *cœlo inſtituendum* eſt hoc opus, quia tunc aër purioribus acidi ſpiculis imprægnatum exiſtit, quam nubiloſo vel pluvioſo tempore.

*Si ferrum* vel ferreum ſaltem continens, in opere *accedat*, *in ſcorias vitrum abit.*

Et ſi vitrum in tigillo ad perſpicuitatem reduci nequeat, *injiciatur aliquid ſulfuris citrini*, hoc acidum, quod pelluciditatem remoratur, extrahit, & in auras abire facit, ut tum perſpicuum reddatur.

Aliàs *ſi calx hæc* Antimonii *ulterius in crucibulo calcinetur*, & igniatur, *ut ex albeſcente* colore, fiat pulvis *ad flavedinem* inclinans, & tum anatica proportione C. C. uſtum addatur & calcinetur: Acida contenta ſpicula ita rectificantur & concentrantur, vel crudiora expelluntur, ut tum loco vomitus, Diaphoreſin, excitent, & ob particulas C. C. terreas alcalinas, ſtipticam vim obtineant, in dyſenteria non contemnendæ virtutis.

## VITRI ANTIMONII CORRECTIO.

Cum verò vitrum Antimonii, utcunque modo elaboratum, violenter nimis ſuas exſerat operationes, diverſas, artifices, inſtituerunt correctiones, ut loco vomitus violenti, leviter ſaltem eundem cieat, vel per inferiora ſolum purget. In hoc Doctiſſimus *Maxvellus* ſuum commendat modum, quo per inferiora ſaltem purgans vitrum reddit, hâc mechanica.

℞. *Vitri Antimonii per ſe facti* ℥j.
*Olei vitrioli tantundem*, i. e. ſpir. volat.
*Helmontis.*

miſce diligenter in mortario vitreo, & *exſiccentur ad ignem*, hoc ſepties repete, ſemper ſingulis vicibus omnia diligenter exſiccando: ultimò, pulvere jam exſiccato talem ſpiritum vini paratum habe, v. g.

℞. *Spir. vini opt.* ℔ j.
*Maſtichis.* ℥j.

Digere ſimul per quatuor dies, tunc in decantato ſpiritu, *vitrum Antimonii præparatum per 3. dies macera*, poſtea pone in vaſe terreo ut incaleſcat vas, tum ſpiritum accende, ſpatula ſemper movendo, donec flamma ceſſet, pulverem verò remanentem benè exſicca, cujus Doſis gr. iij. ad vj.

Hoc

*nitrum elue* repetitâ aquæ affuſione. Huic aquæ c
nitri fixo ſale liquatam continet quandam ſulfuris c
acetum inſperge, & ſulfur præcipitatur ad fundum
veteres vocabant:

*Jam recipe croci metallorum edulcorati & ex*
*cremoris Tartari ſubtiliſſimè triti*

miſce & tere exactè, ac ollæ vitreatæ immitte cu
ræ, tum *coque ſemper leni igne*, ne excedat vaſis ora
ximâ parte decoctâ, *ſtellulæ, vel cuticula appare*
ſaturatæ imbibitionis acidi Tartari; aquâ liquefac
*manentem* Tartaro imprægnatam, *aquam calidam*, qu
cryſtallos vaſis lateribus affigit.

Remanentes in filtro *fæces*, *illis in olla relictis*
aquâ additâ ut ab initio coque, *donec prioris ſigni*
*reant*, tum ex filtrato decocto, refrigerato cry
Repetatur verò labor donec omne acidum Tarta
xiviatum ſentiatur. Poſtea *facta ſubſidentia cryſtallo*
verò aquam, ad cuticulam ultrò exhalari permitte, &
ac hoc reitera donec omnis filtratus liquor, Tart
moniali ſaturatum, reddiderit, quem exſicca & ſ

Doſis eſt à gr. j. ad iij. etiam ultra, ſi mitiori n
addito, Tartarus vomitoria vi imprægnatus ſit.

## ACETUM ANTIMONI

Alii *ex ipſo Antimonio acetum*, & acida ejus ſp
laborant; Et in hoc excellit *Cl. Kerckringius* in ſuo
li; Modum verò compendioſiorem ex *Vreeswy*
namus:

Recipe *Antimonii* q. l. pulveriſato, & *vitr*
*miſſo, affunde aquam*, ut ter Antimonii pondus e
vernalis menſe Martio collecta:) & cum hæc ſtet
vel ſex ſeptimanas, tum aquam filtratam per cha

affundas, *poſtea verò per deſtillationem evehes*, & *novo rurſus*
*is*, hocque tam diu reiteres, donec aqua aceti inſtar acida
quo ſæpius recenti Antimonio affunditur, & abſtrahitur, eo
ıdem impragnatur acido aqua.

## ANACEA ANTIMONII Vreesvvyck.

c aqua acida, ſive aceto, animam Antimonii extrahit di-
*esvvyck* hoc modo, v. g.

*'o Antimonii ſubtiliſſimè pulv.* affundit *acetum*, & permittit
*tres menſes*, vel *donec acetum tingatur*, quod filtrat, & rema-
lveri *novum affundit acetum*, & per dictos tres menſes alios
ɔonit, donec acetum hoc etiam tinctum conſpiciatur, hoc
tit repetita aceti affuſione, donec nullum amplius tingatur
Poſtea *omne acetum tinctum* conjungit, & ad ſicc. *deſtil*.
n fundo reſtanti maſſæ nigricanti, *ſpirit. vini rectificatiſſ.*
unde in rubicundum convertitur colorem, ac tum filtrat
am ſpiritum, & in fundo remanentem Antimonii animam
ıjus vires ſatis deſcribere nequit, Doſi gr. j. ad iiij.

## LORES ANTIMONII SIMPLICES.

miramur hic *florum Antimonii* vehementiam, quippe *illi ex*
*is acidi Antimonii particulis*, mediante intermedio ab invi-
ſis conſtant, olim tamen in maximo habiti pretio, multo
ɔore quæſiti, cum tamen eos *ex pulveriſato & tribus arenæ*
*rtibus commixto* Antimonio, & *ex retorta deſtillato*, leviter
ılbos conſequamur.

## FLORES ANTIMONII RUBRI.

cum horum vehementia periculoſa admodum eſſet, ex-
t *Hartmannus & Grammannus*, aliam conficiendorum
ntimonialium methodum, quâ eos *Diaphoretica vi*
*ditos obtinebant*. Præſtabant verò hoc *ſale armoniaco*,
aciditati volatili implicabat Antimonii acidas particulas,
& alca-

& alcalina ſua parte evehebat Antimonii ſimiles particulas, nullâ amplius vi vomendi præditas, ſed Diaphoreticâ, v. g.

*Recipiebant Salis Armoniaci* ℔. ß.
*Vitri antimonii, vel ſulfuris antimonii* ℥ ij.

ſubtiliſſimè trita & mixta, ſublimatorio humili immiſſa, & alembico ſuprapoſito leviori ignis gradu, (ne acidas crudiores ſimul elavarent particulas:) ſublimarunt, hoc facto aquâ calidâ ſal armoniacum abluerunt, & reliquias ſpiritus vini repetita deſtillatione extraxerunt inprimis cum ſuſpicio adfuerit acidas quasdam, inprimis ſi ignis regimen neglectum ſit, ſimul elevatas eſſe. Totum enim ſublimationis artificium in ignis legitimo regimine conſiſtit, quod ſi paulo auctius addas, Flores fiunt purgantes, acido ſimul transvecto & implicato.

## SULFUR ANTIMONII.

Jam ad ipſum accedamus *ſulfur*, à reliqua ſua Mercuriali parte quoad poſſibile ſeparandum. Hoc, quia *cum auro* ut ſupra doctum, *maximam habet cognationem*, magnas item ſed nobiliores vires, quam commune obtinere ſulfur quivis ſaniori mente præditus facilè colligere poterit.

Expeditum tibi exhibet exemplum hæc mechanica, v. g. Recipe *Antimonii pro lubitu*, p. j. fluat in crucibulo, tunc injice *nitri* partes ij. *tartari* p. j. poſt ſemihoram probè fuſa effunde, & aquâ calidâ ſolve, *fiat lixivium ſulfure antimoniali imprægnatum*, *hoc filtra & evapora*, ac remanebit rubicundiſſima maſſa ſalina. Hujus unicum granum ſi vel in centum particulas dividas, & centeſimam ſaltem particulam in cochleare argenteum optimè politum imponas, &

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Conſtat hinc ſolum *eſſe peculiare acidum* acre *quod* in Antimonio *membranas ventriculi vellicans*, *vomitum excitat*, hoc quo plus deſtruitur vel alteratur, eò minus virium vomitum ciendi ſibi ſervat.

## SULFUR ANTIMONII Boyle.

Alium recludendi ſulfuris modum docet *Boyle*, qui *Antimonium crudum* pulveriſatum *cum oleo vitrioli digerit*, poſtea verò per retortam deſtillando, *ſulfur in collum ſublimatum colligit*, colore & inflammabilitate communi ut arbitratur idem, haud abſimile.

## SULFUR ANTIMON. HELMONTIS.

Sic & *Tackenius* in ſuo *Hippocrate chymico* hujus fuit opinionis, nimirum ſulfur Antimonii quod *Helmont* extrahere jubet, ex hoc fundamento fieri debere, hunc in finem. Recipit ille *aquam fortem*, ex Vitriolo, Nitro, & alumine paratam, *in hâc ſolvit tantum ſalis fuſi*, quantum capere poteſt, ac tum *affundit Antimonio inſtar milii grana contuſo*, ac ſubitò leni calore agere in Antimonium, & ejus regulum erodere incipit, cui ſtatim aquam frigidam ſuperaddit, & ſubitò ſeparatur ſulfur, ac picis inſtar aquæ ſupernatat, quod ſeparat, & edulcorat.

Notari verò vult, *ne una vice*, *ultra duas drachmas ſolvere tentes*, aliàs in majori quantitate corrodi ſulfur ab aqua, & id fæces abire aſſerit; cum ſolum Mercurialis Antimonii pars, aqua forti alias attingi, ſulfurea verò liberè dimitti debeat.

Hoc credit eſſe ſulfur illud quod *Helmont* ad ſuam cinnabarim aſſumi velit, ubi *in Tr. Herb. Verb. & Lapid.* inquit, extrahe ſulfur Antimonii quod vix à vulgari diſcrepat viſu, niſi quod paulum in viriditatem vergat, *fac cinnabarim*, *hanc adhuc ſexies per ſe ſublimabis*, ut ſublimatio inſerviat pro reverberatione Lili: accipe *ſemiunciam hujus tritæ cinnabaris*, ſuſpende per 24. horas *in dolio vini*, cujus unicum cochlear per aliquot dies ſumtum, mirandum effectum edit. Eſtque eadem cinnabaris ſufficiens, multis centenis doliis iterum æquivalens, ſi iterato ſublimetur.

Sed

Sed hanc operationem anxios plurimos tenuiſſe, dictus *Tackenius* refert, quapropter claro ſermone eam aperire haud invideat inquit, v.g.

*Funde leni igne unciam ſemis hujus ſulfuris in cochleari ferreo*, tunc immiſce *Mercurii Antimonii* ſi haberi poteſt ad drachmas ſex plus vel minus, quantum ſulfur mortificare poteſt, miſce continuò ſpatula ferrea, donec refrixerint, maſſam reduc in pulverem, hanc *inde retortæ longi colli*, ne obturari facilè queat collum ab aſcendente cinnabari, tunc per gradus *ex arena pelle*, & quod ſuperfluum erit aut de ſulfure aut Mercurio, illud per collum retortæ colliges, tunc auge ignem, ut capella candeat & cinnabaris elevetur; Frigefactis omnibus frange retortam, cinnabarim reduc in pulverem, & ſepties adhuc per ſe ſublima in idoneo vaſe.

Hic jam non contemnenda oritur quæſtio, *An Helmont mediante acido* ſulfur extractum, *vel mediante alcali* igneo ſeparatum velit, cum in his maxima ſit diverſitas, & hoc, quod mediante acido extractum eſt, longè aliam obtineat naturam, tanquam acido ſaturatum, quam id quod ope alcali ſeparatum, alcalinam potius induit naturam, & inanitionis impatiens, acido rurſus ſaturari delectatur. Ego pro hoc ſtarem, & acre Mercurii acidum hoc magis corrigi ſentirem, quam illo quod crudiori acido jam ſaturatum extat quodammodo.

Hæc de *ſulfuris Antimonialis ſeparatione* humidâ viâ, cui eam complementi loco addimus, *quæ mediante proprio aceto peragitur*, quippe hoc *pulveriſato Antimonii vitro* affuſum, ſtatim arripit Mercurialem ejus partem acidam, & liberè ſulfuream leniori igne dimittit, alii intentum labori. De quo lege *Polemannum p.* 185.

Viâ ſiccâ potentius corrigitur Antimonii ſulfur, & recluditur. Si v.g. *Antimonii & alcali ignei* p. æq. in tigillo, *mediante carbone figantur*, ut ex Antimonii & alcali ana. ℔ ß. vix binæ remaneant unciæ ignei ſulfuris, ſex horarum ſpatio, ex quo tum magna depellendorum morborum arcana depromi ſanè queunt, & interna & externa.

## PANACÆA ANTIMONII.

Ex hoc item fundamento alia emergunt generoſiora medicamina antimonialia, inter quæ ſequens *Panacæa* primum ferè locum vendicat, ac ita fit:

Recipe *Antimonii pulcherrimi* uncias decem, *limaturæ Martis* uncias tres. Limaturæ in tigillo probè candefactæ, per vices Antimonium adde, ut optimè liqueſcant omnia, tunc adde *cochlearia aliquot tartari fixi*, ex *nitri & tartari* ana. p. æq. confecti, quæ cum liquefacta ſint, alia *adde hujus ſalis fixi* cochlearia, donec per vices pulveris libram dimidiam injeceris, hoc facto per dimidiam horam omnia probè invicem fluant, ac tum effunde & regulum ſepara, uncias 4. circiter ponderantem.

*Regulum tigillo recenti immiſſum rurſus funde*, ac probe liquato *injice nitri pulcherrimi pulveriſati* cochlear unum, claude operculo ſuperpoſito, & ignem intende, ut peroptime rurſus fluant, tunc effunde, & regulum à ſcoriis ſeparatum, & ad hoc opus ſat purum, tigillo denique recenti rurſus immitte, & adde *unum nitri, & unum ſalis detonati fixi cochlear*, & liquefiant optimè fortiſſimo igne quatuor horis vel ultra, tunc effunde, & regulum à ſcoriis ſepara, & ut jam doctum, iteratò procede, donec omnem regulum mediante nitro & ſale fixo, in ſcorias redegeris, quas omnes collectas pulveriſa, & aqua calida Sal elue, donec pulvis inſipidus reſtet, quem ſerva, pro *Panacæa* in maximis morbis ſat pretioſa, quippe alcalinis ſuis particulis ſalinis fixioribus *omne*, in maſſa ſanguinea, & *venis hoſtile acidum deſtruit, corrigit, & per cutem expellit.*

Doſi ℈ß. ad ℈j.

Fit item mediante hâc *Panacæa* purgans omnibus numeris abſolutum, ſi ejus recipias ℥j. *diagridii ſulfurati* ℥ß. *trochiſ. alcaband.* ʒij. & cum extracto vel *rob granorum actes* maſſam formes pillularum, quæ in pillulas grani pondere formata, & ad grana x. vel xx. exhibita, univerſaliter omnes cruditates ventriculo & inteſtinis nocivas educent.

Emplaſtris verò addita, admirandum in vulneribus ac ulceribus præſtabit effectum.

ANTI-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

## REGULUS ANTIMONII.

Pergamus ad *Regulum* in opere Magno Philoſophico à multis maxime expetitum, & Mercurii corrigens creditum. Cum enim obſervaſſent, omnia metallica corpora Mercurialis eſſe originis, Mercurium verò ipſum pondere ac homogeneitate eſſe perfectiſſimo metallorum, auro ſimillimum, hinc ad auri maturitatem digerere ſunt conati, at fruſtra, quia ſordibus nimis inquinatus exiſtebat. Hinc magnum Saturni ſobolem, Antimonium ad manus recceperunt: cum enim viderent quod ab auro fæces ſecernendi, & eum exaltandi vim haberet, idem in Mercurio facturum, argumento à majori ad minus ſumpto crediderunt, nec multum aberrarúnt ipſo *Philaletha* teſte, qui *in Regulo Antimonii veram Mercurii depurationem quæſivit*: At hic labor, hoc opus! quomodo enim Mercurium cum Antimonii regulo conjungere debeant, hic hærent! Si enim Antimonio liquato addere vellent calefactum etiam Mercurium, in auras abiturus eſſet maximo cum tonitru, & adſtantium ſummo periculo. Alia itaque quærenda via, & intermediatis rebus, quæ copulam promoveant; hinc *Suchtenius Reguli Antimonii unæ parti, duas addit Lunæ partes*, quas fuſas, & pulveriſatas miſcet cum Mercurii vivi partibus decem, *& facit amalgama* in mortario calido, ac hoc per dies aliquot digeſtum, abluit, & *Mercurium deſtillando reſuſcitat*, & hoc opus ſeptimâ reiterat vice, uſque ſplendeat.

Alii verò alio procedunt modo, & exteriorem primò inſtituunt depurationem, antequam ad intrinſecam deveniant, v. g. Recipiunt *ceræ pro lubitu, liquefacto addunt Mercurii* ana, & per dimidiam horam lignea ſpatula ſemper agitant, *donec fiat nigerrima maſſa*, quam ab igne remotam refrigeſcere permittunt, tum *ceram perforant & Mercurium in minima vaſis parte ſubſeſſum*, effundunt, & *cum recenti cera reiterant laborem*, donec cera permaneat munda quod plerumque tertia fit vice: Ceram verò rurſus depuratam ad emplaſtra uſurpant.

Jam ſi artificium calles *Regulum cum mercurio combinandi*, ac ſingulari

ſingulari methodo internam inſtituis depurationem, *tunc cum Auro fit molliſſimum amalgama*, quod phiolæ hermeticè ſigillatæ immiſſum & per gradus coctum tandem per omnes colores in rubiniformè Elixir abit. *Auri ſit una, & Mercurii Philoſophici duæ partes.* Præcipuum operis Philoſophici onus, ut ante dictum in juſta & legitima, Mercurii, mediante Antimonio, purgatione, conſiſtit, prout plures teſtantur Philoſophi, *Paracelſus, Baſilius Valentinus, de Monte Snyders, Philaletha*, & alii.

Præterea, miramur inexhauſtas Reguli Antimonialis vires, etenim *ſi mediantibus particulis Martialibus ejus aliàs compactæ particulæ diſcontinuantur pauliſper*, tum ratione Mercurialium particularum vires ſuas vomitorias, quas potiſſimum retinuit, in infinitum extendit, & *perpetuò purgantem exhibet mineram.*

Alias duplex Confici ſolet ANTIMONII REGULUS SIMPLEX, vel MARTIALIS.

Si deſideratur.

## REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

Hic à diverſis Artificibus diverſimodè fieri ſolet.

ZWELFFERUS recipit *Antimonii Hungarici optimi* ℔ iß. *Nitri puriſſimi, Tartari crudi puriſſimi*, ana. ℔ j. Dom. BARCKHUSIUS recipit ingredientium modo enumeratorum ana. p. æq. *Omnia in pulverem redacta, & probè mixta detonant, cochlear unum poſt alterum crucibulo candendi injiciendo*: Hoc facto ignem adhibent fuſorium, ut aquæ inſtar fluant, tum cono fuſorio calidè infundunt, eum continuè percutiendo leniter, vel pulſando, ut regulus eo melius ſubſidat. Refrigeratis hinc omnibus Regulum à ſcoriis ſeparant: & ſi hunc magis depuratum deſiderant, *cum dimidia parte ſui, Nitri & tartari* miſcent, & ut prius fundunt.

Qui ſi magis depuratus expetitur, iterato [illegible] dam Nitri particula, ſic ſcoriis ſeparatis Regulus relinquitur magis purus.

Notari vult *le mort*, ut loco ſalis ⊖i vulgaris, illud ſumatur quod ex *Nitri* p. j. & *Tartari crudi* p. ij. invicem probè tritis, mixtis & detonatis factum ſit.

LEMERY ſumit Antimonii ℔ j. Tartari crudi ℥ xij. & Nitri puriſſimi ℥ vj. Omnia ſubtiliſſimè pulveriſata & mixta detonat, poſtea igne fuſorio adhito in Regulum fundit.

Regulum ita prima vice factum iteratò fundit, addito pauco Nitro & magis depuratum acquirit.

*Si major Reguli copia deſideratur carbones pulveriſati addantur*, ita præcavetur, ne ſalia nimis promptè antimonii ſulfur arripiant, & plus quam par eſt de regulo furentur. Sed tunc Regulus etiam haud adeò depuratus acquiritur, quam ſi per ſalia crudiori ſuo ſulfure ſpoliatur.

*Ex Scoriis aquâ ſolutis* & per acetum præcipitatis, *cadit ſulfur antimonii auratum* vulgò dictum.

Aliâs *Lixivium ſive ſolutio Scoriarum Reguli egregium eſt purificans & abſtergens, in ulceribus malignis & ſordidis, imò in incipiente gangræna*, ſi ei pars affecta immergitur aliquoties, ſic enim materiam obſtruentem reſolvi & mirè prodeſſe CL. ETTMULLER *in ſua pyrotechnia* teſtis eſt.

## REGULUS ANTIMONII ♂ialis.

ZWELFFERUS recipit *Antimonii Hungarici* ℔ j. in crucibulo liquefacto adjicit *clavorum ferreorum candefactorum* ℥ viij. His probè liquatis & unitis ſuperinjicit *Nitri puriſſimi*, & *ſalis Tartari* ana. ℥ iß vel ℥ ij. permittit fluere per quadrantem horæ, tum in conum cale factum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Uſus Reguli, præter ſupra indigitatum, diverſus eſt, præterea enim quod ex eo varia fieri ſoleant Medicamenta notabilia, *ex eo globuli funduntur, qui quaſi perpetuas ſuppeditant pilulas purgantes*, quique in alvi conſtipationibus à multis admodum laudantur. Fieri etiam inde ſolent *Pocula Vomitoria*, quibus vinum infundunt, & ad vomitum ciendum propinant.

*Stannarii*; ut vaſa conficiant quoad colorem & duritiem ac ſonum argento ſimilia, ſuo ſtanno, Regulum Antimonii addunt ſequenti methodo à *D. Maets* commendato v. g.

℞. *Stanni Anglici puriſſ.* ℔ j. *Reguli Antimonii ſimplicis depurati* ℥iß. vel ij. *cupri optimi ſive Japonici* ʒij. alii ℥ij. fundunt verò primò cuprum, cui tum Regulum cum ſtanno addunt, & dum omnia fortiſſimo igne ſunt fuſa, paratum habent metallum argenti forme, ad vaſa inde conficienda.

*Cuprum additum livorem ſtanno adimit*, & Regulus duritiem addit.

*Ex Regulo Antimonii Martiali*, & *Stanni Anglici* ana. invicem liquatis fit *Regulus Antimonii Jovialis* pro Antihectico inde conficiendo.

Et *ſi Regulus Antimonii Auratus conficiendus eſt*, fundatur Aurum cum ſexduplo Antimonii, & in fundo relinquitur & ſubſidet Regulus antimonii Auratus.

*Confici porro ſolet ex Antimonio Reguli formis maſſa, quæ, quoniam compactior maſſa fundum petit, ſcoriæ verò ſupernatant, vocari conſuevit.*

## REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

Et fieri ſolet. v. g. Ex *Antimonii pulcherrimi* ʒv. *Salis communis* ℥ß. & *Salis* ♁i ʒj. mixtis, pulveriſatis & in crucibulo quam optimè fuſis: Maſſa probè fuſa reponitur ad refrigerandum, tunc ſcoriæ à ſecedente in fundo regulo ſeparantur, qui eſt friabilis coloris atro purpurei. Hic pulveriſatus & aqua edulcoratus ſervatur ad uſum.

Vires ejus olim à D. CRANEN in quibusvis Febribus inter-

mittentibus admodum prædicabantur Doſi gr. v. ad ℈j. vel & ʒß. ſic hâc doſi ſæpiuſculè vomitum ſimul excitare ſolebat. Laudatur porrò ab aliis in ſcabiè & aliis cutis vitiis, *& ego medicamen hoc egregios effectus egiſſe vidi in humoribus & ſpiritibus leviter mobilibus, ubi nulla volatilia, nec ſpirituoſa aut calidiora alia locum inveniebant.*

*Sulfuris Antimonii ſupra fuit facta mentio*, ſed quâ methodo, hoc ſulfur ita cicurari queat, ut effato HELMONTIS ei ingens morborum cohors auſcultet hactenus latet, non tamen multum abludit ſequentem in modum paratum.

## BALSAMUM ANTIMONII.

℞. *Nitri puriſſimi. Tartari crudi pulcherrimi* ana. p. æq. *ſubtiliſſimè pulveriſata & exactè commixta in crucibulo ſenſim & ſucceſſivis vicibus detonentur. Hoc facto accipe* Salis hujus detonati, & Antimonii pulcherrimi ana. ℔ ß. *Antimonium crudum immittatur tigillo, & in furno venti fundatur, cui probè fuſo ſucceſſive adjicito Sal. detonatum pulveriſatum, forti igne ſemper urgendo, ut omnia in continuo maneant fluore; & ſi omne Sal adjectum eſt, ſenſim injice carbones in pulverem redactos, quibus deflagratis alios inſperge, & hoc continua tam diu, quam diu carbones ſuper maſſam ſemper probè fluidam deflagrare obſervas, quando vero ceſſant deflagrare, tum deſiſte, carbones injiciendo, tigillum verò adhuc per horam in igne fortiſſimo relinquito, quò hoc igne particularum ſulfurearum cum ſalinis primigenitis unio promoveatur quantum poſſibile: deinde exime tigillum, & refrigerari ſinito, poſtea confracto eo ſepara ſcorias à regulo: ſcorias ita calidè quantum poſſibile eſt in pulverem contunde, & cucurbitæ vel phiolæ oblongi colli immitte, ac pulveri affunde*

*Olei juniperi* ℥iiij.
*Aniſi* ℥ij.
*ſuccini*
*ſpir. therebint.* ana. ℥j.
*ſpiritus vini alcoliſati* ℔. iß.

*Jam phiolam vel cucurbitam ſuo munitam & occluſam alembico, Balneo impone, & recipulo præpoſito alembici roſtro, ignem adde moderatum, & ſic ſenſim ſpiritus vini ebulliri incipit, ita verò perge donec omnem vini ſpiritum egreſſum obſerves, tum refrigerari omnia permitte, & poſtea Balſamum per inclinationem ſepara, & uſui aſſerva.*

Viribus ſuis excellit omne Balſamum ſulfuris, quoquo modo etiam paratum ſit; non ſolum ſulfuris ratione, utpote ubi antimonii ſulfur commune illud, longè viribus exſuperare notum eſt, ſed & ingredientium ſubtiliſſimorum ratione, ubi ſulfur antimonii, ſimul ex carbonibus, ſibi primigenii particulas in copia aſſociavit non ſolum, ſed & ab oleoſo ſalis detonati-ſali primigenio, tantum ſuarum particularum correctionem & diſpoſitionem accepit, quæ oleis ſubtilibus tantas impreſſit vires, ut Lucis plena vires ſanè inſignes præſtent, in corroborandis ſpiritibus, & *vindicandis viſceribus depuratoriis*, imprimis *pulmonibus*, diſproportionatis variis ab æthere frigido inductis, vel à ſanguini illuc translatis particulis, obſeſſis.

Item *in doloribus colicis*, ab acidis diſproportionatis particulis, primas vias moleſtantibus & laceſſentibus.

Tum *in Renum obſtructionibus*, *Uteri oppilationibus*, & ſimilibus texturarum corporis, vel item ſanguinis & ſeri, diſproportionatis particulis incommodatis, variis alterationibus.

Sic *in Peſte cum camphora* inſigne præbet alexipharmacon, particulis namque ſuis lucidis integram corporis machinam pervadit, & poros à venenatis diſproportionatis particulis vindicat.

Similesque plurimos præſtat inſignes effectus, nec modo internè propinatum, ſed & externe applicatum, *vertici* videlicet &c. inunctum, *in tubulis extremis hærentes*, diſproportionatas particulas, & exhalationibus aliis viam præcludentes, extricat, & ſic deſtillationibus variis viam præcludi laborat.

Non verò indifferenter omnibus exhibeatur temperaturis, iis etenim quæ multa conſtant luce, hinc calore prærogativam præ aliis tenente, lucidas ſuas particulas jungendo (ſi ex hâc cauſa ma-

lum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*tat*, inquit, utpotè quorum pluralitas in unitatem Archei, quam in pugnantem pugnum contrahitur.

Hoc pacto, porrò pergit, in ipſa animæ ſede, combinat Duum viratu, *Amentias*, *Apoplexias*, *Caducos*, *Paralyſes*, *Vertig* *Aſthmata*, *Hydropes*, *Atrophias*, immanesque defectus alios annil vidimus, ipſa ſtupente natura.

Quâ ratione porrò

# MERCURIUS ANTIMONII

confici queat utpotè quam plures quidem curioſiores quærere i debant, ſed pauci inveniebant, ut etiam *pro Non-Ente, vulgo l* *ſolebat*, ſequens docebit Mechanica, quâ *Mercurius qui nondu* *perfectionem Metallicam pervenit, ſed leviter ſaltem agglomeratu* *ſuo ſulfure Antimonium conſtituit, reſuſcitari poteſt.* Primò qu *ſulfurea pars à Regulo ſeparetur*, & tunc *Regulus in pulverem im* *bilem tritu redigatur*, utpote in quo principaliſſimus operis co labor, tritæ Antimonii reguli libræ adde *ſalis tartari puriſſimi* *ciſſimi* ℔ ij. *ſalis armoniaci* ℥ viij. probè mixta, *cum urina homin* *humecta*; & ſi haberi poteſt vinum bibentis, tum curabis, *ut mi* *hæc à duobus* prævalidis, *& lacertoſis juvenibus in porphyrite p* *tegrum diem, ſine ulla intermiſſione teratur*, aſpergendo ſe ſi humidum deficiat, *urinam*, poſtea mixturam iſtam cucu immitte, & ſuperfunde urinæ tantum, ut tribus digitis emi clauſamque ſicuti decet per menſem integrum lenta digeſtio ve, & quotidie agita.

*Si que* interea temporis *ſiccior appareat maſſa*, *reaffunde u* finitaque digeſtione, cum æqualibus partibus vitri contuſi, & vivæ in globulos forma, & in umbra exſicca: ac tum ex illis ſe ti modo Mercurium elice:

Primo *præſto ſit vas quoddam ferreum*, cucurbitæ inſtar oblongum, cui *frigidam oportet infundere*, *eamque in terra defodere*: Huic ſuperimpone laminam ferream, multis foraminibus per viam, & pone in ea globulos benè ſiccatos, poſtea capitellum itidem ferreum, & paulò depreſſius ei adapta, ut carbones candentes commodè ei imponere queas, & ſic gradum ignis per quatuor horas moderatum tene, dein auge eum per totidem horas, uſque ad extremum: poſtea refrigeſcant, & cave ne vas in terra defoſſum prius moveas, aquamque effundas, antequam ea penitus refrixerit, aliâs multum Mercurii jacturam facies: Mercurius enim tanta vi ignis in minimas atomos reſolutus, frigore iterum coagulari debet.

Hoc eſt inventum *Cl. Langelotti*, quo equidem hoc obtinuiit, ut è numero non-entium hic Antimonii Mercurius, transferatur rurſus, præ Mercurio tamen vulgi nullam prærogativam obtinens, cum in tota metallica & minerali natura unicus ſit Mercurius, qui ſolum à ſe ipſo differat per accidens puritatis ratione, uti ipſe Mercurius in dialogo *Sedivogii*, inquit: *Cor meum ſemper eſt puriſſimum*, *veſtes autem ſordidiſſimæ.* Ad metallicam igitur naturam jam in terræ viſceribus prædeſtinatum eſſe, ſed fermento ac coagulatione ſpiritu deſtitutum, nec eo adhuc dum ſufficietèr ſaturatum, in fluida remanſiſſe forma, quilibet, qui metallicarum rerum non planè exiſtit ignarus, facile agnoſcet.

---

# CAPUT III.

## *Plumbum examinat.*

ignis violentiâ, quæ ſucceſſu temporis exaltatæ acidæ particulæ, & concentratæ, continuo Solis motu, in nobilius aurum de facili migrare potuiſſent.

Artifices hoc variæ ignis ſubjecerunt torturæ, pro diverſis exinde conſequendis & medicaminibus, & aliis artibus mechanicis, deſtinatis rebus.

# CALX PLUMBI.

Vilior ac communis metallicæ formæ deſtructio *Calcinatio* eſt, ubi plumbum fuſum *aucto igne & continua agitatione in calcem abit*, quæ ſi igne agatur reverberatorio in minium ignis flamma lambente convertitur.

Si verò *cum ſulfure pulveriſato* plumbi practeæ ſtratificatæ urantur, fit officinarum *plumbum uſtum*.

*Eadem calx fit* ſi plumbo ſaltem crudo *acetum affundatur*, quod ſucceſſu temporis penetrat, & aculeis ſuis licet rudioribus, mollius adhuc plumbi corpus diſcontinuat.

Conſtant hinc levem plumbi concretionem, levioribus item acidi ſpiculis, & vel ignis, vel liquoris acidi, facilem ſubire ſeparationem, & mutationem.

Sic & Minii Mechanica, hujus ſubjecti alcalinam indolem monſtrat, quæ ceu vacua etiam ex flamma acidum attrahit, adeo ut ex centum libris in minium converſis, decem libræ ultrò accreſcant, non ſecus ac ſi ex aceto vel alio liquore acido, hæc natum eſſet.

# SACHARUM SATURNI.

Principaliſſimum ex hoc ſubjecto productum, corpori humano applicabile hoc eſt, quod ſaccharum vulgo appellatur: quodque Argicola ſequenti conficere jubet modo:

Recipe *Plumbi puri granulati Villachici*, vel hujus loco mineræ puræ Silberglanß / dictæ, alii ſumunt *vel minium vel ceruſſam*: Superfunde pulveriſato *acetum deſtillatum ſpiritu Nitri pauliſper acuatum*, agitetur verò *ab initio ſæpius in digeſtione repoſitum*,

*ne in*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ſervas, muta recipulum, & ſpiritum ſeorſim ſerva: oleo flavo egreſſo, phlegma ſequitur, & ultimo aucto igne, oleum rubicundius, quæ omnia ſeparata aſſervari poſſunt.

*Vires ſpiritus cum ſaccharo Saturni communes ſunt*, niſi quod hic internè melius exhiberi poſſit, *in febribus ardentibus*, *eryſipelate*, *& aliis ſpirituum exorbitantiis*, *& acida acrimonia bilioſa*, maximi effectus.

Oleum externè bono cum effectu applicatur *in ulceribus & vulneribus inflammatis*, ſi *cum oleo lini in butyraceum vertatur linimentum*, vel ejus loco etiam ipſum Saturni ſaccharum aceto ſolvatur, & cum oleo lini in butyrum miſceatur.

## CRYSTALLI SATURNI.

Præterea hoc ſaccharum diverſis ſe accommodat acidi ſpiculis ſi enim *ſaccharum in aceto ſolutum*, *cum tantundem* commiſceas *nitri*, eodem & *ſimili aceto deſtillato ſoluti*, ac tum humiditatem ex M. B. abſtrahas ad tertiæ partis remanentiam, tum in cella *colliguntur cryſtalli*, *qui cum* quodam *ſpiritu vel vini vel* alio appropriato ſoluti & propinati, in pulmonum affectibus conducere perhibentur.

*Si* verò *cryſtallos ſaccharinos aceto deſtillato ſolvas*, & abſtrahas, donec concreſcere velle obſerves, ac *tum ſpiritum vini rectificatiſſimum affundas*, digeras, & ſpiritum vini ad medietatem rurſus abſtrahas, *nanciſceris cryſtallos ſplendeſcentes*, aliis correctiores, in febribus ardentibus & ſimilibus, inſignis energiæ, præprimis ſi cum ſpiritu vitrioli coagulato mixti propinentur.

## TINCTURA ANTIPHTHISICA D. Mich.

Ex hoc fundamento *D. Michaël* ſuam paravit *Tincturam antiphthiſicam*, in ſanguinis ſputo admodum laudatam, v. g. ſolvit *Saturni cryſtallos cum ſpiritu vini* in pultis formam, addidit *vitriolum Martis itidem ſpir. vini rect.* imprægnatum, tum digerit per tempus, donec ſolutio vel mixtura rubeſcat, tunc *plus ſpiritus vini rect. affundit*, circulat, & tandem repetitis cohobationibus deſtillando, in tincturam redigit, magnarum virium.

Mihi

Mihi placet hæc methodus; nimirum. ℞. *Aceti ex lithargirio vel Minio probe dulcificati* ℥iiij. *Vitrioli* ♂ groſsè ſaltem confracti ℥ß. ſtent ita per tempus: tempore Uſus commiſce *ſpir. vini rectificati* q. l. & detur à gtt. x. ad xxx. ad immoderatos omnes ſanguinis fluores, hæmoptyſin, &c. item ſudores immodicos reſtinguendos &c.

## BALSAMUM SATURNI.

Porro ſi *cum ſpiritu therebintinæ ſaccharum ſolvas*, & *addito pauco camphoræ* digeras, fit balſamus rubicundus, admodum efficax *in gonorrhœa*, & externè non ſatis laudandus *in variis ulcerum & vulnerum generibus.*

Nec abſimile huic eſt *oleum Saturni antihypochondriacum*, quod auro pretioſius æſtimat, ad omnes lienis affectus & ferociſſima quævis ulcera, *Rhenanus*, hoc ita fit:

Recipe *ſacchari Saturni*, huic *oleum juniperi affunde*, & digere donec tingatur oleum, repetitis vicibus, oleo novo affuſo, donec nullum amplius tingatur oleum: *Oleo tincto ſpir. vini rectificatiſſ* ad quatuor digitorum eminentiam *affunde*, & digere, donec ſpiritus vini omnem abſorpſit tincturam, quò facto ſpiritum ab oleo ſepara, & in B. abſtrahe & remanet tinctura ſive oleum dictum, *Rhenano* admodum pretioſum.

## CAPUT IV.

### *Stannum reſolvit.*

HOc *à plumbo non niſi puritate differt*, temporis ſucceſſu facile in argentum migrans, ſicuti ea confirmat mechanica, quæ Stannum cum arſenico in ſcorias redactum, ſimplici uſtione, ſingularitum artificio in purum argentum, aliquam ejus partem convertit: qualem ſeparationis artem, civis *Wonſiedlenſis* in *Voitlandia*, *Sigismundus Wan* exercuit, tali cum emolumento, ut Anno 1464. ibidem ſplendidiſſimum inſtituerit & ædificarit Hoſpitale, quod hodie adhuc, cum epitaphio dicti civis conſpicitur: ejusdem cum Saturno eſſe indolis, ſimilis docet elaboratio in ſaccharum & ſimilia, uti & facilis commixtio amborum.

Hæc enim candida metalla ſolum ratione puritatis differunt, nec copioſo impuro ſulfure ſcatent, ac illa quæ rubro colore, ut ferrum, cuprum prædita ſunt, quæ hinc etiam vitriolum ſuppeditant; ſecus quam illa, quæ acido plus volatili concreta, alcalicam potius relinquunt & præbent terram, quæ ex hac cauſa etiam lubentius in auri confectione recipiuntur, quam ferrum aut cuprum, quia hæc ceu

vacua

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Paratur item ex hoc ſubjecto decantatum illud *Poterii Antihecticum*, quod cum diverſimodè fieri è diverſis artificibus ſoleat, ſequentem conficiendi veriorem modum *à Nobiliſſ. D. Sebaſt. Schæffero* communicatum appono, qui hic eſt, v. g.

℞. *Reguli Antimonii* cum tartaro aut nitro, vel ter aut quater ſaltem *cum nitro ſemper recente fuſi, & facti* ℥ij. *Stanni Anglici* ℥iiij. (major amborum quantitas, una vice non debet immitti tigillo, quia alias regurgitat,) *funde in regulum*, quem effuſum, & pulveriſatum *commiſce cum triplo nitri puriſſimi*, ac probè mixta detonentur, & fundantur, per vices tamen injiciendo pulverem in crucibulum ad rubedinem candefactam, pulvis verò unâ vice injectus ſemper prius ſit liquefactus, antequam alium injicias pulverem, omni verò pulvere immiſſo ſtent adhuc per tres horas aut ultra in igne, non tamen nimis forti, ne regulus ſeparetur rurſus, & ſubſidat, & ita incaſſum labores.

Peractâ hac calcinatione è crucibulo *effunde in aquam frigidam*, cautè tamen ne regurgitet, vel prius refrigeratam maſſam, pulveriſa, & tum aquâ calidâ ſolve, *& Sal ablue*, tum aquam per filtrationem ſepara & pulverem exſicca, tunc rurſus, ſiccato pulveri adde duplum nitri, & probe mixta detonentur rurſus, ac omninò procedatur ut prima vice, & hoc tertia vice repetatur, & denique pulverem ſiccatum ſerva.

*In hectica, Phthiſi, morbis uterinis* & ſimilibus *ab acido putrefaciente, auſtero*, inſignis efficaciæ. Doſi ℈ß. ad ℈j. & ultra.

---

# CAPUT V.

## *Argentum examinat.*

HOc ex purioribus Mercurii particulis, acido ſaltem volatili concentratis, candidis adnumeramus metallis, quia *externo ſulfure*

*rubicundo caret*, hinc *alcalinis volatilioribus etiam, ejus compages mitius ſolvitur, quam ipſis acidis aquæ fortis ſpiculis*, & ex hoc etiam patet ejus in nervis ab acido liberandis & cerebro hinc confortando energia, quæ alcali volatili propria ceu vacuo? ut etiam hoc innuunt, inconſpicuæ argenti ſcheſes, qui in vulgari ejus calce ob fæcum colluviem haud apparent, niſi Sal comb.natum menſtrui figuram repræſentet, at tum nón genuina apparet argenti figura, quam ego vel raram alcalinis particulis implicatam judico, ne hinc acidis ejus præparationem inſtitui debere exiſtimo, quia hæc ſuam, nec argenti, producunt efficaciam.

Multo tamen eum labore, & anxiè diu quæſitæ fuere *Argenti tincturæ*, & ferè ſemper mediantibus acidis menſtruis, ſed quali efficacia? contrarius patefecit & inanis effectus. Ex hac cauſa Neoterici inverterunt methodum, & loco acidorum, alcalica ſubſtituerunt, quibus ſuaviter & ſenſim concentratum volatile acidum exſuſcitarunt, & tincturam ex argento acquiſiverunt, acido volatili, in alcalicum converſo & transmutato, Sal, inſignium virium in cerebro confortando, v. g.

Recipe *argenti ſcobinati* q. ſ. *adde Sal volat. C. C. vel urinæ* mixta aſſerva *in vitro clauſo per menſem*, & fiet pulvis ſalinus cœruleus; ex quo cum *aquâ Anhaltinâ tincturam extrahe*, ab hac ſi menſtruum abſtrahas, *remanet Magiſterium Lunæ* in forma ſicca.

---

# CAPUT VI.

## *Ferrum examini tradit.*

PErgimus ad ea, quæ *ſulfure copioſo interno & externo concreta*, rubicundo colore ſaturata extant, & hinc acido imprægnata vitriolum ſuppeditant, vel aliud corpus ſalinum pro acidi diverſitate; ſic *acidum aëreum in rubiginem ferrum commutat*, cum *ſpiritu ſulfuris in ſal ſaccharinum*, cum acido vitrioli in vitriolum &c. abit, & cum ignis

ignis acido in crocum vertitur ferri corpus; ut adeò nulla interſit differentia, *an manifeſto vel occulto acido, præparationes vel deſtructiones Martis conſtant*; ſufficit ſolo hæc fieri acido, licet variè variato vel diſpoſito.

*Caditque* hinc *differentia* vulgò, *inter crocum Martis aperientem & adſtringentem*, facta, quæ materiæ in corpore hoſpitantis diſpoſitioni potius adſcribenda eſt. Si enim in primis viis hæret ſal illud ſcorbuticum ex acido & alcali minus concordante combinatum & digeſtioni ineptum, hoc propter particularum inæqualitatem purgantibus non auſcultat, ſive illud in prima aut ultima corporis regione exiſtat. *Sumpto itaque ferreo*, acido nondum ſaturato ſubitò *Sal iſtud excrementitium liquidum ad ferreum accurrit*, ac ei adhæret, ut hoc diſſolvat, tum verò excrementum hoc ſalinum, ferrum rodendo, coagulatur: quoniam verò in alimentum haud verti poteſt, ideò *ſub nigro calore cum ferro ſoluto ejicitur*, ab alcali, in colcotar nigricantis coloris præcipitatum. Et *niſi excrementa ita tingantur*, jam *ferrum inconſideratè propinatur*, quia indicat, nullum adeſſe acidum ſuperfluum vel excrementitium, quod illud ſolvat: & tum adſtringit, etſi etiam optimus aperitivus Martis crocus propinatus putetur.

Et *hæc* item cauſa vel *ratio acidulus applicari commodè poteſt*; cum enim hæ potantur, Martis particulæ contentæ, ſed alimoniæ ineptæ, virtute alcali à commiſto ſeparantur acido, in qua ſegregatione dicta ſalia confluunt ad ferrum & illi adhærent ac deſtruuntur, ut hoc *videmus in argento aquâ forti ſoluto fieri*, *ſi enim huic ſolutioni, cupri lamellas injicimus tum aciditas aquæ fortis argentum deſerit*, & *debilius cuprum aggreditur*, argentumque cupro adhæret in pulvere compacto. Rurſus ſi huic ſolutioni, jam à cupro viri deſcenti, lamellas ferri injicias, tunc ſubitò cuprum relinquitur, & roditur ferrum, cuprumque ferro adhæret.

Hanc transmutationem fieri, dum *Goslariæ* pulvis ruber vitriolatus in cuprum funditur, credibile admodum eſt; ibi enim aqua vitriolata cupro ſaturata, ferrum rodit, & cuprum dimittit in forma pulveris

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

*armoniaci ſpiritum volatilem urinoſum*, relictum caput mortuum *cum rectificato vini ſpiritu extrahe* reiteratis vicibus, donec omne acidum extractum. Poſtea *ſuperfunde aquam calidam*, & liquatur Martis crocus & ſolvitur cum aqua, hanc filtratam exhalare permitte & habebis crocum alcaliſatum, *ſapore admodum dulci præditum*, & ſale citius reſolubilem: Sal muriaticum vagans & errans expedite attrahentem.

Aliàs *ſi laminis ferri*, *ſpiritum ſulfuris cum tripla*, *ſpiritus vini doſi infundas*, radiiſque exponas ſolaribus, ut liquor omnis evaporet, *recipies cryſtallos laminæ lateribus adhærentes dulces*, non contemnendarum virium.

## VITRIOLUM MARTIS.

Si verò Martem acido vis imprægnatum, quo in alvi fluxibus, à bile acriori nimis alcaliſata, præſtet effectum, ex eo fiat vitriolum hoc modo:

Recipe *limaturæ Martis puræ pro lubitu*, ſuperfunde *aquam fontanam*, *cujus tres partes una ſpiritus vitrioli vel ſulfuris parte acidulatæ ſint*, cucurbitæ immiſſa Balneo impone, quo ſolvatur ferrum, ſolutionem filtra, *ſi verò craſſa nimis ſit ſolutio*, *aquam affunde quo filtrari queat*, hoc facto *exhalare aquam permitte in cacabo ferreo ad cuticulam*, quæ tum cellæ vel in alio loco repoſita cryſtalliſatur, qui leni calore exſiccandi, remanens vero liquor ulterius evaporatur, donec omnis in cryſtallos abierit.

Hi debilitatum excitant acidum, hinc *confortant Stomachum*, *Hepar*, *Renes* &c. *ac bilem acriorem obtundunt*. *In Dyſenteria* ℥ß. miſcetur cum theriaca, & alutæ inducta umbilico imponitur, maximo cum effectu.

## VITRIOLUM VENERIS & MARTIS.

Si Veneris, Martis vitriolo combinatum deſideras, ut *Hermaphroditicum* audiat, Recipe *Mineræ Veneris* ℔ iij. *Mineræ Martis* ℔ j. *vitrioli vulgaris* ℥xiij. ſubtiliſſimè pulveriſatis *affunde aq. comm.* ſtent per diem & noctem *donec tingatur aqua*, hanc effunde & recentem reaffun-

reaffunde, ac ſimile opus reitera donec non amplius aqua tingatur. *Jam evapora aquam ut concreſcat vitriolum.* Hujus gr. ij. iij. *cum fæcula bryoniæ exhibita*, maximè laudantur ab *Hartmanno* in deſperatis uteri affectibus.

---

# CAPUT VII.

## *Cuprum conſiderat.*

HOc ferro purius exiſtit, quia ſulfur ejus externum impuritatibus magis liberum, ac purioribus acidi ſpiculis concretum, exiſtit. *Cl. Helmont miris laudibus ſulfur ejus extollit, externum*, hoc enim cum non ſit neceſſarium, ut ſentit, metallo perfecto; credit ſulfur hoc externum abundanter Veneri eſſe additum pro infirmitatibus humanis, in cujus uſum cuncta mundi creata, à ſtoicis directa eſſe, credita fuerint.

Ex hoc metallo, *ſuperfluo externo ſulfure metallico* puriore prædito, dictus *Cl. Helmont* ſuum parat *Ens Veneris*, de quo in ſuis operibus mira prædicat. Hoc multi conjecerunt eſſe ſpiritum vitrioli, ſed errarunt ut ipſe *Helmont* docet, quando inquit *in ſuo tyronibus oblato ferculo*: Non eſt ignis Veneris ſpiritus vitrioli, utcunque exquiſitè rectificatus. Sed *ignis ille eſt ſulfur cupri volatile in forma olei viridis*, dulcius melle, & à Mercuriali corpore, ſui cupri, planè ſeparatum. Non verò haberi hic ignis poteſt, *niſi cum plenaria cupri deſtructione*, corporiſque Mercurialis ipſius Veneris volatiliſatione, quod tamen etſi fiat volatile in forma olei: facili tamen negotio poſtmodum iterum reducitur in album & novum ac anonymum metallum, ſub malleo tamen extenſile.

Altera vero conſtitutiva cupri pars, ignis ſive ſulfur Veneris, non item amplius reducitur in metallum per ſe, quia ſulfur non conſtituit metallum, ſed Mercurius.

*Duplex* ideoque hic *conſiderandum ſulfur*, *Externum* ſcilicet, & *Internum*; Internum quod in albo anonymo jam dicto Mercuriali metallo corpus fixat, ſive coagulat, efficitque ſub malleo ductile,

 cum

cum aliâs Mercurius absque interno hoc ſulfure nunquam in metallum coagulari poſſet.

*Externum* verò *Veneris ſulfur*, *eſt oleum illud viride dulce*, quoque iterum in metallum in ſe abſtractum cogi nequit.

In imperfectioribus verò metallis externum illud ſulfur à ſuo corpore Mercuriali ſeparari minimè poteſt, quin hoc ſimul pereat, etenim ſi toties plumbum ſublimetur, ſemper redit in idem numero plumbum.

Secus itaque ſe res habet in noſtro hoc ſubjecto quod amiſſo ſuo externo ſulfure, attamen in metallica licet candida maſſa ſubſiſtere poteſt, ut ideò ſulfur hoc externum non adeò neceſſarium ſit huic metallo, & propterea neceſſario alios habeat fines ad neceſſitates ingrati hominis conducentes, pro infirmitatibus ſcil. ejus.

Hactenus mirum quantum ruditer progreſſum eſt in indagando hoc admodum laudato ſulfure, quod tamen *Cl. Helmont* & quidam ejus aſſeclæ, fideliter adeò aperuerunt: Et tamen *ſunt qui crudum vitrioli acidum ſpiritum pro dicto Ente Veneris haberi volunt* adhuc dum, at quam turpiter aberrent, ſupra ex *Helmonte* ſufficienter demonſtratum eſt.

*Sulfur eſt quod expetitur*, *non* verò *corroſivis acquiſitus ſpiritus* etſi ſummè volatilis & albus. Sed hoc è ſpiritu viridi vitrioli per repetitam cohobationem, ultima ignis tortura expreſſo & inſigniter volatili, fieri & coagulari debet; *Ex viridi vitrioli ſpiritu*, *non verò viliori methodo acquiſito & fucato ſaturato colore*: Sed cuprum ipſum exaltari debet repetitis cohobationibus *in liquamen volatile viride*, blando & ſuavi acido volatili diſpoſitum, & non corroſum, ſed internè recluſum, quod tum, cum ipſum volatile ſit, ſecum evehit cuprum quoad interna etiam recluſum, ut ne granum quidem relinquatur de metallo: uti obſervas, ſi hujus quid, ita diſpoſiti & recluſi cupri tigillo indas, & igni tradas, intra breve temporis ſpatium omne evaporat cuprum ut ne veſtigium ejus relinquatur; quod tamen non ita procedit vaſi clauſo incluſum, ubi multo fortior requiritur ignis tortura, & repetita cohobatio, *donec cuprum* etſi recluſum, *in forma ſpiritus viridis volatilis*, omne evehatur.

Ante-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

integrum diem, *cum ſulfure Antimonii igneo alcali parato*, & cocto fac balſamum ſulfuris: Hujus *libram unam vaſi cupreo immitte*, & adde *lithargyrii ſubtiliſſimè triti* libram dimidiam, ac coque continua agitatione adhibita, donec lithargyrium ſolutum, tum adde *axungiam humanam, vel cervinam* ad dimidiam libram, & *vitrioli volatilis* unciam unam cum dimidia, & *tantum ceræ* quantum ad conſiſtentiam ſufficit, ac redige in Emplaſtrum ob admirandas virtutes merito aureum & auro præferendum.

Si in unguenti forma deſideras: Recipe *mellis puriſſimi uncias quatuor, ſucci plantaginis expreſſi* & depurati, uncias duodecim, *vitrioli volatilis* uncias duas, coque leniter donec incraſſeſcere incipit, tum *adde croci optimi triti* unciam dimidiam, & probe commiſce, & ſi quid *balſami ſulfuris antimonialis* addas, potentius efficitur, in illis malis quæ oleoſa & unctuoſa ferunt.

Horum vires omnium Emplaſtrorum, unguentorum & quorumvis balſamorum vulnerariorum vires exſuperant, propter vitrioli dulcedinem, tam in vulneribus quam ulceribus etiam peſſimis, ut mirari ſatis nequeas; ſicuti hoc patet *ex ſimplici ſaltem viridi æris cum cera alba in Emplaſtri formam commixtum*, quod *mammillarum tumores duos* mirabiliter emollit.

Cum ideò crudius hoc adhuc vitriolum volatile Veneris tantas exſerat vires, quid non præſtabit, ſi ad ſuam perfectionem devenerit.

Hoc enim vitriolum etſi reliquis omnibus, quocunque etiam modo elaborata illa ſint, plus anteponendum tam ratione volatilitatis, quâ excellit, quam & virium ratione; attamen in volatile liquamen, repetitis cohobationibus redactum, rurſus in cuprum mutari poteſt: eapropter ut ab hoc viridi cupri liquore Mercuriali parti adhuc conjuncto ſulfur ſepares, *ſal armoniacum inde auferri debet per repetitas ſpiritus vini deſtillationes:*

Commiſcendus itaque *cupri liquor viridis cum ſpiritu vini rectificatiſſimo*, qui tum leniſſimè avocandus, & rurſus alius affundendus & abſtrahendus leniter, donec repetitis cohobationibus leniſſimè ſemper deſtillando, omne ſal armoniacum ſit evectum, ubi ſemper in fundo

fundo reperies aliquam ſulfuris partem levem raram à ſuo corroſivo ſeparatam: Et ſi ignis regimen negligas & calorem nimium addas, quædam etiam pars una evehitur quæ alembicum jucundis coloribus pingit, transgreſſa verò poſtea in liquore ſubſidet, à quo ſeparanda, & priori relictæ ſulfuris parti addenda.

Poſſet quidem etiam abſque deſtillatione ſeparari hoc ſulfur, ſi ſaltem liquor viridis cum ſpiritu vini rectificatiſſimo digeratur per aliquot menſes, ita enim debilitaretur corroſivum, & relinqueret ſulfur: ſed cum multum temporis huc requiratur, præſtat per deſtillationem hoc ſeparare.

Omni tunc corroſivo, mediante ſpiritu vini extracto, nactus eris verum crocum Veneris, Martis, vel Auri, omnes exſuperans crocos quacunque ſint parati methodo: Vires enim & anima hujus croci extima jam eſt, & internè & externè in Emplaſtris, unguentis &c. efficit ea, quæ ſperare poteris. *Præſervat* veriſſimè *à calculo hoc Philoſophorum aroma*, pacat Archeum diverſimodè alteratum, viſcerum obſtructiones reſerat, laxa adſtringit, & mira alia patrat, non ſatis laudanda.

*Spiritus verò vini, qui corroſivum ſecum abſtulit inſignes item continet vires*, duplicem ob cauſam, quia præter dulce & volatile acidum, alcali etiam volatile continet, unde in *calculo maximarum eſt virium*, & ab anima Veneris irradiatus exiſtit, hinc tibi commendatum eſſe patiaris in omnibus affectibus ubi deſideratur acidum, mireris vires!

Jam verò *ſi ſulfur hoc Philoſophorum ulterius perficere lubet*, nunc enim diſpoſitum eſt ſuam internam eſſentiam tradere artifici: *Superfunde* itaque huic *alcali volatiliſatum ad eminentiam*, & in phiola ebulliant per 8. horas, ac igneum hoc alcali ſimile ſibi liquat, quod tum tinctum effunde & aliud affunde & reitera opus donec nihil amplius de ſulfure ſolvi velit, nec menſtruum affuſum amplius tingatur.

*Omnem ſpiritum tinctum conjunge, & leniter rurſus abſtrahe*, quem huic operi rurſus, & de novo applicare poteris: in fundo

verò

Obſervandum verò ut unà aliquid de alcali relinquatur, quia ſunt unius naturæ, & in unum migrant eſſe. Jam verò ut ultimam imponas perfectionis manum, leniter coagula ut ſenſim indureſcat, & hic pulvis poſtmodum gradibus ignis legitimè adhibitis ad fixitatem perducatur, ac tum *veri Philoſophorum ſulfuris nomen ſibi vendicat*, quia ei correcto & jam perfecto tota morborum cohors auſcultat, dum radiis ſuis confortat & excitat vel pacat archeum, ac in ipſa animæ ſede combinatoque Duumviratu, *amentias, apoplexias, caducos, paralyſes, vertigines, aſthmata, hydropes, atrophias, immanesque alios affectus annihilat ſtupeſcente ipſa natura*, ſicuti vidiſſe ipſe *Helmont* refert, in ſuo *de verbis, herbis, & lapidibus Tractatu*.

Hoc eſt ſulfurum metallicorum recludendi, ſeparandi & perficiendi verum fundamentum, hoc quærite, & viliores omnes alias metallorum præparationes vel deſtructiones, miſſas faciatis, & imaginationi valedicite, & rationi perverſæ, ſic enim ad ſolida pervenietis medicamina quæ Medicum nobilitant, & artis Medicæ Authoritatem reſtaurant.

---

# CAPUT VIII.

## *Aurum ſcrutatur.*

TAndem ad *aurum metallorum perfectiſſimum* accedimus, hujus ſulfureæ particulæ adeò ſunt celebratæ & exaltatæ ac perfectæ, ut *nullum amplius vitriolum ſuppeditent*: ſed hujus loco *aurum ſulfur adeò fixum* obtinet, ut omnem etiam *ignis vim eludat*; adeò concentratum hoc ſulfur, ut etiam in detonatione incredibilem ferè activitatis ſphæram occupet, cum adeò ſubtiles à concentratione ſuâ reſolutæ particulæ expanſionem tantam inducant, longè majorem, quàm vel reliqua metalla & mineralia fulminantia, quæ ex ſalibus vel vitriolis conſtituuntur.

Hic

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Et licet Philoſophi *in Sole & Sale* naturæ *omnia* eſſe exclament, attamen hoc non de minerali Sale, ſed de metallorum, quod cum ſulfure idem eſt, intelligi volunt. Sed cum altiora hæc ſint, nec hic nos immiſcemus; viam ſaltem monſtraturi ſumus, quomodo ad corpus humanum applicari hoc noſtrum ſubjectum ſolitum ſit.

In hoc ſanè hactenus ruditer admodum proceſſum eſt, adeò ut pauci reperiantur Medici, qui in hoc omnium nobiliori ſubjecto metallico, ad corporis humani infirmitates, medicamina ſua quærere audeant.

## AURUM FULMINANS.

Contenti hactenus fuere plurimi Medici, etiam Chymiæ non ignari, vilioribus auri præparationibus, corroſivis acidis inſtitutis, quali verò cum effectu, experimenta ſilent: percurremus breviter principaliora eorum ex auro educta medicamina, inter quæ primum occupat locum crocus vel calx, quam *Fulminans Aurum* vocant, hoc ita fit:

Ad *Ducatum unum ſolvendum* additur *ſpiritus vitrioli* ℥j. ʒij. *ſpir. ſalis* ℥. *ſalis armoniaci* ʒij. primo ſolvitur in ſpiritu mixto ſal armoniacum, quod fit ex tempore, tum *aurum laminatum additur*, & in arena moderatè calida ſolvitur.

*Solutio* ampliori cucurbitæ immiſſa, *præcipitatur olei tartari* ſenſim ac ſenſum affuſi *larga quantitate*, ut ebulliat, in iſta verò ebullitione *adde aquæ fontanæ* ſ. q. ſtent per noctem infuſa, & ſequenti die filtrentur per chartam, & *in filtro remanebit auri calx fulminans*, quam edulcoratam probè, in ſicciori aëre exſicca, ne calore accedente flammam concipiat: poſtmodum lævigaturus ſingulis vicibus parum ſemper ſumas, & leniſſimè teras, ne incaleſcat.

Oleum tarta *ex nitri & tartari* ana. detonatis, ſolutis & in ſal rurſus coagulatis, *factum ſit*.

Operatio pulveris hujus admiranda ſanè, quod paucula ejus grana, tantam exerant vim, ac integra pulveris pyrii libra, ubi tamen hoc ſurſum, illud verò, niſi viam infernè præcluſam inveniat, deorſum tendit, ob particularum concentratam gravitatem, & ſalium

contra-

contrariam texturam & mixturam, ut hoc indicat ex diverſis ſalibus confectus *pulvis fulminans*, qui fit ex *ſalis tartari* p. iij. *nitri puriſſ.* p. ij. & *ſulfuris pulv.* p. j. pulvis hic ſiccatus, & cochleari ferreo inditus, eundem cum Solis calce fulminante effectum edit: Si verò deſuper accendatur carbone, fulminis inſtar ſurſum tendit, & ſi metalli cujuſdam *calx* commixta fuerit, *in momento* quaſi *fuſa* in fundo reſidet.

Quoad vires, quas propinatum hoc fulminans aurum in corpore exſerit, *alvum laxare* perhibetur, *inprimis non edulcoratum admodum*, tunc enim in corpore ſoluta ſalia fermentationem concitare, & exinde natura in expellendis excrementis fermentatis irritari dicitur: Et propterea *in torminibus alvi*, *colica*, & ſimilibus cum fructu exhiberi verè perhibetur.

At tanti coëmere hoc aurum laxans, & nobile hoc ſubjectum vilioribus hiſce ſubjicere laboribus, male factum duco; quia ſic nucleo neglecto, in cortice hærere ſolemus.

Accedimus ad nobiliſſimam *Auri tincturam*, quam *Aurum Potabile* vulgò nuncupant Artifices, hoc verò paucos hactenus Medicos conſequutos fuiſſe, notum eſt: Fictitias quidem tincturas ad nauſeam uſque traditas hinc inde legimus, ſed oculorum impoſturæ ſunt: Et verum eſt, nullam omninò fieri poſſe veram Tincturam, niſi ex fundamento univerſalis Medicinæ eruatur illa, & ex ſulfure auri, à Mercuriali ſua parte ſeparati, ea legitimo extrahatur modo.

Quanti tumores non facti fuere de illo *Antonii Londinenſis* Potabili Auro, cui etiam multi, non infimi Chymiæ cultores, ut *Hartmannus*, *Crollius*, & alii ſubſcripſerunt; ſed inconſideratè admodum, cum ea Tinctura ex ſingulari ſalium ingredientium textura, cum Auro copulata, digeſtionis ſaltem beneficio emerſerit.

Et quid non alii promittunt de ea Auri Tinctura, *mediante ſacharo & ſpir. vini* facta? plura ſanè quam in receſſu experieris.

Quod vero attinet *Solutiones* ſive *Tincturas Auri irreducibiles*, quas *JOH. TILEMANNUS* Chymiater in Germania olim Clariſſimus pro experimentatis venditat, & *JOEL LANGELOTT*

Tt 2 ſub

ſub præfatione ad Virorum Clariſſimorum Epiſtolas, circa utiliſſima aliquot Chymica Experimenta, conſcriptas, recenſet, *cum ex fundamento Philoſophis ſive Adeptis*, tantopere commendato procedere videantur, & *ſingularia* contineant *Menſtrua* & *Encheyreſes* cum aliis elaborationibus curioſis, ea hic adponere haud dubitavi.

## EXPERIMENTUM I.

Recipe *aëris coagulati* præſertim *Sole Leonem peragrante*, vel *roris majalis* ſumme purgati part. x. *Calcis auri* ſubtiliſſimi part. i. digerantur, ſolvantur, coagulentur, vel

Recipe *Rorem majalem*, deſtilla per ſeptem alembicos, quod per ſeptimum exit eſt ſpiritus, hunc ſerva & *affunde ſali fixo in fundo relicto*, abſtrahe, & aliquid ſpiritus manebit cum ſale, cohoba toties donec totus ſpiritus ſit devoratus à Sale, quod aurum ſuaviſſime amplectitur, affunde denuo ſpiritum roris, digere per mirabiles excreſcentias, ſolve, coagula.

Recipe *Rorem abſtrahe de manna*, ut fiat Mercurius ſublimatus, mediantibus ſolutionibus, & cohobiis in capite alembici inſtar nivis, qui in ſpiritum redactus aurum ſolvit ſine corroſione.

Recipe *Mellis puri* lib. j. *Salis fuſi* ſubtiliſſime triti, *vel marini* crebris in aqua pluviali deſtillata, ſolutionibus, filtrationibus, coagulationibus purificati lib. iſſ. impone in vas fervens bulliant ſimul bene commiſcendo & volvendo, donec ſal craſſum, & nigrum fiat, poſtea ab igne exime, & in loco humido congelabitur in materiam duram, quam ſubtiliſſime *tritum*, *impone retortæ vitreæ*, *affunde aceti deſtillati optime dephlegmati* lib. ij. deſtilla ex arena ultimo tam fortiter ut vas ferme igniatur, exibit 1. acetum deſtillatum radicatum magnæ virtutis & odoris, ad auream Rem ex omnibus rebus extrahendam. 2. terra foliata ſublimabitur, quæ cum ſpiritu jungenda, à phlegmate ſeparanda, & cryſtalliſanda, in quam aurum ſeminari poteſt.

Recipe

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ſtet in paludibus & lacubus, *exſicc. humect. aquam per pannum linteum inſtar pulpæ exprim. deſtilla ſpirit. caput mort. putrefac donec ſal naturæ elevetur*, reliquum ſolve in ſpiritu, ſub dio fiant cryſtall. *caput mortuum calcin.* cum Phlegmate, *Sal extrahe*, è quo cum ſilicibus fiat ſpiritus, *affund. mineræ Auri*, extrahe primum ens, ſpiritum iſtum primo ente imprægnatum ſuperfunde corpori auri, putrefac, eleva, abſtrahe aq. reſiduum cum prioribus cryſtallis coaguletur. Ubi notandum, quod primum ens auri ſolum ſine ſulphure auri non recte coaguletur, vel

Rec. *Terram unctuoſam nigram in principio veris effoſſ.* ad medietat. viri ſine admixtione vegetabilium, deſtill. per retortam ſpirit. cum oleo fœtido ſerva in phiol. longi colli per menſ. in B. rorid. donec ſal naturæ elevatum ſit, ſepar. ſerv. in altera phiol. ne exhalet ſal volatile, oleum ſepar. & remov. ſpririt rectific. *Caput mortuum calcin. cum Phlegm. ſal extrahe candefac, ſolv. coagul. decrepit.* part j. cum part. ij. iij. *ſilicum, calcin.* miſc. deſtilla ſpirit. & oleum lente, dephlegma ſal vegetabil. in primo ſpirit. rectific. ſolv. cumque æquali parte aquæ ex aere ſolutæ miſc. ſub dio cœlo ſereno fiant cryſtall. uſque in hyemem, aqu. evaporatam reſtitue nova aqua ex aere collecta, deinde in ſpiritum ſecundum id eſt ſalis fixi in recipienti præpoſitum deſtilla ſpiritum ex minera ſolis continuò igne per octo dies à lateribus ſemper abluendo, menſtruum hoc affund. mineræ reſid. putref. per menſ. & ultra, ſolv. humid. abſtrah. circa finem igne fortiore urge aſtrum & ſemen ſolis, ut inſtar rubini elevetur, cujus part. 1. add. cryſtall. ſuperior. aſtrificat. part. 10. coq. ad perfection. multiplic. decies cum parte 10. cryſtall. uſque ad projectionem in infinitum, vel

Rec. *Terram nigram unctuoſam, imbibe per totam æſtatem atque hyemem cum aqua pluviali, tonitruali, rore majali, nive, ut ſal naturæ copioſiſſimum haberi poſſit*, deſtill. per retort. ſpirit. oleum ſal volatil. & fixum, cum oleo rectific. imbib. præcipitatum aureum, & augmenta.

Sumſimus etiam *vas lapideum* non ex quolibet lapide ſed ad regnum

regnum minerale potius accedente, *ut Bulla chii effoditur*, & formari curavimus rotundum, vel oblongum, in medio aut magis ſuperiori parte fiſſum, *infundimus vel ror. majal. vel aqu. nivis, vel pluvial. vel tonitrual. vel aerem coagulat.* vel aliam materiam ſimplicem indeterminatam ad aliquod certum regnum, *vaſe etiam prius per octo dies & noctes toto immerſo & humectato, implevimus, clauſimus luto lapideo ferreis ligamentis circumdat.* huic vaſi iterum talem pryxidem impoſuimus quæ eſt inſtar pharmacopolar. è ligno quercin. bene ſiccat. ad 2. ſpitham. altitud. & 1. ſpith. latitud. vel tantæ capacitatis ne vas lapideum ad 3. digit. tranſverſ. latitud. atting. cum fundo plano inſtar orbis ſpiſſ. 2. digit. ut pyxis digiti transverſ. 1. ſicque ea inverſa teximus vas, mandavimus terræ calore inſito, tempore brumali non æſtivali, plura etiam vaſa abſcondimus, ut ſingulis menſibus unum aperire, & videre, potuerimus naturam operantem per colores uſque ad rubedinem, ubi ex materia univerſali univerſale obſervavimus, ex particulari particularia, ex vino & oleo oliv. Balſamum opt. ex terebinth & muſto uvar. maturar. atque debitum tempus reſervatis lapidem flavum qui ad ſolem in rubrum liquorem ſolvitur, & ſolvit folia auri. Sic *terra Hauſenſis in Haſſia quam figuli adhibent ad vitrificaturas ſuas, continet ſpiritum qui omnia metalla ſolvit.*

*Sal Centrale a. terræ acquiritur in agris nigris & pinguibus pratis,* quando materia attrahens & magnetica defoditur infra terram, per duas ulnas, in doliolo ligneo, menſe Majo, ac deinde Terra viciniſſima doliolo elixiviatur in ſal vegetativum.

## EXPERIMENTUM IV.

Recipe *materiam crudam venenatam lapidoſam* quæ adhalatio montana *Bergſcvvuden* vocatur, expelle cum ſumma cautione ſpiritum, ut reſolvatur in aquam, quæ omnia metalla potabilia reddit.

Rec. *Cinnabaris nativæ & mineræ auri* ana miſce & tere ſubtiliter, affunde *ſpiritum Mercurii proprium* ad eminent 3. digitor. digere in leni calore ut ſolvatur.

Rec.

Rec. *Cinnabarim nativam* ſolve in aqu. *regia*, adde *aurum vulgare*, deſtilla toties donec omnia tranſeant per alembicum. Vel

Rec. *Cinnabarim nativam* tere & cribra, *ſolve in aqu. Regia* ſeq. extrahe aſtrum colore viridi, abſtrahe aquam in arena, & edulcora aqua communi fient cryſtalli albæ, exſicca, ſolve in ſpiritum. Aqua regia:

Rec. *Nitri*, *aluminis* ana. lib. ij. iij deſtilla in aquam fortem, ad cujus ſingulas libras adde *ſalis gemmæ* lib. iij. iterumque deſtilla.

Rec. *Cinnabrium nativum* quo rubicundius eo melius, optimè pulveriſat. affund. ſucceſſive *aqu. fort.* clarificat. ſolve & extrahe quantum poteris, deple à fœcibus, deſtilla per arenam primo lente, deinde fortiter ut prodeat aqua fort. & ſublimetur ad latera Mercurius pulcherrimus qui vitro tangendus, non cum metallo, eſt enim Draco volans, pone in phiolam longi colli, affund. *Spirit. vini* opt. tantundem circiter, ſigill. hermet. in B. roris vel fim. per menſem fiet oleum aurei coloris quod à vini ſpiritu ſeparandum.

## EXPERIMENTUM. V.

Recipe *vitrioli optimi*, vel *vitrioli veneris* quantum placet, expelle ſpiritus per retortam album & rubrum, hunc rectificatum & dulcem *fermenta cum ſubtiliſſima calce auri*, & hanc ſatis imprægnatam, imbibitamque ſolve cum illo purificato, vel Rec. *Caput mortuum vitrioli optimi* per 24. horas extreme uſtum, ab omni ſapore vitriolato liberum *exponatur aëri per dimidium annum*, (interdiu à ſole præſervandum) extrahatur ſal nitroſum cum aqua pluviali, vel roris majalis quod in cella ſolvatur in liquorem, deinde deſtilletur in ſpiritum, vel

Rec. Columbam albam ex Corvo nigro, *Salis terræ communis, vel vitrioli per putrefactionem & ſublimationem product.* quæ in aquam verſa aurum ſolvit, & cum eodem ad perfectam rubedinem figitur. Vel

Rec.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſpatium ſupereminea, ne fumus penetret, c
quatuor foramina in margine aperienda, ne
alembicus illa claudere poſſit, ſic lampade cu
dine, per gradus ſequentem maſſam ita tractab
unam, *Mercurii purgati* p. vj. fiat amalgama,
duriorem globum immitte patellæ ſuperiori ſ
& ſenſim ſublima atque evapora Mercurium
deinde iterum colligere poteris, reliquum ca
globum diſcinde, tere, & lava cum aqua d
ſerva & poſt ebullitionem, unam aut alteram
inpalpabilem exſicca, reſtantem Mercurium v
tam, vel evaporationem, ut remaneat calx a
reduci poteſt niſi in vitrum ſmaragdo ſimile
quatur, ſed ejus ſal per acetum deſtillatum e
maxime utilis, quemadmodum etiam pulvi
maligna & ichoroſa curavit. Eadem eſt rat
fuſionem hyacinthum exhibet. vel.

Recipe *Mercurii ſublimati*, *ſal armo*
ſpiritum vini ad eminentiam trium digitorum
ſtilla per retortam 1. ſpir. vin. 2. oleum, quod
ba, ſolve in cella. vel

Recipe *Mercurium ſublimatum*, tere,
*na ferrea* in liquorem, filtra, præfige ejus lib
*hunc deſtilla per retortam vitrioli, & nitri* ana
ctifica, ut Spir. & Phlegma tranſeant, relicto
dicina prodeſt, aquam denuo rectifica per M
neat oleum Mercurii aureum, quod folia a
vel Rec. *Argenti vivi* lib. ij. in peculiari inſtru
partes vitreæ, cucurbita inferior terrea & v

## EXPERIMENTUM VII.

Recipe *Mineram Saturni expelle per retortam ſpiritus*, deinceps purificandos, vel ex ea extrahe animam ſive ſal purificatiſſimum pellucidum, cryſtallinum, dulciſſimum, in calore fluxile ut ceram, in frigore fixum, quod eſt arbor detruncata fructus immaturi, & inſalubris, in quam ſurculi aurei implantandi, vel

Recipe *Cryſtallos Saturni*, tuſis affunde *ſpiritum vitrioli opt. rectificatum*, digere aliquot dies & noctes, abſtrahe Phlegma, affunde recentem ſpiritum, digere per 3. vel 4. dies, iterum abſtrahe, repete aliquoties, donec Saturni corpus ſufficienter ſit recluſum: hac abſtractione ultima facta miſce cum argilla, fiant globuli, deſtilla in retorta bene lutata 1. leniter *ſp. Mercurial.* 2. *fortius oleum rubr. fixum* mutato receptaculo ſeorſim excipiendum. 3. *Ex fæcibus beneficio calcinationis extrahe ſal.* 4. digere oleum ſeorſim, & ſp. ſeorſim in phiola. 5. Conjunge oleum cum ſpiritu, abſtrahe in maris balneo, octies vel novies cohobando, donec uniantur. 6. adde ſal fixum, abſtrahe per cineres, vel arenam, tertia vice & poſtremo igne validiore. 7. Circula in phiola hermetice ſigillata, deſtilla adhuc ſemel in maris balneo fervente, vel cineribus, pro menſtruo univerſali, vel

Recipe *Mineral. Saturni pulveriſ. & cribrat.* par. 1. *Spir. Sal.* p. ij. *aceti* part. x. digere per octo dies donec dulceſcat acetum deſtillatum, filtra, evapora ad cuticulam, digere per 40. dies, ne fluat, deinde nec fumet, fige ad rubedinem.

Recipe *Pulverem Marcaſitæ*, deſtilla per retortam primo ſpiritus nigros removendos, 2. Chryſeos in aqu. tonitrualem colligendos cum rubro ſale volatili miſcendos. 3. *Ex capite mortuo fiet ſal*, prioribus addendum, deinde putrefaciendum, deſtillandum, rectificandum.

Recipe *Mineram Antimonii ſolaris* pulveriſat. affunde in alembic. cœco *aquam cælicam* in lapid. ignis demonſtrat. ad ſuperemiment. 4. digit. tranſverſ. putrefiant in maris balneo bene lutato per 3. hebdomad. ne tamen bulliant, & fiat nigrum pone in cineres, digere, reſolve donec clareſcat, & ſuperius inſtar cryſtalli pellucidum

fit, infra coronam v. circulum rubeum & igneum habeat, quod oleum ſeparandum in vitrum oblongum, & dimidia pars ſalis Nitri in mari noſtro creti addenda, ſigillanda, digerenda, conjunge, coagul figenda in lapid. inſtar carbuncul. vel.

Recipe *Olei Antimonii* (ex libra ſemis Mercurii ſublimati, & Antimonii ungaric. lib. j.) unc. ij. *inſtilla in aquæ fortis* lib. j. digere per diem, & noctem, deſtill. *ſolv. cum ea auri lamin. vel croc.* drach. vj. abſtrahe ad oleitatem, & fiant in retortula ſigillata cryſtalli aureæ quarum unc. j. c. *Mercurii per calcem Saturni ſepties ſublimati* unc. ij. ulterius elaborari poteſt.

Vel Recipe *Butyri Antimonii* lib. ʒ. *Cinabaris Antimonii* unc. j. ſolve in phiola colli oblongi igne arenæ mediocri, ut lente bulliendo rubeſcant, adde auri unc. j. ſolve etiam.

## EXPERIMENTUM VIII.

REcipe *Mercur. Jovis adde aurum bene agitando & miſcendo*, digere in leni calore per octo dies, ut fiat Mercurius animatus, hunc exprime per corium, & ei quod remanet nondum ſolutum adde nov. Mercurium Jovis, fac ut ſupra, ſic poſſunt lib. iij. iv. cum uno Iotone animari, vel

Recipe *Miner Jovis nigro bruneam aut fuſcam*, affunde *acetum deſtillatum proprium*, ſolve, præcipita cum aqua calida, agitando, filtrando, in frigido ſeparando per inclinationem, edulcor. filtra per chartam, ſiccat. fiant cryſtall. pro ſeminario auri, acetum deſtillatum ſepara ab aqua, & utraque utilia uſque ſunt.

## EXPERIMENTUM IX.

REcipe *Mercurium martis* fac cum auro virgineo ignem nunquam experto amalgama, lava cum aqua ab omni nigredine, exprime per corium, exſicca, impone per 3. dies & noctes in aquam calid. non bullientem, phiolam interdum circumvertendo, ſigilla deinceps Hermetice, & in balneo vaporoſo digere. Vel Rec. *Auripigmenti & Mercurii ſublimati* ana deſtilla in retorta cum ampliore collo ne diſſiliat, *fiat butyrum*, ſolve in aquam cum qua diſſolve limaturas martis,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

medio, vel ſine ſecundi gradus aqua externa exſiccata & incorporata, ſigil. hermetice, per totum tertium gradum, ubi ignis debet eſſe tanquam reverberatorius: ſume nunc tres ramos, vel excreſcentias, & radicem unam, miſce optim. fige iterum in phiol. per primum grad. 40. dies, per ſecundum octo, vel 14. dies, per tertium menſis ſpatio, adde calcem auri, vel argenti, ſolve, coagula, repete quater vel ſexies

Rec. Nucem Hermeticam *mineram argenti rubinicam* Rothgülden-Ertz / lava, purum exſicca ſine igne, tere ſubtiliſſime in vitro cum fundo plano impone materiam, ad craſſitiem digiti tranſverſi, ſigilla hermetice, conclude in vas quercinum, ut collum tamen ſuper operculum emergat, hoc in aheno cum aqua calida non bulliente digere donec ſublimetur ſemen argenti pellucidum, Similiter cum minera auri, & cinnabrio nativo procedendum, quæ deinceps proportionaliter jungenda, & debite tractanda ſunt.

## EXPERIMENTUM XII.

Recipe *mineræ auri optimæ, rubræ & pellucidæ*, deſtilla per retortam ſpiritus, qui ſunt Azoth, & Acetum deſtillatum Philoſophorum, ex propria nimirum minera & corpore humidum radicale, aurum præparatum ſolvens, & inſtar magnetis eſſentiam ad ſe trahens,

Vel Rec. *Mineram auri optimam*, & puriſſimam, fiat pulvis, ſigilla hermetice, digere in Balneo vaporoſo, donec roſa alba & rubra effloreſcat, quas in lecto debite conjunge, ut edant partum regiæ dignitatis,

Vel Rec. *Mineram auri immaturi ex Tranſilviana*, aut aliunde, Confringe in fruſtra inſtar fabarum, digere per 14. dies in balneo, fiet inſtar roris in vitro pellucidi, appoſito alembico deſtilla gradatim in arena, fiat aqua ponderoſa, affunde fæcibus, deſtilla iterum, idque ter, digere octo dies in igne vaporoſo, ſepara phlegma in leni Balneo, ut in fundo remaneat aqua cœrulea.

EXPE-

Vel Rec. *Aurum ſuo ſpiritu adhuc dotatum*, è minera ſeparatum, non per ignem, nec Mercurium, ſed malleum, nec aëri, nec calori expoſitum, ſed in veſica probe clauſa ad laborator. delatum, limatum, ſed ne incaleſcat, deſtilla in retorta vitrea cum collo anguſto incorvato duar. ſpitamar longitud. bene lutata cum recipiente ex arena, ut eliciatur ſpir. vel fumus albus cum guttulis, refrigerato vaſe ſtatim exime cum penna, vel inſtrumento aureo ne ſolvatur, ex Marca auri habentur circiter drach. 5. Remanens aur. per antimon. purgat. ſine damno bonum eſt, vel ad fermentum uſurpari poteſt. Spiritum reſervatum a. in phiola hermetice ſigillata per 6. hebdomadas ignisque gradus fixabis in Mercurium philoſophorum rubrum, dulciſſimum cui adde mercurii virginei è minera part. vj. ad part. j. coque in ovo Philoſophico ad tertiam vel quartam partem vacuo, bene ſigillato, in rubed. extrahe cum Sp. vin. abſtrahe ad gummatis conſiſtentiam, cujus pars j. convertit part. x. auri in tincturam, quæ multiplicatur ante fermentationem cum auro, ſi primo novus Mercurius virgineus addatur, utraque coagulentur, extrahantur cum ſpir. vini, & denique ſuper aurum projiciantur. Vel

Rec. *Sacchari candidi electi*, *ſalis albiſſimi exſiccati* ana. q. v. affunde *ſpir. vin. ter rectificati* ad eminentiam trium digitorum, putre-

putreſac in leni Balneo, per octo dies, quotidie ter, vel 4. circumagitando, deinde ſingulis liberis pulverum ſuperiorum adde tantum ſilicum alb. in furno laterum calcinat. deſtilla primo ſpirit. vini, 2. fortius ſpiritus reliquos, qui ſolvunt laminas, vel calcem auri, prius per 6. horas candefact. non autem liquat circul. per 14. dies deſtilla per alembic. ſang coloris.

## ERPERIMENTUM XIV.

Recipe *tartarum alb. calcinat.* extrahe ſal, purifica, clarifica, ut fiat tanquam cryſtalli pellucidiſſimi, *cum quo acue vini proprium ſpiritum*, & eodem ſolve Solem ac Lunam, vel

Rec. *Sal Tartari puriſſimum abſtrahe* 1. *acetum deſtillatum*: 2. *ſpir. vin. intercedente ſemper digeſtione triduana*, idque repete per 50. vices, donec omnia affuſa in priſtino ſapore redeant, & *ſal Tartari fiat volatilis* cujus part. 1. adde aquæ mercurialis per inſtrumentum ferreum præparatæ p. iij. deſtilla in cucurbitula uſque dum uniantur. Vel

Rec. *Sal tartar. albiſſ.* miſce *cum pulv. carbon.* deſtilla, reliquum ſal iterum miſce cum pulvere carbonum, deſtilla idque tamdiu repete, donec totum ſal tartari vertatur in oleum Salis. Vel

Rec. *Sal Tartari ex cineribus ſarmentorum virium elixiviatum*, & prima vice coctum, aut coagulatum ſuſpende ex ſacco in cella ſuper vitrum amplum, c. charta filtratoria, fiat oleum purgatum, lava filtrationes & ſolutiones cum aqua, coagula, & candefac in tigillo, pulveriſa in mortario calefacto, & loco fervido, affunde oleum deſtillatam aliquod, miſce optime q. ſal imbibere poteſt, ad conſiſtentiam tamen melleam, in cucurbita integra, non abſciſſa, cui phiola inſetta; & bene allutata ſit, digere 10. 15. hebdomadas, deſtilla gradatim, per retortam, quod remanet, ei iterum affunde oleum nov. diger. deſtill. ſic primo exit oleum ſplendidum, ſecundò flavum, ubi mutandum receptaculum. Vel

Rec. *Sal Tartari puriſſ. abſtrahe ab eo acetum deſtillatum toties, donec cum priſtina aciditate redeat.* Sal commun. in fundo alembici,

auctiore

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Rec. *Aceti optimi* menſuras duas, injice *Salis Hallenſis* manipulos duos, deſtilla uſque ad impuram nigredinem, tunc remove receptaculum, & denuo injice ſalis manipul. unum, deſtilla, idque ter. Clari menſuram unam effunde, affunde ſalis-Hallenſis lib. iij. & bene lutata in arena exſiccentur, cujus drach. iij. miſce cum novi ſalis lib. iij. deſtilla in vitrea retorta, per primum diem leniter, per ſecundum fortius, ne tamen ſal fluat, in præfixum receptaculum; & cum aqua deſtillata communi, ut exeat 1. Spiritus cum ſublimato, qui commiſceantur, 2. acetum ſeorſim colligendum, 3. Oleum etiam ſeorſim. Primum iterum deſtilla, per cineres, in cucurbita vitrea cum alembico, collige 1. aquam dulcem, 2. acetum, 3. oleum. Ex prima aqua dulci fiant cryſtalli quarum unc. ſſ. addatur ad ſoluti auri unç. ſſ. in olei ſalis volatilis unc. iij. ſſ. & ſimul coagulentur in phiola, donec figantur.

## EXPERIMENTUM XVII.

REcipe *Spir. mundi catholicum*, ſolve aurum laminatum puriſſimum, ſtent per noctem, filtra in Phiolam, ſigilla hermetice, pone in Athanoris globum interiorem, per 40. aut 45. dies, deinde peracta putrefactione, ut cauda pavonis appareat, per 50. dies in cineres, ut albeſcat, per 50. alios dies in arenam, continua adhuc, per 30. aut 50. dies donec flaveſcat, demum da ignem quarti gradus, ut rubeſcat, & in medio granum inſtar piſi, quod auri ſemen eſt, appareat, cui adde 10. partes ſpiritus catholici, & procede ut prius, donec fluat inſtar ceræ, nec amplius fumet. Multiplicatur porro hoc modo: quando rubei fixi pars j. cum ſp. partibus 10. unitur, & excoquitur, ſecunda, vel etiam tertia vice ante projectionem aurum fluet in crucibulo, & addito pulvere reddatur friabile. Sic tinget mercurium, ſed non amplius poteſt multiplicari. Reſervandum igitur eſt aliquid pulveris ante fermentationem c. auro ad medicinam: recipe lapidis ſcrup. j. ſpiritus vini onc. ij. reſolve. Doſis gutt. 2. ad 4. in appropriato vehiculo, vel Rec. tres partes volatiles hominis, vini ac auri, conjunge cum tribus fixis partibus hominis, vini ac auri, fiat lapis fermentandus cum auro vulgari, & multiplicandus cum proprio ſuo ſanguine.

Experi-

Experimentis hiſce jungo *Cl. Clauderi Proceſſum*, conficiendi *Tincturam Univerſalem*, utpote cum ex vero Univerſalis fundamento eum procedere ſanctè teſtetur; cum vero longis ambagibus demonſtraſſet Materiam Tincturæ dictæ neceſſariò debere componi, tanquam Principiis ſuis Eſſentialibus, *è ſale volatili, æthereo, & ſale fixo terræ per amicam fermentationem unitis*, clareſcere ait, *illos omnes qui duas haſce partes non conjunxerint legitimè*, ſed vel in parte Volatiliori, vel fixiori ſola, meditationes ac labores ſuos impenderint, *propria ſua culpa verum ſcopum haud attigiſſe*, quisquis etiam fuerit ille, ſpiritum Aſtralem capiendi modus. &c.

*Diſtinguit verò laborem in partem ejus priorem, & poſteriorem:* Prior ait, in hoc conſiſtit.

prius ſeparatis ſuperius gramine, ſimilibusque ſcoriis ſuper-
Locus autem liber ſit à brutorum aditu, muniaturque ab aliis
tatibus, ut ita eo felicius & facilius influxu Aſtrorum, ut &
vè modo per rorem, modo per pluviam & nivem, toto ſe-
hyemali fertilis reddatur, *ac ſale volatili aeris largius impregne-*
ſtea circa inſequens Æquinoctium Vernale, *Menſe Martio*, vel
*Menſe Aprili*, aut *Majo*, prout nimirum temperies aëris eſt fœ-
& ſerena, aliæque conſtellationes coincidunt laudabiles, (*tales*
*ircumſtantias plurimum conferre, ac neceſſarias eſſe operi, fatetur*
*entia verorum Chymiatrorum*) Terra deſcripta eruatur è fovea,
*is largis, & vaſculis latis, non adeò profundis*, tempore nocturno
atur aëri libero, radiisque Lunaribus; muniatur tamen tecto à
, (quamvis enim hæc ipſa aliàs ſit aliquale vehiculum *Spiritus*
, hic tamen tenuitate ſua aquoſa diluit, & diſſolvit illum ex-
inariè, & largius in ſubjectum hoc optimè capax influentem)
liu verò ac cœlo tempeſtuoſo, ac flantibus ventis violentiori-
ſal illud ſumme tenerum, & ſenſibile diſſipantibus remo-
.

*Expoſitio autem hæc continuetur, ita ad minimum ſex ſeptimanis,*
*quot menſibus*, præcipuè usque dum præterierit Solſtitium æſti-
atque Sol Leonem fuerit ingreſſus. Ubi monitum volo, qui-
e pyrotechnorum operationem hancce audet maturare, ean-
icipiat Menſe Martio, ſtatim è Terra eruta materia, licet per
en non digeſta, præparata, ac impregnata fuerit: Quamvis
io notata hyemalis, longè præferenda magisque commen-
; Ad hæc ſi poſſibile eſt, *dicta terra ante effuſionem per tres ſeptima-*
*via non tangatur*, cum eadem glutinoſum terræ corpus liquidius
t ne tam copioſe huic inhærere poſſit æthæreus ille hoſpes ad
ſumme arduum, præcipuè temporibus illis Anni Balſamicis,
d cardo rei eſt, *Cœlo exiſtente pluvioſo ſpiritus Mundi non poterit*
*unicari purus*, ſed vaporibus craſſis terreſtribus elevatis eſt
uinatus.

Tunc recipe *Terræ hujus ita ſale aſtrali volatili, & cen-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*obſervaveris*, *experieris*, *quam fragile ſit vitrum*, quam fall expectatio, quam irritus tuus labor; Ultimò tamen ſemper fortius eſt augendus, juxta leges quarti gradus.

*Deſtillatum iterum ſuperfundatur reſiduo*, poſtquam aliqu ſteterit, denuò in nova retorta vitrea benè lutata deſtilletur, *toties repetatur*, *uſque dum prodierit liquor lacteus pinguis*, *in coagulabilis*, *in calido liquabilis*, *veluti butyrum*; quod ut pluri ſextâ vel ſeptimâ accidit deſtillatione. Dictus hic liquor aliq adhuc, itidem eſt rectificandus pro meliori volatilis & fixi ui Atque hæc dum abſolviſti, *anteriorem*, eumque laborioſiorem *tionis partem abſolviſti*; obtineſque *verum Aurum philoſophicu* huc tamen immaturum.

Priori huic Parti tandem *ſuccedit Pars Poſterior*; Pars po dico, quæ eo magis grata, cum laboris tam tædioſi, tam deſ tiſſimi finem afferat, eò magis quoque grata, cum in hoc c graves, moleſtæque operationes, eidemque leni modo digeſ longiori otio, ac patientia ultima imponatur manus.

Poſtquam igitur dicto modo per crebrius repetitas digeſti ſolutiones, rectificationes, ſcoriæ ac impuritates è materiâ re poſtquam principia decenter depurata, conjuncta, pars volatilis & fixa volatiliſata, reſtat *ut blanda circulatione in catholicam Tincturam traducantur*, *& in veram quintam Eſſentiam concentr*

Propterea dicti liquoris portio immittatur phiolæ vel cu tæ parvæ ut tertia ejus pars ſaltem repleatur, *vitrum Herme cautè ſigillatum imponatur cineribus*, *vel arena* (alius præponit Bal vaporis, vel etiam Maris; de quibus plura paulo inferius, ignis agitur regimine) *digerantur ita leniore ignis gradu*, & Materiam incluſam miris gyris aſcendere, deſcendere, elevar primi, & ex circumgyratione penitiorem atomorum volatili fixarum unionem & combinationem concludes; *donec pede & ſucceſſivè materia colore nigro imbuatur*; quod *caput corv tant* chymici.

Mirandum ſanè eſt, quomodo materia tam diu, tàm & laborioſè, tam diverſis modis depurata nigreſcat, & videtur

mentitiis adhuc ſcatere impuritatibus, aut tales fœces deponere: quod ideò hic monitum volui, ne quidam per hoc ſibi imponi patiantur; *ſed ſciant colorem hunc eſſe vere philoſophicum.*

Cum ad nigredinem ita labore tuo pertigeris; *expectanda erit poſtea albedo, & ultimò rubedo pellucida*, licet colores alii quaſi intercalares interveniant illas v.g. Poſt nigredinem apparent figuræ variegatæ, quam *caudam pavonis*, vel *iridem* vocant; poſt albedinem verò *flavedo.*

*Apparente* ita per tempus veluti dictum, *reali & perfectâ nigredine*, *modicè augeas ignem tuum*, huc uſque valdè modeſtum, & oculos tuos exhilarabit lentè oriens pulcherrima illa iris, vel Pavonis cauda, paulatim degenerans in Terram albiſſimam quaſi foliatam, ſcintillis argenteis per vitrum radiantem.

Conſpectus hicce *Cygneus color, oſtendit & offert tibi perfectam Tincturam* vel *Elixir album*, quod quamvis non ſit plenaria *Tinctura Univerſalis*, tamen unum vel alterum hujus granum, virtute quodammodo generali morbis omnibus medetur, ac impuriora metalla in veram Lunam convertit.

Poſtquam tibi licuerit eſſe tam felici, hæc ita abſolvere, *tunc iterum paululum exalta ignis gradum, cautiſſima tamen, & parca ſemper manu*, & ſucceſſivè *gratiſſima illa albedo* per varios colores, præprimis flavedinem, in fine crocatam, vel è flavo rubeſcentem, *ultimò adipiſcetur perfectionis ſuæ gradum*, nimirum *rubedinem*, dum pedetentim, & lento modo ſeſe materia transformat in granum, vel corpuſculum globoſum rubiniformè pellucidum.

*Hoc eſt illud conſummatum rerum Phyſicarum omnium myſterium*, veriſſimum rerum quarumlibet medicamentoſarum centrum: Cujus incomparabilis efficacia, tam in ſanitate præſente conſervanda, ac amiſſa reſtituenda, quam in metallis ignobilioribus magis nobilitandis, ac in Aurum conſtanter transmutandis patet.

Quantum temporis requiratur, antequam *Fortunatarum harum Inſularum* Portum tangere liceat, tam accuratè definiri non poteſt, cum antecedens, eaque laborioſior operis pars citius ab uno, quam ab altero

altero abſolvatur. Varietas enim operationum in depuratione, digeſtione, cryſtalliſatione, &c. laborem aut prolongare aut abbreviare valet.

In Poſterioris verò partis negotio, moderata nimirum digeſtione, itidem operator alter, altero eſt peritior, imò felicior *mediante ignis regimine; in quo cardo rei conſiſtit.* Cautus tamen & expertus, & ita ſimul patiens Pyrotechnus non adeò facile errare poterit, ſi modò certam & orthodoxam ſibi præfigat regulam; mutationem colorum depictam in materia incluſa conſpectui ſeſe offerentium.

*Quam diu enim vel planè non, vel non diu perfecta adeſt Nigredo, tamdiu requiritur ignis ſummè lenis:* Colore autem dicto apparente, *augendus eſt paulatim ignis* donec albedo acceſſerit, & diſceſſerit: Tunc iterum modicè ignis eſt augendus (*cavebis tamen ne quid nimis*) uſque dum illuxerit deſideratiſſima illa rubedo, & tunc continuandus eſt per temporis ſpatium calor; Quo diutius enim digeritur vel circulatur materia, eò maturior, eo perfectior certiſſimè Tibi erit expectanda Tinctura. Quandocunque enim admodum lenis adhibetur ſaltem tepor, neceſſaria partium volatilium, & fixarum mixtura, tardiore quoque motu ad ſuam perfectionem, ad ſuum finem tendit; *Si verò junctò celerius ignem augeas, materia* contenta molliori ac delicatiori inhians tractationi, *vitrum rumpit*, atque ita laboris præcocem, & infauſtam facit periodum.

Faſſus mihi eſt (pergit *Cl. Clauderus* in ſuo *de Tinctura Univerſali* perdocto tractatu p. 240.) Chymiater Celeberrimus ſanctâ fide, quod magni Principis juſſu ac ſumtibus, aliquot annorum ſpatio Philoſophiæ Pyrotechnicæ incubuerit, ac tandem primicerium hoc opus chymicum fuerit aggreſſus alacri mente, & manu indefeſſâ. Poſtquam autem ad duos annos, & quod excurrit, huic methodicè inſudaverit, ac jam dum ex albedine tantum non perfectâ, per vitrum radios lunares ſpargente, maximam optati eventus ſpem conceperit, una vice improviſo fortaſſe ob ignem paulo fortius auctum, vitrum penitus diſruptum, in cauſa fuiſſe, quod loco præmii, præter olei operæque perditionem nihil reportaverit.

Proin-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

loquuntur, *ille non adeò aberrabit* à vera ſemita, *ſi juſto tempore, ac modo addiderit Aurum vel Argentum* vulgare vel perfectum.

Cum hâc additione autem ita eſt procedendum; nimirum poſtquam abſoluta priore operis parte aggreſſurus es poſteriorem, longinquâ illa, tarda & patienti digeſtione perficiendam; tunc *partibus decem materiæ dictæ Univerſalis* admiſce *partes duas Argenti*, ſi ſaltem Tincturam albam, *totidem verò Auri*, ſi Tincturam rubram, vel opus abſolutiſſimum deſideras (debent verò ſumi *Sol* vel *Luna puriſſima, vel in pulverem aut crocum redacta*; quo melius enim antea eadem ſunt reſoluta, eò citius materiæ ſeſe uniunt. Commodior *Auri Crocus* habetur, dum hoc *cum Antimonio purificatum, amalgametur cum Mercurio*, hinc ſuperfundatur *ſpir. vini* ſummè rectificatus, *qui evaporetur, vel deſtilletur aliquoties*; & fiet pulvis optimè levis, tenuis & poroſus.

*Factâ hâc materiæ & Auri commiſtione, progredere in proceſſu tuo, lentè feſtinando*, & ſi forte Aurum aut Argentum prima vice haud integrè materiæ Univerſali fuerit commixtum, tunc *adde denuò materiæ hujus portionem Auro*, & aliquot ſeptimanis vel menſibus illa tractes, & unientur ſucceſſive juxta tuum deſiderium.

*Augmentationem* Tincturæ quod concernit, fatetur quidem Cl. *Clauderus* ſe ipſum quidem de veritate experimenti teſtari haud poſſe, nihilominus tamen de hujus praxi inſtituenda curioſis ſubjungit, quæ quidam curioſorum chymicorum ſibi fideliter ſignificavit ac ita procedere juſſit, nimirum, *capias Tincturæ tuæ rubiniformis pellucidæ partem unam*, huic adde denuò *liquoris illius lactei butyroſi*, finita prima operis parte confecti, *partes decem*, ſigillentur Hermeticè, digeranturque per unam alteramque ſeptimanam, ſolitis illis lenioribus ignis gradibus, augendo tamen ſucceſſivè calorem, & quidem ultimò fortiſſimè atque ita maximè eſt fixatum, ac multiplicationi aptum. Hic labor ita aliquoties repetatur novi liquoris affuſione; & pervenies ad illum, multis incredibilem perfectionis gradum. Hujus pars una, ſi injicitur decem partibus Auri fluentis, hoc omne ſimile redditur Tincturæ injectæ pro exhibendis illis miraculoſis operationibus.

*Atque*

*Atque ita poſſibili perſpicuitate, neceſſariisque circumſtantiis ingenuè orbi literato communicavi, poſt deſcriptam Tincturæ Univerſalis materiam, hujus quoque præparandi modum; utpotè quibus duobus, tota res innititur. Ecce ingenuam & ſinceram optimi viri confeſſionem, qui adeò apertè, tanti arcani revelationem tibi obtrudit,* non ignorans Deum T. O. M. ſua Bona vendere labore indefeſſo, & licet cuilibet liceat legere & mirari miraculoſa *Majeſtatici Dei opera,* tamen illos rogatos vult, ne manum aut mentem frivolam intempeſtivo ac impio ſcopo huic operi admoveant, ne ſi accidat eventus fruſtraneus, inſperatus, jacturam temporis aurei, nummorum aureorum, ac famæ, non ſine æternæ ſalutis periculo, propriæ pravæ concupiſcentiæ adſcribant.

Præterea credit, & tot experimentis confirmat, Deum, *Solem hunc* obſcuris ignorantiæ tenebris & nubibus oppreſſum relinquere velle, neque cuilibet permittere adire Corinthum, etſi via ſit trita & omninò cognita, cum Deus ſuis Adeptis ſaltem hæc reſervarit Bona.

*Ego arduis hiſce me haud immiſceo, ſed Divinæ Directioni & indefeſſo operatoris labori hæc relinquo.*

Interim cum tot experimenta teſtes nobis ſint, viam hanc ad acquirendam Tincturam Univerſalem, non tam eſſe Univerſalem quam Univerſaliſſimam; aliis in hac parte Pyrotechniæ Philoſophicæ magis verſatis dijudicandum relinquimus.

Si tamen quis plures teſtes omni exceptione majores deſideret, eis annectit nonnullos, arcanorum naturalium ſcrutatorum labores *Cl. Clauderus,* quos magni chymiæ Antiſtites inſtituerunt, etſi ſupremum Chymiæ culmen per Tincturæ acquiſitionem non attigerint, vel etiam pars eorum illud attingere animum nunquam induxerint.

Yy 2 Primò

Primo verò loco ponit laborem ex ſpiritu vel *ex Aqua Aeris* ſequentem in modum, nimirum; *Menſe Martio Sole arietem ingrediente, vel etiam Menſe Aprili vel Majo, poſtquam per unam vel alteram ſeptimanam, pluvia terram non humectaverat, ſed ros ſaltem largè per* 6. 8. *aut* 10. *dies deſcenderat, præterita noctis meridie, inſtante aurora, & dum apparere incipiunt radii Solares, Terram pinguem & fœcundam, qualem ſupra deſcripſimus, defende aſſere vel ligno, ulnam unam cum dimidia longo, à radiis ſolaribus.*

In Aſſeris hujus medio ſit foramen rotundum, cui adcurate intrudatur, cucurbita vitrea ſatis capax, cujus orificium optimè ſit munitum, & circumligatum linteo, glutine piſcium (Hauſsblaſen) viſcoſum & tenax reddito; linteum foraminulis milii formibus ſit pervium; vitrum duorum digitorum latitudine per aſſerem tranſeat, ne terra eodem tangatur. Tunc ſpeculum cauſticum in aſſerem vel lignum, ſimilis latitudinis in medio ſtricte infigatur; ponatur è regione cucurbitæ ad diſtantiam unius palmæ. Speculum dictum radiis ſolaribus ita appone, ut hi per hoc penetrent ad cucurbitam.

*Hoc ita continuatur tribus horis, & cucurbita incaleſcet, ſpiritusque Mundi è terra per lintei foraminula tranſibit in vitrum*; aquoſitate exterius circa linteum hæſitante, (nam hujus gluten non permittit ut pars aquoſa ſimul tranſeat.

His peractis cucurbitæ remotæ orificium, optime claude linteo, uti nuperum glutinoſum, tamen non perforatum, ne evaporet fugitivus hic hoſpes. *Hoc modo ſpiritus Mundi ſingulis matutinis poterit capi*, donec neceſſaria tibi ſuppetierit copia; alio tamen ſemper in loco; *extrahitur enim eo circuitu Sal aëris volatile è Terra, quem aſſeris ambitus à ſplendore Solis defendit.*

Spiritus & ſal volatile circumſpectâ dexteritate, & cauto ignis regimine rectificentur, miſceanturque ſpiritui è ſale fixo Terræ ſeorſim igne aperto, & forti deſtillato; circulentur per tempus; paratumque inde eſt medicamentum rariſſimæ in morbis etiam periculoſiſſimis efficaciæ. *Ad Tincturæ tamen Univerſalis faſtigium penitus*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

lenior indatur fornaci, canalis cum ſuo filtro extendatur verſus orientem, per feneſtram, cætera optimè clauſam; ſtet ita, uſque dum Sol fuerit ortus, & vaſculum appendici illius canalis adnexum ſuſcepit bonam liquoris aurei partem, quæ effundatur aliquoties, novusque capiatur, ſervetur in vitro optimè munito.

Alii cum SENDIVOGIO, & JOH. STARICIO, hoc ut untur inſtrumento, Fiat vas Cupreum, retortæ deſtillatoriæ ſimile, poterit hoc conjungi è 2. 3. & 4. partibus. Orificium hujus ſit ſummè Strictum, *ut vix acicula aculeo tranſitus pateat* (juxta mentem *SENDIVOGII*) in parte inferiore adaptetur canalis cum ſuppoſito vaſculo recipiente; Unius palmæ latitudine ab hoc ſit canaliculus vel ſipho. In medio hujus inſtrumenti fiat margo vel retinaculum (ein Abſatz) cui imponitur *ſpongia magna, & ſuper hanc marmor vel ſilices in fornace figulina calcinati diſperguntur*. Deſcriptæ hujus machinæ orificium, emittatur per feneſtram, per canaliculum inferius accommodatum attrahe ore tuo aërem, hic enim ſeſe inſinuabit marmori calcinato; hoc communicabit illum ſpongiæ ſubjacenti, & ſic deſtillabit per canalem liquor aëreus in vas ſuppoſitum. *Hypocauſtum requiritur huic operi calefactum, & quo major in hoc calor; frigus verò quo exterius intenſius, ex antiperiſtaſi eò magis deſideratus tibi eſt ſperandus effectus.* Operatio quoque largior ſuccedit tempore nocturno, quam diurno, cum aër tunc denſior, magisque coagulatus.

An verò dictis modis omnibus, acquiſitus liquor Aëreus, adeo ſufficienter & debitè ſit imprægnatus genuino & puro *Mundi Spiritu*, judicent alii. *Proinde etiam neutiquam deſiderato potiantur fine Operatores Tincturæ Univerſalis acquiſitione*, præcipuè quoniam ipſis ſimul deficiat dimidia operis pars, *Sal Terræ fixum*, *Chalybs SENDIVOGII*, vel magnes philoſophicus.

His tamen non obſtantibus, *ex hâc aquâ, præprimis ſi temporibus balſamicis*, & juxta alias circumſtantias, parantur, laudabilis efficaciæ medicamenta, qua de re tecte, vel ſine modo elaborandi, agunt PETRUS JOH. FABER, NIETNERUS, FRID. HOFF-

MANNUS, & plures alii. Sic quidam optimam famam ſibi comparabat ex hâc Aquâ compoſito medicamento ſequenti. *Captam Aquam per tempus collocabat in cellam pro putrefactione, hinc deſtillabat cautè per cucurbitam vitream deſtillatum ſuper reſiduum digerebat, poſtea rectificabat, prodeuntem liquorem, denuò affundebat capiti mortuo, ponebat in cellam*, & ſuccedebat egregia cryſtalliſatio; Cryſtallos exemtos diluebat aqua pluviali, quod variis morbis etiam contumaciſſimis feliciter exhibebat.

*Labor ex Aqua Pluviali* ſequentem in modum ſe habet. Menſe Martio circa Æquinoctium, vel etiam Aprili, aut Majo, *colligatur Aquæ Pluvialis, vel etiam Tonitrualis magna quantitas evaporet coctione continua, non tamen nimis forti, donec incipiat craſſeſcere, tunc deſtilla in cucurbita vitrea, uſque ad liquidiuſculi extracti conſiſtentiam.* Tunc Terram aliquam pinguem & fœcundam, vel ſolarem, humecta dicto extracto, vel ſale, copioſa aqua pluviali diſſoluto, ut fiat maſſa craſſa. *Expone ita eam per duas ſeptimanas aëri*: Poſtea dicto modo iterum humecta, ſtet iterum per duas ſeptimanas, & hoc tertia ac quartâ vice. Poſtea deſtilla è cucurbita leni igne, & prodibit ſpiritus quaſi pinguis cum ſale volatili. Spiritum aliquoties cautè & lentè rectifica, cui à phlegmate libero miſceatur ſal ſuum volatile. *Ex capite mortuo elixivia ſal fixum aquâ pluviali*, hoc repetita depuratione, & coagulatione cryſtalliſetur. *Hujus pars una miſceatur cum partibus decem ſpiritus, ſale volatili imprægnati*, adde *Croci auri* partem unam vel duas, digere leni igne, & circula, tali cautela ignem regendo, veluti paulo antea de via Univerſali monitum. Quo diutius ſteterit, & quo diligentius colitur, eo perfectius & generoſius *obtinetur arcanum Tincturæ Univerſali analogum* tam medicamentum, quam ad metallorum transmutationem idoneum.

*Non minoris ponderis eſt labor è Rore*; Utpote in cujus ſudoris cœleſtis phiſicam ventilationem, nonnulli ingenioſi Pyrotechni multum temporis impenderunt; *imprimis quod Rorem concernit majalem*, atque hoc non absque ratione, aut ſine artis fundamento, cum nec vulgus neget hunc eſſe quaſi quotidianum & ordinarium vehiculum *virtutis*

*tutis illius Balſamicæ Æthereæ*, qua de re Sacræ Paginæ, & multi multorum autorum, libri ſolida afferunt teſtimonia.

Quamvis autem *Eſſentia Roris*, maximam partem conſiſtat *in ſale volatili aëreo*, nihilominus novi induſtrium Medicinæ Myſtam, qui inde extrahebat remedium mirabilem exhibens varios contra morbos opem, aliis fruſtra & infeliciter exhibitis, ſequenti modo.

Menſe Majo mane ante Solis ortum in agris triticiferis aut pratis, *colligi curabat rorem*, *non more ſolito per lintea* (cum hæc tenui poroſitate abſorbeant potiorem partem Balſami unctuoſi ſalini aurei) *ſed per patinas terreas*. Imponatur cellæ in vaſis vitreis per unam vel alteram ſeptimanam, ut fæces quodammodo deponat, tunc deſtilla in Maris Balneo, *cautiſſimo ignis regimine* aliâs certè ſpiritus vitrum rumpunt, ſale volatili magis gravidi, ad exitum ſtimulati. *Hi cum ſuo ſale volatili, repetita, eaque leniſſima rectificatione ſeparantur à ſuo phlegmate*, *ac in vitro optimè muniantur*, aliâs inde evolant in Auras, unde primò venerant.

*Fæces à deſtillatione reſiduas calcina*, *& proprio phlegmate inde elice Sal Fixum.* Spiritum dictum ſale volatili gravidum, ſali Fixo, per ſolutionem purificato, ſuperfunde, & ita in phiola per aliquot tempus, moderato calore circulando, in ſuam perfectionem exalta.

*Mihi olim amicus inſignis chymiater*, *ſequentem concredebat ex Rore proceſſum*: nimirum, colligatur quantitas *Materiæ Univerſalis ſive caudæ Pavonis*, quæ hinc inde ſtagnis innatare ſolet; & quidem *cochleari argenteo capiatur ejus ſufficiens quantitas*. Huic ſuperaffundatur *phlegma Roris Majalis*, ac leni per hyemem furni calore, cui prope paulisper admoveatur, digere; ſic ſolvitur materia illa, & ad fundum præcipitatur colore albicante ad incarnatum vergente. Et quando ſic per hyemem ſufficientem hujus materiæ quantitatem confeciſti ac leni calore ſiccatam aſſervaſti.

*Tunc collige itidem magnam Roris Majalis quantitatem* ſuo tempore ſupra indigitato, immitte hanc cucurbitæ capaci, claude eam alembico cœco, ac per quatuor ſeptimanas pone in Balneo leniſſimo, ut putreſcat; Tum aperi vas, & impoſito alembico alio cum recipiente, optimè

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ſpiritu Mundi eo melius ſit imprægnata: *Sal aqua pluviali martiali*, & evaporatione inſpiſſetur, ac purificetur, aliquoties ſolvendo.

*Ex hoc Sale formentur globuli, cum terra pingui, deſtilleturque ſpiritus per retortam*, & ſpiritus egreſſus rectificetur. Hinc elixivietur Sal è capite mortuo, *ejusque pars addatur ſpiritui rectificato*. Sic habes menſtruum, quod *ſolvit Aurum foliatum*; *Spiritum dictum ſuperaffunde Auro foliato*, ſtet ita aliquandiu, ut ſolutio penitius peragatur, attrahaturque ſal ex aëre, (quo diutius ſtare permittitur eo melius eſt) *Tandem abſtrahe aliquoties ſpiritum vini rectificatum, modico Salis Urinæ volatilis acuatum, vel ſpiritu ſalis armoniaci*, ſtet ita aliquandiu, & menſtruum colorabitur, ac ſupernatabit Oleum rubicundum, quod per Balneum Maris abſtrahatur, & ſeparetur à menſtruo.

Si hæc operatio inſtituitur *Menſe Martio*, *ubi ſpiritus Mundi in macrocoſmo maximè viget, & vegetat*, erit eo efficacior. Doſis ſunt paucæ guttulæ, & cum Oleum ac ejus rubor nullo modò à menſtruo, ſed à radicaliter ſoluto Auro procedat, quilibet ſibi imaginari poterit efficaciam rariſſimam: hæc *Schröderus*; qui hâc methodo quidem duriſſimi Auri repagula, modo pluribus incredibili reſolvit, ut potitus fuerit incomparabili remedio; *attamen plenariè ad Tincturam Univerſalem haud aſcendit*, cum non omnes encheyreſes ſuperius de via Univerſali notatas obſervarit; præcipuè verò plenaria unio, & influxus ſalis volatilis, cum ſale fixo Terræ haud acceſſerint.

Dantur porro adhuc variæ Auri Tincturæ, ſolutiones, vel extractiones, quæ quamvis firmiſſima illa Auri clauſtra penitus non penetraverint, tamen non ſunt omninò rejiciendæ, præcipuè *ſi participent de ſale fixo Terræ, vel de Volatili Aëris Sale*; *unde Auro potabili ſunt affinia vel analoga*: quales *Tilemannus* ſupra in ſuis experimentis tradidit &c.

Varia alia menſtrua, vel magis aut minus in Aurum ſolvendum agere valentia, excogitarunt varii Dædali chymici. Sic non contemnendæ virtutis etiam eſt illa Tinctura ex *Croco Auri* ad mentem BASILII VALENTINI, mediante *oleo Cinamomi* extracta.

Beatus Doct. MICHAELIS modo notatum *Auri crocum extrahebat*:

*hebat*

*hebat ſpiritu è minera Saturni*, hancque Tincturam ſæpiſſimè propinabat pro refocillante Archæi debilis ſolatio.

*Illuſtris quidam chymicus* magni æſtimabat *ſpiritum è pane optimè fermentato*, aliquoties cautè rectificatum, *poſtea Spiritu Vini alcoliſato mixtum & circulatum.* Efficacior tamen foret hic Spiritus Panis, *rore majali, aut aquâ pluviali deſtillatus*, & ſummè rectificatus, *tunc verò radiis Solaribus, ac aeri expoſitus in vitro*, ubi poſt paucas horas limpidiſſimus ille ſpiritus, *rubini colorem* aſſumit; de qua re conſulendi *Anglus Celeberrimus* ROBERTUS FLUD, & JOH. TACK. *in Chryſogonia Animali & Minerali* p. 76.

Præter haſce Tincturas Auri conficiendi modos, alii alios excogitarunt, quos tamen tam varios & diverſos hic recenſere abſtineo, pro complemento attamen adponam laborem, ad acquirendam *Tincturam* ſive *Lapidem Animalem*; quem *Cl. Clauderus* non de nihilo plane eſſe aſſerit, ac ſequentem in modum tradit.

*Collige Urinam Puerorum, venerem non expertorum*, 12. ad 15. annorum, *octoginta vel centum libras*, Sole exiſtente in Ariete: *putrefac in cella per duos Menſes*; Poſtea immittatur cucurbitæ vitreæ, ad tertiæ partis repletionem; *ac deſtilla ſpiritum leni igne*, uſque dum ſtriæ deſinant, remove hunc, & optimè muni, appoſito vero alio recipiente deſtillationem continua phlegmatis, igne per unum gradum aucto, quod itidem ſeorſim ſerva.

Liquorem ſic reſiduum effunde, *inde retortæ terreæ* appone recipiens, *deſtilla per gradus, uſque dum rubræ deſtillant guttæ*, auge ignem & prodibit oleum, magis exalta ignem, ut igniantur ultimo, pro capitis mortui calcinatione;

*Hoc modo procede collectâ integrâ urinæ quantitate.* Tunc *rectifica ſpiritus tuos per arenam in cucurbita leni igne*, ſpiritus & ſalia volatilia elicita conjungantur ſemper, & *rectificatio hæc repetatur ſepties, vel tam diu, donec fæces non remaneant*, ſed omne in ſpiritum & Sal volatile degeneraverit. Tunc *phlegmata reſervata etiam ſepties rectifica*; Semper removendo fæces reſiduas. Poſtea *è capite mortuo optimè calcinato extrahe phlegmate Sal Fixum*, hoc rectifica, ut fiat cryſtallinum, & in leni calore fluat, ac ita volatile ſit redditum; quod muniatur optimè ab aëre.

Tandem *remanentia, è quibus Sal extractum, calcinentur, edulcorenturque* adeo, ut fiat terra planè mortua & ſicciſſima: Huic *affunde oleum tuum* (à quo quantum poſſibile ſeparetur phlegma reſiduum) mixta optime ex retorta deſtillentur per gradus, ultimò forti igne.

*Oleum deſtillatum ſuperfunde, terræ cuidam bolari optimè calcinatæ, edulcoratæ & exiccatæ*, procede deſtillando, uti jam factum, & quidem ſepties repetendo; *Semperque adhibendo novam terram*; & ita Oleum verè depuratur, ac fœtorem perdit. *Terras has conjunge, calcina per dimidiam horam*, ſuperfunde aquam puram, & hæc redditur cœrulea, hæc evaporet, & acquires Sal viride, quod *veneri aufert innatum ruborem* redditque *Lunæ analogam*, figurâ externâ.

Hoc ita peracto. *Sumantur Salis Fixi partes tres*, immittantur cucurbitæ optimè operculo munitæ, impone arenæ in capella, ſubmitte ignem lentum, & Sal reddetur fluidum adinſtar ceræ, tunc ſerva lenem hunc ignis gradum. *Poſtea cape Olei tui partem unam*, remoto cucurbitæ operculo, *infunde guttam unam hujus*, ſubitò clauſâ cucurbitâ, donec materia tumultuans pacata, *& Sal fixum abſorbſerit Oleum infuſum*, hoc ita continuetur ad plenariam olei conjunctionem, vel conſumtionem.

Dein accipe *Spiritus ſuperius dicti partes duas, inſtilla* ſucceſſivè & guttatim quaſi, *Sali Fixo*, uti jam de oleo dictum; Spiritibus omnibus infuſis ac in unam ſubſtantiam redactis, *ſigilletur vitrum Hermetice*. Tum hoc *impone Balneo* æquali ignis in gradu, donec incipiat rubeſcere; *hinc Balneo exemptum, imponatur cineribus* (cineres cum materia in vitro eandem habeant altitudinem) digeratur ita eodem calore, uſque dum appareat pulcherrima rubedo, *hinc impone arenæ*, ut hæc cucurbitæ corpus rotundum cooperiat; ſingulis tribus horis uno gradu exaltetur ignis, in quarto verò gradu ſervetur per 24. horas.

*Atque ita Fixus & perfectus eſt Lapis, cujus tres guttæ, medentur omnibus morbis*, & guttula una libram integram vini vel aquæ, ruberrimè tingit.

*Huic Lapidi, ſi additur quarta pars Olei Auri*, antequam vas ſigillatur ac per 48. horas ſummo ignis gradu foveatur, *evadit in Sal vel lapidem rubiniformem*, qui metalla omnia impura depurat.

*Elixir*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*Huic prout dictum, ſucceſſivè per cochleaira injiciatur materia mixta; & ſtatim prodit Tinctura egregiè rubens;* cujus doſis ſunt 30. 40. 50. & plures guttæ.

Exhibetur Tinctura hæc præſervationis ergò 2. 3. 4. vicibus in ſeptimana univerſalibus, ſi opus, præmiſſis: In ſanando verò vel depellendo aliquo *morbo ſcorbutico, hypochondriaco, Nephritico* &c. bis vel ter ſingulis diebus. Præter virtuoſam hancce efficaciam, oculos Tuos, paſcere poteris in manifeſta *illa ac perſeverante Tinctura Rubedine ſimul per retortæ canalem prodeunte.*

## Nec omittam hic illam Auri Tincturam, quam CL. CLAUDERUS *in ſua Balſamandi ratione* p. 201. communicat v.g.

℞. *Foliorum Auri finiſſimi, per Antimonium purificati*, q. l. ſive unciam unam; adde *Fuliginis ſplendentis è furno*, Uncias duas, terantur in mortario lapideo, per unum aut alterum diem; *& quo diutius continuatur tritura eo melius erit*, quia ſic incaleſcunt mixta, & ita *Sal Fuliginis potentius penetrat particulas Auri reſolvendas*, inſimulque *Sal Aëris* ab incaleſcentia attrahitur.

Poſtea ſuperaffundatur *Eſſentiæ è fuligine quam Alexipharmacam vocavi*, ad eminentiam duorum digitorum, in vitro probè clauſo, aliquoties agitando; maneant verò ita aliquot ſeptimanis, ut virtus ſalina ſeſe magis magiſque uniat Auro reſoluto, ac illud abſorbeat; *Tunc addatur adhuc totidem Fuliginis pulveriſatæ ſplendentis* q. ſ. ad deglutiendam humiditatem. De hinc immitatur crucibulo optimè munito, imponaturque fornaci figulinæ, ut per violentum huncce, ac durum calcinationis actualis cuneum, durus ille & ferè *Gordius Solis nodus* aperiatur.

Exemptæ Maſſæ calcinatæ, affundatur denuò *Eſſentiæ Alexipharmacæ* q. ſ. ad eminentiam 2. vel 3. digitorum, relinquaturque ſic per tempus, *pro connubio eo firmiore ſtabiliendo*, & tandem filtretur per chartam.

*Vires & uſum medicamenti hujus* quod concernit, ea non modo ad præſervationem, una *& altera vice ſingulis ſeptimanis*, cuilibet ferè

homini

ſi libuerit *pro ſapore magis grato* conciliando, poterit miſceri *modicum ſpiritus roſarum*, vel *confectionis Alkermes completæ aut incompletæ*, pro ſexus tolerantia.

Porrò cum circa Tincturas Auri, hactenus fuerimus occupati lubet adjicere Proceſſum, quem FEBUR, Gallus, aliâs ſolertiſſimus chymiater, ad AURUM POTABILE conficiendum, in ſua chymia tradit. v. g.

℞. *Auri per Antimonium fuſi* & in tenues lamellas deducti ℥ ß. immittantur hæ cucurbitæ vitreæ, addanturque *Nitri puriſſimi, Aluminis* ana. ℥ x. *Salis communis puriſſimi.* ℥ v. affunde his *Aquæ pluviæ deſtillatæ* ℔ v. tum vitro in arena poſito coquantur, donec omnia cum Auro ſoluta ſunt, *id quod color Aquæ flavus indicat*, neque Aurum in fundo reſidet, *tum ſenſim aquam exhalari, permitte ad ſiccitatem uſque*: ſic in fundo relinquitur *maſſa ſalina*, cum Auro in ea diſperſo, & dilatato.

*Hanc Maſſam contere in pulverem*, huncque phiolæ immitte, eique ſuperaffunde *Alcohol vini*, *ut tres latos digitos emineat*: Phiolam probè occluſam calore cinerum digere, & intra breve tempus, tres videlicet dies tingetur Spiritus: hic tinctus filtretur, & recens affundatur, ac

ut

eum in primum metallum omnino reduci queant, ...
reliquis Metallis, quovis modo, vel ſuperficialiter ſaltem ſolutis, haud omnem laudabilem effectum denegare poſſumus.

*Alias & ſequens Aurum Potabile conficiendi modus* haud erit omnino rejiciendus. v. g.

℞. *Salis urinæ volatilis* ex recenti urina inſpiſſata deſtillati, nec non *Salis Urinæ Fixi*, ex ejusdem Urinæ inſpiſſatæ, & in Sal volatile deſtillatæ, remanentia facti ana. ℥ iiij. *Spiritus Urinæ volatilis* ex urina prius putrefacta deſtillati & rectificati ℔ j. *Hæ commixta deſtillentur ex phiola, vel cucurbita præ alta*, repetitis cohobiis, donec omnia probè unita aſcendant. *Spiritui hoc adde æquale pondus Spir. Vini rectificati & alcoliſati*, ac circulando uniantur: Sic paratum habebis menſtruum, mediante quo *ex rite facta Auri calce vel croco extrahes Tincturam Auri non inefficacem, ſolventis ſaltem ratione*, quippe hoc in ſpirituum vel Nervorum aut cerebri morbis egregiam præſtat operam, Doſi gutt. xx. vel xxx. & ultra, cum vehiculo idoneo.

CHYMIÆ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

## *De*
# Medicaminum poteſtatibus & operandi ratione.

COEca hâc in re caligo, noſtram adhuc dum tenet artem Medicam; *Chymia* quidem *ocularem partium*, rem quandam *conſtituentium*, nobis *concedit contemplationem*, ſed eam negotium hoc noſtrum expedire poſſe, & eſſe normam juxta quam vires medicaminum inveniri debeant, ratio vetare videtur: Non etenim tam in partes ſimpliciores diſſolvuntur ejus beneficio corpora, quam transmutantur & transformantur rurſus conſtituentes particulæ, ut hinc quibus principiis ſingulares medicaminum vires tribui debeant, an iis mixto actu inexiſtentibus, an noviter transmutatis, generalesque rurſus qualitates aſſumentibus, remaneat dubium.

*Helmont* tractatu *Poteſtas medicaminum* §. 65. Chymica Medicamina artis potius quam naturæ vi nativa agere confirmat, eò quod illorum initia per ignem parta ac ſic immutata ſint.

*Separat* namque *inquit chymia fixa à non fixis*, quæ prima heterogeneorum eſt obvia ſequeſtratio: Non pauca etiam quæ antea volatilia erant fixat, & vice verſa.

Nos videmus, *Plantas tam ſalutares quam noxias*, tam calefacientes quam refrigerantes, ignis tortura præbere aquam, *ſpiritum*, *oleum*, *ſal volatile*, & *fixum*.

*Animalia quæque* cum ſuis partibus, utut diverſi aliàs & effectus & naturæ, per ignem omnia *in genere ſal volatile*, *ſpiritum*, & *oleum*

cum

*cum ſale fixo fundunt.* Interim in tot differentium animalium, & vegetabilium, & partium, tam volatili quam fixo ſale, ſpiritu &c. vires vix differentes invenimus, cum tamen ex tot diverſæ naturæ mixtis enata ſint, quæ verò ſi vires cujuscunque compoſiti & mixto adhuc inexiſtentes experiri vellemus, tot experimentis diverſitatem effectuum eſſent proditura.

His ergo artis productis mixti vires debere ortum, certò perſuaderi mihi haud patior.

*Dantur ſcrupuloſi* qui *ex aliqua, inter corporis humani partes, & medicaminis, ſimilitudine*, dum vegetabilia plurima partis hujus vel illius corporis humani, figuram & ſimilitudinem quandam gerere notantur, ratiocinium petere audent, *à Crollio* huc invitati, quando inquit: Herbæ quædam magicè per ſignaturam penitus introſpicientem alloquuntur Medicum, ſuaque interiora in occulto naturæ ſilentio addita ipſi per ſilentium manifeſtant.

Quam *levis verò hæc* ſit *virium* in vegetabilibus *indagatio*, Phaſeolus docere poterit, quid enim ferè quoad figuram externam renibus ſimilius, & verò vel nullius efficaciæ, aut uſus eſſe, in eorundem affectibus, liquidò conſtat: Niſi incineratione in ſal fixum eos redactos intelligere velis, ubi vero notandum, effectum tunc non tam ut ſali Phaſeoli, quam in genere ut ſali alcalico fixo adſcribendum venire.

Imò ſi hæc argumentandi ratio momentum veritatis haberet, Poma, cucurbita, Juglans, & varia ſimilia, hujus vel iſtius partis humani corporis figuram præſentantia, ſimili ſuæ corporis parti ſpecificè competere deberent, quam vilis verò hæc ſit argumentandi ratio, etiam Helmont in diſpenſatorio moderno teſtis erit.

*Ex Odore* item ac calore quidam *vires medicaminum metiri poſſe* ſibi perſuadent, quam conjecturaliter autem, ſanis notum.

*Sapor tandem rem majori cum emolumento* exhaurire poſſe *credibile* videtur quamplurimis, præprimis cum potiſſima medicaminis activitas in ſale fundata eſſe deprehendatur.

Sic *acidus* ſapor, *refrigerandi*, penetranter verò morſicans *ſa-*

*adſtringendi* poteſtate innata pollere, inter hodiernos receptum verè eſt.

*In his tamen nullum acquieſcere debere Medicum, Hippocrates, lib. 2. de Diæta docet*: Ejusdem etenim ſaporis ſubjecta, diſtinctis ſæpius viribus prædita eſſe, his exprimit verbis:

„ *Quicunque igitur, inquit, in ſumma dicere aggreſſi, aut de dul-*
„ *cium aut pinguium, aut ſalſorum, aut alterius cujusdam conſimilis fa-*
„ *cultate, non rectè judicant. Non enim eandem vim habent neque*
„ *dulcia inter ſe, neque amara, neque ulla aliqua ejusmodi, multa enim*
„ *ex talibus ſunt quæ & alvum, emolliunt, humectant, ſiccantque, ſimi-*
„ *liter & in reliquis ſunt quæ adſtringunt, item quæ alvum movent,*
„ *& urinam cient, ſunt quæ neutrum hoc faciunt.*

Pro majori intelligentia conſideres *Opium, Aloen, colocynthidem abſynthium, chamædrin, centaur. minus* &c. hæc guſtu explorata amaritudinem tibi dabunt haud longe differentem, cum interim magna in viribus eorundem ſit diſcrepantia, & multiplices eorundem effectus in corpore, quorum tamen ex guſtu hoc haberi poſſe augurium, vix credibile.

Denique *ſi ſapida ſolum*, medicamentoſa eſſent referta facultate, & viribus, *quid de inſipidis dicendum*, ea omni medicamentoſa vi deſtituta hinc eſſe concludi poſſet: ſed quantum hæc ſint erronea, vitrum antimonii, & mercurii docebunt ceu inſipida omnino, viribus interim maximis dotata.

*Quid tandem erit id, tot & tantam in Medicaminibus differentem effectum exſerens?* & quibus mediis hoc ab iis erui poſſe credis? Chymiam etſi aliâs excludi in hoc negotio haud debeat, rem haud abſolvere modo ſupra notavimus, cum omnes res per ignem transmutentur & alias formas ſuſcipiant à nativis ſuis planè differentes.

Sic ſaporem & huc ſpectantes tot differentes ſalium figuras, ſive ex cephalicis vel ſtomachicis, hepaticis, aut diureticis, & ſimilibus vegetabilibus, aut etiam tot differentibus animalibus emergentes,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

cipia: *Galenici* quatuor elementa, *Paracelſiſtæ* ſuum Sal, ſulfur, & mercurium: *Carteſius* horum loco primi, ſecundi, & tertii elementi particulas ſubſtituit. *Helmont unicam ſtatuit Aquam, rerum omnium materiam primam.* Ego huc jungo Terram, ſalem, ſulfur &c. nec unicum modo, ſed plura ſimul concurrere, ad compoſiti cujusvis corporis texturam mihi nunc perſuadeo: Nec paſſivam ſolum hæc eſſe, ſed activa ſimul, credo, cum Lucem in ſe habeant abſconditam, quipe omnia hæc encheireſi artificioſâ ex omni aqua ſeparari queunt, quæ aliàs ſimplici deſtillatione & exhalatione in ætherem, hæc ſecum trahit corpuſcula principitantia.

Intelligenda verò eſt *aqua ſimpliciter ſumpta*, & ut eſt apparenter talis, non verò à ſuis contentis particulis ſeparata, & in elementum ſimplex redacta, quemadmodum poſſibile arti eſt.

Erunt hic qui litem movebunt; quod cum Deus primo creavit Cœlum & Terram, cur hic aliam ponamus materiam, *aquam videlicet.*

Ut aliorum pace reſpondeam, credo Cœlum hic ſumi pro aquâ expandenda, Terram vero huic commixtam conſtituiſſe tenebras, in ſacris poſt cœlum & terram poſitas.

Aquam verò integræ maſſæ fuiſſe continens, ſubitò inſequentia *Spir. S. verba* innuere videntur, quæ *SPIRITUM DEI AQUIS INCUBISSE, expreſſe ponunt.*

Primò *Cœli & Terræ* fit mentio, & ſtatim poſt *aquarum*, quibus ſpiritus Dei incubebat:

*Veriſimile* ergò admodum *videtur*, hæc *omnia confuſam quandam denotare maſſam, ex quibus* poſtmodum *Altiſſimus depromſit & exornavit omnia:*

Nec inſequentia nobis abnuunt verba, quæ terræ ab aquâ ſeparationem expreſſe ponunt.

*Videtur ergò confuſum hoc caos fluidam fuiſſe maſſam, ſive aquam, quæ tam cœlum ſua expanſione poſtmodum conſtituit, quam & terram, ſolidiores videlicet particulas, à luce ſive calore inſequente magis magisque*

*que condenſandas* (ut variis tum inſervirent creandarum & perficiendarum rerum texturis) *in ſe continuit.*

Veritatem aſſertionis aquam videlicet primum eſſe rerum omnium principium, omnia corpora naturalia docebunt, *ex quo etenim quid conſtat in id reſolvi rurſus poſſe veriſſimus creditur canon.*

Hocque verum eſſe ſupra cum de alcaheſt ageremus ſufficienter audivimus: Requiritur tamen artis opus, quo omnia ſubter hoc jugum ſe trahi patiantur.

Quin imò *imperſerutabilis aquæ eſſentia nobis primum aliquod eſſe quod nihil fuit ante creationem indicat.*

Videmus quidem aquam viſibile eſſe & palbabile corpus, *quid verò ſit in ſeipſo, nullus adhuc docuit.*

*Conjecturaliter eſt infinita quaſi congeries minutiſſimarum atomorum, eſſentialiter indiviſibilium, ſpiraliter in ſe convolutarum, ex quarum copioſa congerie primum guttula, tum ex plurimis guttulis gutta major, ex majoribus rivi, & tandem ex his fluvii, & denique maria ortum ſuum trahere credibile omnino. Ex his verò tunc retrogrado motu, calore ſcilicet vel luce rurſus motis fit gutta, ex guttis vapor, & tandem atomus: Exq; his rurſus frigore ætheris & caloris abſentia præcipitatis atomis aqueis, fit gutta, pluvia, flumen &c.*

Ecce circulum in quo rotantur omnia principia, ex inviſibili ad viſibile, & contra.

Ex dictis item atomis aqueis, atmoſphæram, aerem vulgò conſtitui potiſſimum, hinc patet, quod facili methodo ex aere aqua eliciatur, nubes, nix, pluviæque generentur.

*Cognoſciturq; ex his hujus principii nunquam vel nullo artificio perituri univerſalitas, quovis modo namque in corporibus alteretur, & in corpora varia lucis beneficio transformetur, & tranſmutetur, manet attamen Aqua quæ ſemper & ante fuit.*

Hujusque ope nullum admittitur vacuum: Adeò etenim expandi vel extendi poteſt, ut nulla humana potentia amplius extendi poſſit, quemadmodum id probat antlia ſuctoria: Poſtquam enim hujus ope aquearum atomorum, vulgò aeris copia extracta

extracta eſt, tunc particulæ reſiduæ, ex ſuâ aliâs ordinaria ſpirali figura extenduntur in longum & latum, (membranæ inſtar) ſibi verò ita intricatæ, & adeò potentiſſimè cohærentes, ut in majus ſpatium illas extendere nulli potentiæ humanæ poſſibile amplius ſit: Hinc evenit ut globus, ex quo atomi illæ ſunt extractæ, licet ex partibus ſibi invicem haud adglutinatis conſtet, nullâ attamen vi divelli ſe patiatur, donec aëris acceſſus permittitur rurſus.

Nec contra rationem fore crederem, ſi mundi & cœli cohærentiam huic fundamento inniti dicerem.

Cœlum etenim ex talibus expanſis aqueis conſtans atomis, mundum in ſuo detinet centro, nec corporibus niſi ſummè ſubtilibus, veluti ſunt aſtra, locum concedere poteſt.

*Præter hoc dictum modò univerſale principium materiale & paſſivum, Deus immediatè poſt, creavit LUCEM*, ſubtiliſſimum illam, penetrantiſſimam, & ſemper activam maſſam, quam verò poſtea Soli, & ſtellis reliquis à tenebris ſeparatam indidit, Atque ex univerſalibus primis tum omnia reliqua formavit, gradatim verò omnia.

*Porro in corporum reſolutionibus occurrunt quædam & emergunt, quæ univerſalium cenſui vix eximere poſſumus, SAL videlicet & SULFUR.*

*Sal lucis ſpecificum habitaculum eſt*, ex ſingulari, terræ puriſſimæ, & aquæ atomis magis diaphanis inter ſe textis, commixtione enatum; Quo enim quid eſſet cui ſe intimè lux commiſcere, ut manibus tangi, & pro tot innumeris texturis accommodari poſſet; Deus Sal creavit, ut quid eſſet quo ſe inveſtiret. *Omnium enim rerum ferè ultimum ſolidum Sal eſt*, id quod alcali in vegetabilibus, & animalibus, acidum verò in mineralibus manifeſtat.

Sulfur ſali originem debet, & multum terræ continet, hinc in genere metallorum potiſſimum conſtitutivum eſt.

Atque hæc ſunt principaliora rerum omnium conſtitutiva, tam activa, quam paſſiva, ex quibus variè variatim inter ſe textis, & cœleſtia, & terreſtria corpora originem trahunt, à ſupremo Mathema-

tico

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Si de Brutorum anima, ceu materiali vel illa Mundi univerſa id crederent, cum eis non litigaremus; ſed de Anima hominis ra tionali id credere, Sacra ſcriptura vetat.

Notandum verò particulas dictas univerſales aquam videlic terram, ſalem, ſulfur, &c. exque eis variè contexta corpora, in n lam tranſmutari formam, v. g. quando caro bovina, agnina &c. homine vel alio animali comeditur, non transformatur in forma hominis, aut animalis à quo comeditur, ſed particulæ bovin agninæ, &c. hâc vel alia textura, & proportione inter ſe diſpoſit poſtquam in ventriculum hominis pervenerunt, tum ibi in talem p ſituram & proportionem ponuntur, quæ texturæ corporis huma competit.

Notamus hinc corpora omnia tum cœleſtia, tum terreſtri conſtare ex particulis ſubſtantialibus; & non niſi accidentaliter d ſtincta eſſe.

Sic item *Color, albedo, nigredo, rubedo*, item *frigus, calor* & *non ſunt accidentia*, ſed ſubſtantiæ corporeæ à taliter & taliter co ſtitutis corporum particulis & poris ortum habentes.

*Nulla* ergò *ſunt accidentia in mundo, quam ſitus, figura, & p poſitio mathematica.*

Particulis verò ſubſtantialibus ab aliqua vel intrinſeca vel e trinſeca cauſa ab invicem divulſis, & rurſus à Luce alio modo co motis, & diſpoſitis, vel ex toto, vel ex parte, fit & componitur ali ens, corpus, aut compoſitum.

Ex particulis verò variis, adeò variatim inter ſe diſpoſitis contextis, relinquuntur interſtitia ſive pori, pro differentia parti larum differentes, quæ æther cum variis ſuis contentis particulis p meare & penetrare poteſt, adeò non datur continuum in munc ſed contiguum ſaltem.

N

Non tamen pori, omnes indifferenter admittunt particulas, ſed quandoque eas ſaltem, quas ratione figuræ permittere poſſunt: Sic pori triangulares non admittunt corpora ſive particulas quadratas, ejusdem magnitudinis &c.

Si præmiſſa in ſpecie corpori humano applicamus, & ſanum & morboſum ejus ſtatum, juxta ea metiri optimè poſſumus.

Sana ergo poteſt dici corporis humani machina, quam diu particulæ à nativitate legitimè inter ſe contextæ, hanc conſervant texturam, & Luci cum æthere & aliis, hujus contentis liberum concedunt motum, & tranſitum convenientem, nec in exceſſu nec defectu peccantem.

Morboſa verò eadem eſt, quando ordinaria textura vel à natura, vel alio quodam errore, vel in totum vel partim alterata deprehenditur, ac Ætheri cum contentis & aliis ad conſervationem ſpectantibus requiſitis, neque locum, neque motum debitum concedit, & vel in exceſſu vel defectu.

Innumerabilis morborum ſeries huc trahi poſſet, ſed cum hæc in ſpecie ad Pathologiam ſpectent, ſpecialius nos non immiſcemus, utpote qui brevibus generalem naturalium & præternaturalium rerum, ad corporis humani ſtructuram pertinentium inquiſitionem, hic intendimus.

Progrediamur ergò pauliſper ultrà, & quænam ſint *generalia morborum conſtitutiva* perluſtremus.

Hæc in *Activa* diſpeſcimus, *& Paſſiva.*

*Activum*, & univerſale omnium morborum cauſa *Lux eſt*, principaliſſimum ſubtiliſſimorum noſtri corporis, ſpirituum videlicet conſtitutivum, primum vitæ noſtræ & motus principium.

Ejusdem etenim facultatis eſſe illud quod ſanas perficit actiones, quam quod præternaturales, inde patet, quod deſtructo per mortem iſto principio vitali, & morbus, & ſanitas ceſſent.

Illud jam vitale principium Lux, quamdiu juxta ſuos in corpore naturaliter conſtitutos limites & tramites, texturam videlicet cujusque partis convenientem, in motu ſuo debitè perennat, tam diu ſanum eſt corpus.

 Quam

c cum Luci amica ſint, & Lux eorum conjugium libenti
t, quovis modo etiam illa ſint, vel ætheri immixta, vel c
intertexta, facile, ubi textura corporis vel hujus aut illi
ontrarians, eis cum Luce tranſitum liberum vel non, v
concedit, morbi generantur.

quidem ſalinarum, luci vel in æthere commixtarum, vel i
ex cibo & potu immiſcendarum culpa, quando poros co
tot viſceribus & humoribus varios, æqualiter & ubique p
& pertranſire libere haud poſſunt, & vel hic vel alibi h
nerantur morbi utplurimum chronici, ut ſunt vulgo H
lriaci, Nephritici, Podagra, arthritis, Apoplexia, Ep
c.

nnunquam etenim plures in annos, in poris hujus vel illi
erent particulæ contrariantes, quæ tandem capientes incr
, ex cauſis prædictis morbum producunt, ſanguinique tu
uis humoribus adductæ, eorundem ſimul ordinem, & poro
nt.

æ ex aëre huc ſymbolum addunt, peregrinum ætherem v

verò Æther expanſum, ſive locus, in quo eſt congeri
lorum Terraqueorum, ſalinorum, ſulfureorum, metallic
nalium, vegetabilium, vel pluribus junctim unde nube

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Eſt verò *Lux efficiens morborum cauſa*, vel *per ſe*, vel *per accidens*.

Quomodo per accidens morborum ſit cauſa, ex modò præmiſſis patebit.

*Per ſe* verò fit morborum *activa cauſa*, quando absque ſenſili planè materialis texturæ & contentorum vitio videmus ſanam corporis conſtitutionem & actionem inverti.

Tales verò morbos *Helmont. Ideales* vocat, & oriri mihi videntur ab irritato Lucis directore Anima videlicet noſtra, hæc etenim ſibi format imaginationes & indignationes varias, & cum ejus vehiculum ipſa lux ſit, hinc ſubita eſt impreſſio & alteratio, propterea que à ſuâ ordinaria actione & motu, cui quiete vacabat, pauliſper ſufflaminata, & perturbata, totam corporis machinam ſimul, inordinato motu moleſtat, & contenta ſubtilia alio motu, quam texturæ conveniens eſt, movet & rotat.


## De iis quæ Infante in lucem edito peragenda & ſucceſſivè obſervanda.

### Paragraphe I.

### DE UMBILICI LIGATURA.

Mutabilis vitæ noſtræ & inſtabilis conditio, utut omnibus communis videatur mortalibus, inprimis tamen infantibus propria magis eſſe videtur, cum tenera eorundem conſtitutio, eorumque minus valida viſcerum ſtructura, nondum exaltato ſufficienter ſpiritali vigore, *quoſcunque poſt annatos ſub nutritione commiſſos errores graviter perſentiſcat*: unde poſtmodum fœcunda morborum exoriuntur conciliabula, *quæ per totum ſubinde vitæ curſum pernitioſos progignunt fructus*: hinc perverſa infantum tam nutritio, quam educatio reliqua, ex quibus omnes infantiles morboſæ ærumnæ feraciſſimè ſcaturiunt, curiosè indaganda.

Poſteaquam itaque in lucem hanc miſeriis infinitis ſæpius obſcuratam, fuit editus infans, diligenter proſpiciendum *ne infanti vel in defectu, vel in exceſſu ſi peccet ſanguis, ex umbilico reſecando extrahatur*: ſubitò namque & quam cito poſt extractam ſecundinam (quæ poſt editum fœtum ſequi citò debet,) *umbilicus reſecetur hac methodo*: videlicet quando fœtus jam egreſſus, obſtetrix hunc ſinui ſuo, molli calidoque linteolo involutum paulum recondat vel ſeponat, & ſecundinam excernendam obſervet, quæ ſi ex voto haud citò ſequatur, obſtetrix interim infantis curam ulteriorem ſuſcipiat, *& in ejus vena umbilicali contentum ſanguinem, digitis ſuis verſus ſecundinam blande*

*compel-*

*compellat*, ac *latitudine digitorum trium circiter à ventre menſurando, ligaturam umbilici*, nec nimis duram, nec laxam nimium inſtituat, ab hac verò ligaturâ, ſex circiter digitorum latitudine umbilicum, reliquæ venæ umbilicali ſecundinæ adnatæ cohærentem forfice reſcindat, particulam verò umbilici relictam linteolo molli *butyro recenti illito* involvat.

Non minima videtur nonnullorum cautela, quâ cavere volunt ne *umbilici ligatura* illegitimo inſtituatur modo, cum *pro longitudine ſua, vel brevitate quam ex ligatura acquirit, variare credatur partes genitales infantis*: Pueris namque quibus vel brevior vel longior relinquitur umbilici particula, vel brevior vel longior inde fieri dicitur virga, puellis verò hac ratione uterus vel altius aut humilius locari creditur.

Quemadmodum verò quibuſdam genitale longius eſt, quibuſdam brevius, ſic diverſis mulieribus canalis ille ad os uteri uſque longior aut brevior eſſe ſolet, non tam ex hâc cauſa quam ex ſingulari diſpoſitione naturæ, cujus ratione tot & tantæ dantur corporum & ejus partium diverſæ & differentes texturæ, ratione magnitudinis, craſſitiei, latitudinis, anguſtiæ &c.

## II.
## DE BALNEATIONE INFANTIS.

Prægreſſis ritè obſervatis, & ſi infans benè degat, ejus *Balneatio* adornetur, quo ſordes decedant externæ, ac artus explorentur exteriores motu blando. Balneum autem, cui herbæ quædam pro variis mulierculàrum credulis intentionibus incoqui poſſunt, non nimis calidum applicetur, ne rubeſcat delicata ac mollis cuticula, atque tum color per vitam inducatur nigricans.

*Quæ ideoque matres delicata alba cute ornatas exoptant filias, eas temperatè admodum ut balneent ſuaſor ero*: Qui *ſaponis paulum* balneo addunt, non errant, nec qui prima ſeptimana quotidie, reliquis verò alternis aut tertiis diebus, *addito pauco lixivio*, infantes lavant donec nitidi devenerint: Cuticula namque in forma lentoris aut ſquamarum ſæpius adnata decorricari ſic aſſolet, quod tamen in his citius,

quam in aliis fieri conſuevit: tunc verò cutis vel lactea vel nigricans aut aſpera evadit pro balnei temperamento & ejus adhibitionis modo: Balneum enim coctum cutim reddit aſperam, hinc aqua balnei cum infuſis per noctem ſpeciebus ex *malva*, *meliſſa*, *lavendula*, *furfure tritici*, *&c.* ſacculo incluſis, mane leviter incaleſcat, ac hac tum quantum ſanitatis & in ſpecie virium permittit ratio, crebra inſtituatur ut dictum balneatio, poſt balneum verò ſemper curioſe abſtergatur, & à frigore arceatur infans.

## III.
## DE DEBILITATE INFANTIS ET LINGUÆ SOLUTIONE.

*Si infans ex partu difficili debilitatus extet*, nec reſpiret, vel ejulatione vitales vires prodat, inſtilletur ei *aquæ vitæ mulierum*, *cinamomi*, *vini malvatici* aut *ſaccharati* paulum, ac *caryophylli maſticati*, *vel ſuccini accenſi odore* anhaletur.

His nil efficientibus & excitantibus, una & altera guttula ex cerea vel ſebacea candela accenſa nuchæ inſtilletur, cum moderamine tamen ne aduratur nimium mollicula cutis: veſiculas verò excitari non nocet, quin potius efficacius operantur: Et præterquam quod reſpirare facilè faciat ſubita hæc alteratio dolorifica, admodum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

## V.

## QUID DENOTET GALEA CUM INFANTE EDITA &c.

Infantes qui difficulter naſcuntur, gravi rurſus morte perire creduntur.

*Cuticula Amnion*, ab aliis *galea* vocata, ſi ſimul cum infante naſcatur fortunam ei indicare dicitur: at experientia multum reclamat, cum dentur, tales qui minimè fortunati. Aſt cum hoc *accidat eis qui facili partu excluduntur*, & ubi cuticula hæc maturitatem perfectam nacta fuit, hinc ſanitatem longævitatemque præſagire credibile eſt.

Sic & quibus umbilicus citius decidit, minimè longævi ab aliis habentur, & contra quibus tardius.

Infantes ſi pallidi admodum hanc lucem vident, ſignum eſt conſtitutionis debilioris, niſi inde ortum pallor traxiſſe videatur, quod mater ante partum diutius cibo abſtinuerit. Rubicundus præterea color plus fortes denotat.

## VI.

## DE NÆVIS INFANTIS.

Quod *ſi nævi obſerventur*, obſtetrix eos peroptimè & ſubitò *fricet ſecundina calida*, & ſi hoc medio non ceſſent, illinantur ſæpius *ſucco ex viridibus nucum juglandum corticibus expreſſo*, ac nigreſcet cutis, quæ ſeparatur. Si verò nondum ſublatus videatur ſemel inunctus nævus, reiteretur ſæpiſſimè inunctio cum dicto nucum aſſervato ſucco, atque hac methodo nævi minores facilè auferuntur.

Quod ſi verò ſtigma profundiores egerit radices, cujuscunque etiam ſint formæ, nunquam tangantur Chirurgica manu, ne exulceratione inducta major inducatur deformitas, vel in præſentius periculum homo præcipitetur. Interim *alii ad nævos empyreumaticos*, ſi genas defœdent, admodum *laudant*, *linctum matris repetitum*, & per tempus continuatum, quo nævus collum verſus, vel alio ubi minus conſpicuus fiat, compellatur. Hoc verò opus matres, vel uxores

maritis

maritis ſæpè injungunt, cum efficacius operari credatur: rem experientia comprobatam obſervavi.

Item ſi matres filias altâ fronte ornatas exoptant, puerperii diebus eas diligenter lingant jejunis horis retrorſum occiput verſus, atque hæc matrum cura & ſollicitudo ſit.

## VII.
## DE CAPILLIS RECENS NATI.

*Capilli* ſi qui ſimul naſcantur *in balneo eradicentur* vel novaculâ abſcindantur, & ſquamulæ ſubnatæ deglubantur, aliàs ſcabioſi & furfuroſi facilè evadunt.

Sunt, qui, ut capilli bellè criſpentur, ante balneum caput vino generoſo albo abluunt: Alii novacula ſæpius capillos abradunt creſcente lunâ, primoque anno, quo eundem effectum præſtant, & multò meliorem, cum capiti admodum conducat, & poros ejus recludat.

## VIII.
## DE FASCIATIONE.

*Infans faſciis rite involvendus*, ne brachia vel crura incurventur, etſi alii contra haud faſciati recta membra acquirant. Hoc tamen commodi utplurimum in recens natis faſciandi modus habet, quod ſi brachia ligentur, non facile ex motione eorundem terreantur & inquietentur parvuli.

Sic etiam capitis figura deformata, hac methodo corrigitur & vel rotundior vel longior effingitur pro matris lubitu.

Naſus item ſi vel depreſſus vel acuminatus nimium videatur, hoc modo formam adſciſcit debitam, ſi vel attrahatur vel deprimatur diligenter.

Sic pedes incurvi hac via corriguntur.

## IX.
## DE MEDICATIONE INFANTUM.

*Parvuli medicaminibus & ſudoribus ſunt aſſuefaciendi*, ne averſionem

ſionem exinde concipiant, atque eò melius cum ægrotant, tractari queant. Interea tamen non ejus opinionis me quis judicet, quod infantibus ſæpius medicamina porrigere debere ſuadeam, ſed potius quod parca manu eadem propinemus, quo ipſa natura ſui curam ſuſcipiat.

Aſt judicio hic opus, ne naturam ſuccumbere permittamus: *Major enim Medici prudentia eſt noſſe quando medicaminibus opus non ſit, quam ordinariè medicamenta morbo congrua.* **Lange Recept lange Curen:** & Medice vivere eſt peſſime vivere: aut enim morbidus eſt qui ita vivit, aut morbidus fit. Philoſophicè verò vivere eſt optimè vivere, quia ſic ſecundum naturam vivitur, nec morbis occaſio datur.

## X.

## DE HÆREDITARIIS INCLINATIONIBUS &c.

Conſideranda porrò ſe offert Συμπάθεια & ὁμοπάθεια *matrum & infantum*, in morbis & membris affectis: Infantibus enim innatas obſervamus tam affectiones & cogitationes, quàm morbos matrum, & quicquid gravidæ evidenter & ſingulari quodam deſiderio vel efficiunt vel ſentiunt, id fœtui imprimitur, utpote Venus, ira, pudor; ſic ſingularis in cibis delectus, exercitium item memoriæ, gaudium, triſtitia, terror ab inſolitis & repentinis objectis eis adhæret.

Sic & extra uterum ſæpè illi comperiuntur affectus oculorum, matribus antea communes, tuſſim item, dolorem colicum, ſtranguriam, alvi obſtructiones, vel ejuſdem fluxum, eryſipelata & ſimilia. Nonnulli incurabilem & phthiſeos & Hectices inclinationem retinent, &c.

*Infantes quando ſitiunt, ubera matris præter voluntatem lac fundunt*, licet ejus copia non adſit, vel infans & mater longius ab invicem diſtent.

At hoc non omnibus, nec ex hac ſemper & ſola cauſa matri accidit, quemadmodum cruentatio interfectorum non ſemper fit præſentibus homicidis, vel cum ea accidit homicida etiam non præſente.

Item *cum infans moritur, plerumque ante mortem lac evaneſcit*:

vel

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Non item benè dormiunt, qui reliquo corpore calidè, nimis tecto pedes denudatos habent, ac ita ſibi varia mala adſciſcunt, melius ideò tegumentum temperatum eſto, ne vel pedes vel pectus denudandi anſa detur.

Nec etiam benè dormiunt illi parvuli, quibus caput altius locatur, propter eaque ſitus æqualis ſit. Fortiter quidem illi dormiunt, quorum caput reliquo corpore humilius locatur, at hoc ſenſus obnubilat: in omnibus ergò his temperies notetur.

Dantur porrò aliæ inquietationis cauſæ, v. g. *cum ſtramen cunearum haud ſæpius mutatur*, nec faſciæ mundæ & ſiccæ adhibentur, *vermiculi eis innaſcuntur præprimis hyeme, quod mirum, cum æſtate rarior eorum ſit generatio:* hi verò vermiculi infantes neque mordent neque ſugunt, & tamen eos ita incommodant, ut atrophiam ſæpè inde incurrant parvuli.

*Stramen item cunearum vel faſciæ ſi comburuntur, ſimilem inducunt effectum, ſed quæ cauſa? quod extra corpus, & contactum, adeoque extra omnem infantis ſenſum, etiam multis parietibus ſeclusum afficiat infantem dicta ſtraminis vel faſciarum combuſtio, an elementares qualitates abſenter, & in abſentia agere poſſe putas? equidem non credibile, ſed aliæ ἐν τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ cauſæ dantur*, quorum ope qualitas ablato & exuſto ſtramini additur inquietandi parvulos, & contra,

utpote

utpote *cum ſtramini, cujus faſciculo infantis caput in balneo impoſitum fuit, infans ſuffiatur, quietem recuperat.*

Res veriſſima & plurimis ruſticis abſque ſuperſtitione nota & ſæpius experta.

*Negent hoc qui velint Galeni aſſeclæ, & cum Ariſtotele ex qualitatibus elementaribus hanc ſententiam ſtolidam exclament, nil impedit.*

Vix eis auditum eſt *ſecundinam in ſterquilinium defoſſam*, aut aliàs negligenter tractatam, *facere* ſi non *ægrotam puerperam*, attamen decoloratam per omnem ſæpè vitam: hinc propter haſce cauſas refoſſam aliterque defoſſam cum ἐυφορίᾳ ſanitatem intra triduum vel quatriduum attuliſſe, aliquoties memini. *Secundinam nimis ſalitam* (ſale namque condiri ſolet,) *puerperam reddere ſitibundam*, mulierculis non tam perſuaſum quam cerebra experientia comprobatum, &c.

Jam Magiam naturalem & innoxiam diſcat qui poteſt, & talia credet & intelliget.

Porrò *ſi parturiens eò locatur, ubi antè multos annos cadaver hominis demortui repoſitum fuit, vel in quo loco homo exſpiravit, non pariet parturiens donec transferatur aliò:* hinc in nonnullis terris non inutilis mos ſervatur parturientem illuc locare, ubi menſa ſolitò locum obtinet, cum ibi raro mortuis locus detur.

Hanc rem niſi expertus fuiſſem aliquoties ſuperſtitioſam crediđiſſem.

Præterea optimè notum, quantum ſit contra fœcunditatem faſcinum in mortuis & contingentibus mortuos. Quarum *actionum modus ex ſpirituum doctrina ſat cognitus.*

Sic *ſi primus congreſſus conjugalis fit in lecto cui quid de ſtramine vel linteis ineſt, quibus cadaver humanum ante impoſitum fuit, iſti conjuges aut fiunt ſteriles, vel nullos infantes, aut raro ſervant.*

Et quis eſt quem lateat, quantum valeat ad tollendam virilitatem acus, quâ olim cadaver humanum compunctum fuit, defixa in loco ubi maritus urinam reddidit.

*At hæc multis impoſſibilia creduntur, cum nec ex elementis vel corporali contactu illis exortum videantur duxiſſe, neſcientibus non corporum*

*ſed ſpirituum hæc eſſe producta, ad quorum actiones percipiendas ve ſenſus admodum ſint inepti.* At diſcerent illi qui Ariſtotelis ἐνέργ σωματικαὶ quid ἀσωματικαὶ, quid item degeneratio caloris naturalis igneum, quidque ille ſit, & quid differat ab elementali igneo: ſi non omnes cauſas in elementalibus qualitatibus inveſtigarent.

Cumque hoc modo parvuli quiete privantur, nutrices ſom lentæ admodum laudant capita papaveris, & exinde parata medi mina v. g. recipiunt duo vel tria capita papaveris, inciſa minu coqunt cum lacte vel cereviſia, & de hoc decocto ſæpius cochle propinant. Aſt cum hæc prædictis non obſervatis irrita non ſol ſint, ſed inſuper hæc & ſimilia ex papaverinis vel opiatis parata ſtupiditatem, oblivionem & majorem ſæpe ſomnolentiam qu par eſt diſponant, hinc vel plane omittere vel externe ſaltem ſi op applicare conſultius erit, ac tum *folia papaveris recentia faſciis ſup ſita*, vel pedum, capitum papaveris decocto lotio, vel *radices h ſcyami* vino incoctæ, & cum petiis capiti & pedibus calide applic ſufficiunt.

Aliàs admodum laudatur *mandragoræ radicis drachma*, cum v ad terrias decocta & cochleatim propinata.

Non enim ejusdem cum opio, ſolano, hyoſciamo &c. turæ eſſe obſervatum fuit, proptereaque etiam absque omni nox magna quantitate exhiberi poſſe expertum eſt: moderare nam absque omni detrimento refrigerat, animales ſpiritus purificat, h maniacos quietat, quod neque opium neque hyoſciamus effici licet ſomnum inducant.

Provocat mandragora menſes & hæmorrhoides, attemperat & confortando, inſipida eſt inodora, ideoque omnis exceſſus exp Fœcundas item reddere mulieres experientia docuit.

## XIII.
## DE CUNEARUM MOTU.

Quoad poſſibile *parvuli cunearum motui non ſunt aſſuefacien* propter incommoditates quas noctu creat continuus motus.

Duplex datur cunearum motus, prima ſpecies caput elev pedes deprimit & viciſſim, non admodum eſt conveniens.

Al

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*que repellit.*

Interim *infantes ſi caſtigandi* non hoc fuſtibus ſed *virga* fiat, in hunc finem à Deo benedicta. P*atres verò huc reſpiciant & educationis præcipuæ curam habeant*, *cum vel matres lenius*, *aut ſi novercæ irrationabilius liberos tractent.*

Cum ratione verò pueri caſtigandi & aſſuefaciendi, quo diſcant compeſcere iram & cedere ſuperioribus. *Ad ſanitatem namque tuendam maximè conducit infantibus adimere pertinaciam*, & è contra injungere obedientiam: Et *quicunque homo ſuas cupidines compeſcere haud diſcit*, *is maximis ſæpè ægritudinibus fit obnoxius*, *nec major in Maniacis cauſa quam pertinacitas*, *cum qua poſtmodum conjuncta ira vel triſtitia ſpiritus animales inquietat & inflammat*, *quibus tunc junguntur corporis vitia videl. ſanguinis impuritas*, *& hinc ſpirituum animalium denegatus liber motus & generatio balſamica.*

Sic pertinaces infantes gravius ſemper decumbunt quam mires & patientes.

Unicum autem hujus rei remedium virga ſuppeditat, poſt quam ſi quaſi ſingultiunt infantes, pertinacitatis ſignum eſt, nec deſi-

ſtendum,

ſtendum, ſed continuanda virga donec ſingultus mentitus remittat, ſi verò quaſi ſuffocari velle videantur, **wann ihnen der Athem außbleibt**/ virga aliquoties in faciem cædantur, oculos tamen cavendo, ac citò redeunt ad ſe; non tam ex cauſis Ethicis quam Phyſicis: ſunt enim veluti cordis convulſiones, quæ pertinent Medicinam non ſecus ac motus convulſivi à cerebro generati, ambo enim à ſpiritibus malis ortum trahunt. Atque hæc res etſi multis videatur ridicula, certiſſima tamen.

*Ancillis verò prohibendum, ne cum infantibus rixas inſtituant*, ac hi tunc iracundi & rixoſi evadant, non ſecus ac juvenes canes, quibus ſæpius aures vellicantur, mordaces fiunt.

Curioſe item obſervandum ſi infantes præter conſuetudinem & inſolitè plorant & vagiunt, tunc cauſa indaganda, & ſi ea à contracto quodam per ancillas malo vel dolore ortum habeat, in tempore ſuccurratur, ne cælato, in pejus fiat degeneratio per vitam non amplius corrigibilis.

## XV.
## DE APERTURA CRANII.

*Cranium diutius apertum* quod attinet, de hoc notetur quod antequam coaleſcat, infantes vix loqui diſcant, quapropter cautè hic locus tractandus, cum inſuper necari hic facile tenelli queant. Et quando hic locus nondum duriter coaluit, ac ictu forti huc percutitur infans, deprimitur cranium & incurvatur, unde tum Epilepticis inſultibus fores facilè recluduntur, niſi attollatur rurſus vel Emplaſtris attractivis vel capillis attrahatur, aut ſi cranium jam duriter coaluerit (& urgente neceſſitate,) trepano reſtituatur.

Hoc verò vitium videl. *ſi cranium incurvum permaneat* nec curetur, etſi Epilepſiam haud inducat, *hominem* attamen *reddit ſtupidum, & malè loquentem & audientem per vitam.*

## XVI.
## DE DIÆTA INFANTUM.

*Ratione diætæ* omnia ſaccharata & ex melle confecta, infantibus ſummè

ſummè plerumque nociva fuiſſe compertum eſt, eorum enim ſpiritus, quos dulces eſſe oportet, rudes adhuc, hæc à natura & Sole excocta ac perfectioni proxima dulcia ulterius perficere haud poſſunt, quin occaſione alterandi data, relabantur & priſtinum eſſe, aciditatem nimirum recuperent; ut hinc infinita poſtmodum infantilia mala cauſam ſumant, dolores colici videlicet, cardialgia, Epilepſia, aſthma, variolæ copioſæ, dentitio difficilis, atrophia & ſimilia.

*Saccharata ergo vitentur quoad poſſe*, omnia enim medicamina alias per ſe ſatis efficacia, hac miſcella convenientem ſuam texturam perdunt ut tum inefficacius operationes perficiant, ſicuti quilibet per experientiam ſi credere alias nolit, obſervare belle poterit.

Purgantibus verò ut & anthelminticis addere non nocet, cum fermentationi tunc neceſſariæ ancillentur, & expellantur rurſus.

*In fluxu alvi dyſenterico diarrhæa* & ſimilibus quantum detrimenti afferant tam parvulis quam adultis, ac quantum tunc legitimis aliis medicaminibus *juncta ſaccharata noceant*, & *quantum dolores intendant*, mihi admodum conſtat, quod pauci notant, ac propterea de medicatione ſæpius deſperant, putantes morbi malitiam effectum edere, cum ſaccharata admiſta principale addiderint ſymbolum.

*Vinum nulli conducit infanti pro ordinario potu*, cum inde admodum extenuentur ſecus quam illi quibus lac propinatur.

Interim dantur qui lac tanquam inſalubre rejiciunt & damnant, neſcientes nec obſervantes, eos qui lac pro ordinario ferè & cibo & potu aſſumunt, plus ſanos degere, cujus exemplum *Helveti* ſuppeditant montani, reliquis & robuſtiores & pulchriores. Nec *Julium Cæſarem* hujus rei fuiſſe ignarum inde patet, quod ſtatueret Germanos ſuo ævo fuiſſe robuſtiores, quod lacte utplurimum uterentur.

Sic in contrarium jam haud malè judicaretur, ſi defendere conaremur hodiernos Germanos corrugatos ferè evadere cum plus vino quam lacte utantur.

Hoc obſerves, ſi intuearis diverſarum terrarum incolas, illi namque qui plus vini bibunt, plus ſemper extenuati aliis qui vel lac aut cereviſiam aſſumunt, apparebunt.

Lac

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*combinatorum cauſa eſt qui non concordant: ſic Lac & Vinum, acetum & Lac, piſces cum lacte, uti & lactuca, nunquam ſimul absque damno aut quodam incommodo uno in paſtu comeduntur.*

Natura enim paucis contenta, & cibus ſimpliciſſimus optimus. Sic petaſo crudus, lardum item & farcimina infumata cibum ſuppeditant admodum ſalubrem & robuſtos efficiunt homines, at non in calidioribus terris, nec ubi vinum & otium comites ſunt, ſed ubi cereviſia & motus accedunt.

Perverſa ideoque nutriendorum ingeſtio cane & angue pejus vitetur, & tam qualibus quam quanto peccans, hæc enim cum adultos perdat, quid non detrimenti afferret tenello infanti ſpiritibus rudioribus prædito. *Ex hac cauſa, Propheta Daniel, Regiam menſam recuſat*, ne lauta ac pingui diæta, vinoque forti tam corpus quam animum obrueret.

Matres verò huc reſpiciant, quo infantes in cibo & potu, ſomno item & vigiliis, munditie & ſimilibus juſtè obſerventur, ne in juventute perdantur, ac tum per vitam pravam inclinationem ſervent.

Si matres cum prægnantes ſunt, & nutrices, ſui curam habeant, ſi enim tunc vini aduſti multum bibant, infantes iſti nunquam ſtaturam acquirunt legitimam, ſed per tempus vitæ, debiles & parvi manent.

*Non concedendum* pueris *ut aſſueſcant cibos abſque pane comedere*, hoc enim modo augmentum haud capiunt, ſed palleſcunt ac debiles evadunt vermibuſque replentur, hinc evenit quod divitum filii plerumque tenerioris ſint conſtitutionis, pauperum verò ſæpius plus ſani & fortes, qui pane vix ſaturantur, quemadmodum etiam non rarò rei hujus aliæ dantur cauſæ. Interea tamen pueri delicatè minimè educandi, ſed robuſtioribus ſenſim aſſuefaciendi.

CAPUT

# CAPUT II.

## *Infantilium Morborum curationes præſcribit.*

## Paragraphe I.

## ERYSIPELAS PUERILE.

AD præſervationem morborum infantilium ſpectantia præmiſſis *nunc ad ipſos devolvimur morbos*, *qui* ut ſupra demonſtratum, ſufficienter *ex prava lactis materni alteratione & diſpoſitione*, *tam in quam extra uterum originem ut plurimum ducunt.*

Comperimur hoc citò citius ſi ſcilicet matres vel *nutrices iraſcuntur*, *vel terrore afficiuntur*, *aut eryſipelate tentantur*, hoc verò tunc alteratum lac parvuli ſugant, quod præſtò ſubitò ſit infantilium malorum Lerna: Torminibus enim hinc afficiuntur, quiete privantur, poſtmodum verò excrementa ſecedunt mucoſa ex flavo virideſcentia: quarto ſudor eorum acidum redolet, ac tùm *Phlegmon* adeſt *vel Eryſipelas puerile*, ſæpè ſub purpuræ miliaris ſpecie ab aliis der Frieſel dictum, communiſſimus puerorum morbus, multis Medicis incognitus vel non ſatis exploratus.

Frequenter vero hoc affligit, quando matres ſunt bilioſæ, texturæ rationis, vel calido Epate, corpulentæ, aut craſſo ſanguine degunt.

Memini relationis certiſſimæ, ubi ab exorto incendio cujuſdam civitatis periculoſo, lactentes plus centum poſt diem ab incendio ſeptimum hoc morbo correpti, horum item plurimi die quarto epilepſia interierint: Ac ob hanc cauſam mulieres hunc morbum cum epilepſia ſæpè confundunt, eundem morbum arbitrantes.

Hic verò morbus ſi unum, vel hoc aut illud infantis membrum obſidet & malè tractatur, contingens eſt ut illud non nutriatur ſed claudum fiat.

*Affectus hujus Cura ſudore perficitur*, in calore enim detinendi non ſecus ac ſi morbilli aut variolæ ſint exprimendæ.

Vitentur verò refrigerantia omnia, qualia, *aqua roſarum, plantaginis, cichorei, acetoſæ* &c. ſed horum loco Bezoardica expellentia conſulantur, per quæ hic heterogeneæ factæ particulæ, & ſuò nexu ſolutæ ac præcipitatæ, ad peripheriam corporis, & grandulas intercutaneas, ſub ſpecie purpuræ miliaris cum rubedine & pruritu propellantur, ſubſequente pedetentim cuticulæ deſquamatione.

Talia ſunt *Aq. card. bened. flor. ſambuci, C. C. uſtum & ſine igne præp. unicornu, Tinct. bezoardica, Eſſentia ſalutis ex Myrrha, Tinctura caſtorei, liquor C. C. ſuccinatus, ſpir. ſalis armon. ſale volatile, oleoſum, aniſatum, aromatiſatum* & ſimilia ex ſalibus volatilibus conſtantia.

Eryſipelas adultos ſi adoritur, ſemper præcedit paroxyſmus tertianæ febris: hic verò paroxyſmus ad phlegmonem (ubi tumor cum rubedine non conjungitur nec fortis efferveſcentia,) levior eſt quam ad Eryſipelas. In his vero *ſudor acidum plerumque redolet*.

Morbus verò hic ſi introrſum migrat, nec expellitur, phreneſin non raro inducit, cum circa caput materia hoſpitetur, lipothymias verò malignas ſi circa cor.

Si vero Hepar vel Lienem aut meſenterium occupet, ſcyrrhos, aſthma, quartanam, hydropem & ſimilia inducit, ſæpe etiam peripneumoniam & dyſurias feciſſe obſervatum fuit.

Si externum aliquod afficiatur membrum, ac hoc male tractetur, ſcyrrhi generantur & ulcera antiqua.

Illis quibus ſemel fixas in corpore egit radices hic affectus, nec expulſus fuit, ſæpiſſimè recurrere ſolet, imprimis ſi purgationibus materia peccans irritata & ſtimulata fuerit, non enim his per alvum materia maligna duci poteſt. Modum CARDANUS habet.

Et illi tunc infantes, quorum matres purgantibus naturæ motum inhibuerunt, continuò quam diu ubera ſugunt purpura miliari afficiuntur, & quando adoleſcunt hæreditario tum affliguntur.

Solis ergo ſudoriferis (non purgantibus,) locus hic detur, quo criſis promoveatur tam in principio quam fine.

Non enim hic affectus eſt ipſe primus morbus, ſed productum quid

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Externè inunctiones ex *oleo carvi, abſynth. nucis moſchat. macis deſt. &c.* non negligantur.

Si verò pertinacius malum Epilepſiam inducere velle videatur, præter ſalia volatilia ſupra toties laudata & repetita, *Excell. Ettmülleri* ſuaſu *Auri fulminantis* gr. j. (vel ij. in paulo adultioribus & aliquot ſeptimanarum, *cum* gr. iij. *nitri* depurati exhibeatur, hoc enim præter alios effectus mirandos, tormina ſiſtere horridasque alvi dejectiones promovendo inſultus Epilepticos reſtinguere verè aſſerit.

Si externum aliquod membrum affectum ſit, *pinguia vitentur*, præcipuè ſi in ulcus degenerat eryſipelas, ſed *camphora Saturninis combinata applicetur*, vel *Elixir Balſamicum adhibeatur.*

Cum verò principalem hujus affectus cauſam *nutrices* ſuppeditent, præcipiendum ut iſtæ omnia hæc caveant quæ morbo huic quovis modo ſymbolum addere poſſunt, proptereaque *præter iram & terrorem* ſedulò *caveant ne aquæ frigidæ diutius immorentur.*

Quod *ſi verò terrore inopinato, vel ira percellatur*, ac ideò lactis gravior alteratio metuatur, tum poſtquam lac ex uberibus emulctum, *Excell. Ettmüller præcipit ut ſperm. ceti* ʒß. vel ʒj. *cum antim. diaphoret.* ℈j. aſſumatur, & ſudor inde expectetur.

Aut in majori inflammatione, vel lactis caſeatione detur hoc vel ſimile, v. g.

℞. *C. C. ſine igne.* ℈j.
*antimon. diaphor.* ℈ß.
*ſalis C. C. vol.* gr. viij.
*card. bened.* gr. xv.
*aq. flor. ſambuci* ℥ij.

miſce.

Mammis verò imponatur *Empl. de galbano crocatum Mynſichti* cum ana. gummi ammoniaci in aceto ſoluti, invicem liquefactis & linteo denſo inductis confectum, quam calidè ferre poterit, deſuper ponendo *ſacculum* inter paſſatum *ex oryza confectum* & probè calefactum, quo per ſudorifera dicta diſſolutum lac, horum adjumento promoveatur in motum, & ſtagnatio ejus ac caſeatiò inhibeatur quantum poſſibile.

Infantes

## II.

Non rarò tàm infantes quam adultos adoritur morbus, morbillis ferè baud multum abſimilis, maculæ videl. rubicundæ & elatæ, non ſecus ac ſi urtica cæſæ eſſent, cum ardore & pruritu, aliis **die Neſſelſucht** / hunc frigus præcedit ac ſi febrilis inſtaret paroxyſmus, cum anguſtia cordis, hinc à purpura miliari non longè differens.

Gura blando perficitur ſudore cum ſæpius una nocte cedat, nec raro ultra quatuor dies affligat, quippe ab acido volatili ſingulariter corrupto originem trahat.

## III.

# DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

*Hæc* ipſa prægreſſa rectà *nos ducunt ad explicandam morbillorum & variolarum* abſtruſam aliàs *naturam*, cum harum & fiendi modus & actus cum affectibus prædictis in quamplurimis conſpiret.

Angit inevitabilis ferè harum inſultus omnes nationes Europæas, cum *cauſa omnibus communis* ſit *lactis ſcil. nutritivi tam in quam extra uterum corruptela* hinc plerumque infantes & pueri, raro adulti affligi ſolent, in quibus tamen acor vitioſus per tempus occultari ſolet, donec ſingulari accedente diſpoſitione fermentum ſimile extrinſecus hauſtum efferveſcentiam redintegret, acido ſcil. corrupto cum ſale volatili maſſæ ſanguineæ conflictante, donec præcipitato & ſubjugato acido corrupto, ſpiritus vitalis ulteriorem ſeparationem inſtituat, ac hinc inde per vaſa capillaria, in forma puſtularum corruptelam exprimat.

Morbus hic cum imminet, *infantes noctu in ſomniis terrentur, inde excitantur, rauceſcunt, oculi apparent obnubilati, & halitus eorum poſt biduum quid dulce ſpirat.* Præterea non raro conqueruntur de capitis

ſpinæ-

ſpinæque dorſi dolore, præcordiorum anxietate gravi, ſubſequente ſæpius nauſea, vomitu, ſiti immodica & continua potus querela, tandem die quarto vel quinto maculæ efflorеſcere incipiunt, inſequentibus diebus in bullas exſurgentes quæ ſi omnes egreſſæ ſunt calor derelinquit, quam diu verò hic durat, tam diu variolas nondum omnes egreſſas notabis, ſolent enim inæqualiter admodum plerumque egredi, hinc calor menſura ſit quæ indicet an omnes egreſſæ vel an duplicatò erumpere velint, ob ſie nemlich zweywüchſig werden wollen.

Cum verò motus hic naturæ mediante calore perficiatur, hinc is adjuvandus tam internè adhibitis expellentibus, quam externo calore accedente, *non exceſſivo tamen, cum lente non violenter fiat naturæ motus*: Propterеaque frigefacientia omnia tam interna quam externa vitentur, quantum enim calori, tantum criſi & ſpiritui vitali detrahitur, qui ſi natura fortis, nec materiæ morboſæ copia obrutus, per ſe morbum vincit, ſed cum hujus fortitudo & vigor non ſemper nobis conſtet, hinc adjuvantibus in tempore ut ſuccurratur ſecurior eſt.

Propterеaque Excellentiſſ. Medici providè ſuadent, ut tempore graſſantium variolarum præſervationes compellemus, cum facilius non admittatur quam ejiciatur hoſpes, vel ſi planè præcaveri haud poſſint, attamen pabulum ſuperfluum eis ſubtrahatur quo mitius tum affligant.

Huic verò intentioni ut ſatisfiat, *laudant Excell. Ettmüller & Bohn Mercurium dulcem* tanquam ſingulare hujus morbi alexipharmacum, tam præſervans quam curans & viſcoſam pituitam acidam ſolvens, hac formâ propinatum, v. g.

℞. *Mercurii dulcis ritè parati* ℈ ß.
*reſin. jalapp.* gr. vij.
*myrrhæ el.* gr. v.
*ocul.* ♋ gr. vj.
*conſerv. roſar.* ʒ ß.

miſce & exhibe infanti 8. vel 10. annorum.

Poteſt

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

A library in your pocket for $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

*terræ ſigillatæ.*
*C. C. uſti* ana. ℈ j. ß.
*lap. bezoar. occid.* ℈ ß.

vis, qui doſi ℈ j. plus minus pro ætatis ratione *cum aq.* ræbeatur: vel ſi liquida arrideant, *Tinct. bezoard. lapid.* *catechu* &c. miſceantur & cum idoneo vehiculo aut u, convenienti doſi propinentur.

egreſſum faciunt & recedunt variolæ, tunc calor re- iarrhæa inſequitur lethalis, & raro in hoc morbo mo- oſque diarrhæa, niſi adſit malignitas, vel malè tracten-

verò caſu maxima adhibenda eſt diligentia ne homo on verò præſtantiora huc dantur remedia quam ſæpius *tia ſalutis, ſive Tinct. myrrhæ caſtorei, croci, bezoardica, t. ſal. volat. C. C. viperar. &c.*

verò *in auxilium vocentur veſicatoria* quæ efficaciſſi- int opem vulnuſculis per aliquot dies apertis retentis, em *Empl. Norimbergenſe cum tantillo Empl. veſicatorii* iantum ſcil. ſufficere videtur ad irritationem, ac ita vul- a ſerventur pro lubitu, & donec variolæ rurſus egreſſæ, corpore obſerventur.

*rbus adultos plerumque quos prehendit, gravius affligit s, tam ob cutis denſitatem & materiæ craſſitiem, quam ob motum:* quo quis enim tranquillius jacet, eo ſecurius *docetur in Medicina Statica.*

*quis non credat, vel contra ſentiat, ille non ſolum ut moris ſat, ſed apud illos dies noctesque perſiſtat, & ut veterum iſcipuli ægrotis ipſe aſſiſtat, & omnia diligenter obſervet, is morbis varia deprehendet aliter ſe habere quam imaginan-*

*dedecore Medicinæ rationalis, cujus pars eſt Alchymia erudita ſive Philoſophia naturalis quam Arabes, Arnoldus, Bernhardus, Baſilius, Helmontius & alii exercuerunt.*

Morbilli die Maſern oder Röteln/ eadem habent ſigna, & eandem curam cum variolis.

Ante omnia vires conſervandæ pauco ſed optimo cibo & potu.

Nec ut ſupra monitum natura nimium impellenda, cum non vi ſed ſucceſſivè fiat naturæ motus, nec niſi ſecundum dies criticos velut quarto, ſeptimo, nono, undecimo &c. ſecernatur materia ſeparata, & ſui juris facta, ac venis propterea hoſtili.

Variolæ tamen morbillis ob materiæ craſſitiem periculoſiores ſunt. Ex variolis tamen ſecuræ magis ſunt albæ, rubicundæ verò & ſubfuſcæ cicatrices relinquunt præter omnem adhibitam diligentiam, nec præterea ſunt abſque periculo, præprimis circulis lividis vel ſimilibus notatæ.

Ratione potus convenit *Decoctum lentium cum ficubus & pauco fœniculi*, mediante aquæ & vini ana factum ac pro appetitu bibitum, vel item *ſtercus equinum* in ordinario expreſſum potu inſignem præſtabit opem.

Si tandem gravior acrimonia ſub eruptione vel variolarum vel morbillorum *epilepticos* exſuſcitet inſultus, qui poſt eruptionem perſiſtunt, (in principio enim & ante eruptionem neminem terreant cum ſint ſine periculo,) ac tum malum omen portendunt, tum *liquor C. C. ſuccinatus ſal. volat. cran. human.* &c. ſibi paria vix habebunt, in robuſtioribus verò *ſpecif. cephalicum ex cinnab. nativa cum ſale volat. cran. hum.* &c. omnem paginam abſolvent. Nutrix vero in potu ordinario *gelatinam C. C.* diligenter tunc aſſumat.

*Vomitus* ſi poſt excretionem variolarum recrudeſcat, (in principio enim tolerabilem variolarum curſum indicat,) ac ita variolarum regreſſum ad interiora monſtret, tum *bezoardica tincturæ anodynæ maritata inſignem opem præſtant*, mitigatis namque ſymptomatibus ita exſurgit natura, ac ſæpius tum in ſomno variolas cum leni ſudore propellit.

Sic & *in diarrhæis* quæ tam in augmento quam in ſtatu ut plurimum funeſtæ ſunt, propter egreſſum quem planè remorantur, hæc eadem *tinct. anodyna bezoardicis remixta* malignitatem humorum temperat & mitigat, ac per cutim exigit potenter.

Hæmorrhagia nimia ſi ab initio jungatur amuleta ex bufone excellunt, actu verò frigida in epithematibus curioſe vitentur.

Principalis omnium cura in legitima conſiſtit expulſione, ſi enim in hoc opere natura deſes, nec arte juvetur, varia tandem remanent mala per vitam ſæpè non corrigenda, v. g. ſi in Pulmonibus ſtagnatio fiat, oriuntur inde aſthma, & tuſſis, ac tum reiteranda expellentia de novo. Hoc verò tum non per variolarum expulſionem, ſed per inſenſibilem fit tranſpirationem, quæ ſi intra dies 20. non contingit, idem fit quod in pleuriſi & peripneumonia videl. phthiſis ſequitur & hectica. In hoc verò caſu generoſiora exhibeantur pectoralia, *balſamis ſulfuris ſuccinatus, antimoniatus, ſpirit. ſalis armoniaci aniſatus* & ſimilia.

Si poſt variolas artuum dolores remaneant, exhibeatur *Decoctum ligni ſaſſafras cum paſſulis, eſſent myrrhæ, liquore C.C. ſuccinato &c.* nec externa antiarthritica negligantur.

Pro defendendis oculis fiat tale collyrium, v. g.

℞. *Aq. roſar. fœnic.* ana. ℥ß. *ſacchari Saturni* ℈ j. *perlar. præpar.* ℈ ß. *croci, camphor.* ana. ℈ ij.
mſ. pro collyrio, vel ſola *aq. roſar. cum multo croco* illinatur.

In faucibus defendendis gargariſmus repetitus inſtituatur factus ex *mucilag. ſem. lini cydon. ſyr. de liquirit. jujubis, papav. errat.* & ſimilibus.

Tandem ſingularis matrum cura eſt, ne infantes cicatricibus iiſque copioſis devenuſtentur, inque hunc finem varia tentant, ſed ſingulari hic methodo opus eſt ne vel tardius hæc applicentur, vel tardius maturatæ aperiantur variolæ, vel nondum maturatæ à parvulis deglubantur.

Curioſe ergo maturitatis tempus notetur, quod plerumque die ſeptimo, die undecimo, vel die decimo tertio accidit, quando ſcil. variolæ in medietate deprimi incipiunt, ac tum acu, inprimis argen-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

copioſa, attamen ſi maſſa ſanguinea enormiter corrupta ſit, ac malignitas gravior, nil impediet quo minus foveæ deformes relinquantur ac facies deturpetur.

## IV.

## DE SCABIE, CRUSTA LACTEA &c.

*Si ex* nutritione vitiata, vel ex neglecta balneatione, *ſcabies, achores, lactumina vel cruſta lactea oriantur*, multum intereſt quo legitimè expellantur.

Balnea & ſudores repetantur, nulla namque ſcabiei major nutricula quam ſordities nec hoſtis major quam mundities, & quicunque ſcabioſi balnea metuunt difficulter ſanantur, etſi alii ſint qui contra ſentiant.

At expulſio procuranda quovis modo, tam per ſudorifera interna, quam per externa balnea, prægreſſis tamen prius ſi opus legitimis purgantibus.

Præterea admodum *laudatur ſperma ceti* ſæpius vel ſingulo mane exhibitum, cum hoc aliquoties ſcabiem quaſi leproſam curaſſe obſervatum fuerit.

Sic & diuretica non minimam præſtabunt opem, & ex his *ſpiritus ſalis volatilis*, qui per urinas ſerum corruptum & muriaticum potenter evacuat. Ex corruptione enim concoctionis tertiæ, ſalva manente prima & ſecunda, plerumque ortum trahit, & *hinc contagioſa non ſolum in alios homines, ſed & ex uno unius hominis membro in aliud*: Sicuti teſtatur *Helmont*, qui *cauſam & vitium in contagione virulenta pelli propria locat, quæque pellem ſaltem inficiat, ſic ut cutis nequeat alimentum ſibi deputatum in propriam vertere alimoniam, ſed potiſſimam ejus partem in ſalſum contagioſumque ichor traducat, hinc topicis ferè ſolis pruritivum iſtud ſal necari poſſe contendit*, quale è *ſulfure*, additis *radicibus hellebori albi*, & *baccis lauri*, paratum, quod omnem propemodum pellis ſcabiem contagio inimicum tollere prædicat: cui non incommodè balneum ſubſtituere poſſumus, quod v. g. fit ex

*Fol.*

*Fol. oxylapati.* m. ij.
*boni Henrici.* m. j.
*ſabinæ.* m. ß.
*radic. Helenii* ℥. ij.
*helleb. albi* ℥. j.
*ſulfur. vivi* ℥. j. ß.
*bacc. lauri* ℥. ß.
*raſur. ligni quajaci* m. ij.
*furfur. tritici* m. iiij.

Conciſa & ſacculo incluſa coquantur cum aq. font. pro balneo, vel cum lixivio ex cineribus ſarmentor. vitis ſi fortius expetatur, & ſcabies rebellis & maligna.

Si puſtulæ cum calore & tenſione excruciant, ſuperponantur, *folia plantaginis viridia*, vel ſicca, aquâ propriâ rurſus humectata, vel *furfur tritici* cum aqua decoquatur, ac decocto huic manus vel pedes ubicúnque dictæ puſtulæ excruciant, immittantur.

Si poſt tale balneum ſanies effluit bonum, ſi vero dolor tenſivus denuo moleſtet, illinantur puſtulæ *butyro caprino cum octava parte camphoræ* mixto.

*Lactumina* der Anſprung / ſi recedunt graviora exinde emergunt mala, velut ex variolis, retrogreſſis ferè, ubi è contra alii quibus diligenter expelluntur vel naturâ vel arte, admodum ſani poſtmodum evadunt.

Si verò cruſta ſit admodum ſpiſſa & tenax, externa ſimul accedant, ac tum fiat ex *oleo amygd. dulc. cum oleo tartari ſubtilis litus* qui illinatur blandè, poſtea verò ubi cruſta remota, & ſanies linteo *aq. ſperm. ranar.* humectato, abſterſa fuerit, inſpergatur talis pulvis, v. g.

℞. *Lapid. calamin. pulv.* ʒ j.
*flor. ſulf. antim.* ℈ ij.
*ceruſſæ* ʒ ß.
*ſalis tartari* gr. xv. miſce

Vel ℞. *ung. de ceruſſ. camphorat.* ℥ ß.
*ſulfur. antim.* ʒ ß.
*ſalis tartari* ℈ ß.

plus

plus minus prout acrius expetatur, ac ipſo illita ſcabies citius exareſcere deſideretur.

Si ſaturnina remiſceantur, non abſque majori efficacia dicta medicamina operabuntur, v. g.

℞. *ſulfur. antimon.*
*ſacchar. Saturni.*
*ciner tabaci* ana. ℥ij.
*ung. alb. camphorat.* ℥j. ß.
*Mercurii dulcis* ℈ij.
*olei camphor.* ʒj.

miſce.

*Excell.* W*edelius* admodum laudat pinguedinem viperarum, cum qua elephanticam faciei ſcabiem, cum oculis rubicundis, inflatis & purulentis, manus item furfuribus horridas, ſicca uvidaque uligine ſcorbutica infectas aliquoties aſſerit.

Alias in leviori pellis virulenta & contagioſa ſcabie non datur præſentius remedium quam hoc ex Mercurio factum linimentum, v. g.

℞. *Mercurii vivi* ʒj.
*Olei lauri* ℥j.
*ceruſſæ* ʒij.
*camphor.* ℥ ß.

miſce.

*Si grandiores tumores circa capitis confinia* protuberant, pro eorum diſcuſſione applicetur *Emplaſtrum de meliloto cum oleo philoſophor. malaxatum*, vel *Empl. de galbano crocato Mynſ. cum Empl. de meliloto miſceatur*, & per tempus applicetur.

*Si verò impexa porrigine fœdatum caput exſtet*, ſequentem methodum ſi ſerves non aberrabis, primo itaque recipe *butyri recentis inſulſi* ℥ij. *vitrioli albi* ʒij. miſce: hoc unguento inungatur porriginoſum caput per tres dies, quarto die probè eluatur caput *lixivio bis transfuſo*, in quo infuſa fuerint, *chamomilla*, *bethonica*, *leviſticum*, *hypericon*, *radix oxylapati*, *bardana*, *fænugræcum*, &c.

Poſt-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

:uratur hic affectus ſi *folia plantaginis*, *lactucæ*, *vitis*, *cuc.*
*itæ*, vel *cucurbita ipſa* conciſa capiti apponatur vel faſc
:ur.

## VI.

# ATROPHIA INFANTUM.

Non raro *cutis virulentum contagium*, alimentum corpor
: quo *atrophiam* incurrant infantes: in hoc caſu ſume *ga*
*i* juniorem, hunc *deplumatum ac exenteratum* repleas
*'o*, cui *ſarſæparillæ* ℥j. addita ſit, tum verò decoque ad
um, ac ex contuſo gallo expreſſum ſuccum propina c(
ıe omni alio & cibo & potu, accedente ſimul balneo e›
ata, ac certò curabitur infans.

Si verò ab infimi ventris obſtructionibus ortum videa
ım, *BARBETTA* jubet propinare *liquorem tartari* in
otu, ſingulis verò tribus vel quatuor hebdomadibus il
, externè verò bis vel ter de die ventrem inungere hoc l
tis experto, v. g.

℞. *Ung. dialth. compoſ.*
*de arthanit.* ana. ℥ß.
*martiati* ʒij.
*olei muccagin.*
*philoſop.* ʒß.

:e.

Si verò lactearum venarum obſtructio pertinax ſit, &
ıties ac intumeſcentia non remittat, porrò commendat
s, v. g.

℞. *Chalyb. præp.*
*Oculor. 69. præp.* ana. ℈j.
*tartari vitriolat.* ʒß.
*lapid. prunell.* gr. xv.
*ſpec. aromat. roſat.* ℈j.
*ſacchari albi.* ℥ij.

ıt, ſ. a. Rotulæ.

Si hæ ſæpius licet exhibitæ malum haud tollant, reſerantia for-a, præcipitantia vel abſorbentia alternatim porrigantur, qualia ſpleneticis ſufficienter tradita invenies.

Quo verò dicta hæc in actum promoveantur, fiat ſimul bal-m ex cruciata antea laudatum, vel hoc, v. g.

℞. *quiſquiliarum ab aqua reject.*
*herb. petaſit.* ana. m. iij.
*radic. rubi* num. iij.
*caput & pedes vervecis unius.*

a. Balneum, caput videlicet & pedes decoquantur ad carnium im, poſtea immittantur reliquæ ſpecies ſacculo incluſæ & ſimul uantur: Ac tum ſingulo mane balneo calido inſideat æger per em dies, poſteaque balneum in flumen effundatur poſt occaſum s. Aqua verò mane ante Solis ortum collecta & ex eodem ine depromta ſit.

VII.

## DE OPHTALMIA.

Sæpius *à catarrhis viſus & oculi afficiuntur*, & ulcerantur, **ſich ſie ſchweren ihnen zu**/ ac tum *lacte materno vel aqua roſa-aperiendi*, ſi verò ſæpiſſimè hoc recurrere ſoleat, *nuchæ* linteola *vini, vel quod melius Eſſent. ſuccini madida imponantur, & caput des diligenter illis laventur hac eſſentia.*

Vel item ex *albumine ovi cum camphora* fiat linimentum, addita

queat, ſic v. g. aliquæ à vino, aliæ ab aceto, à lacte, lactuca & ſimilibus, ſibi temperabunt, à frigore item, ab humido &c. quæ omnia diligens & curioſa mater obſervet, & ſi haud intelligat, Medicos vel obſtetrices conſulat, vel quod melius liberorum multorum matres. *Obſtetricum namque communis perverſus mos eſt, ut id cujus notitiam haud habent, parvi æſtiment & vilipendant, nec ferant ut alii ſimul conſulantur.*

## VIII.
## DE DENDITIONE.

Quo *denditionis laborioſum & periculoſum ſæpè negotium* promoveatur, & dolor plerumque conjunctus mitigetur, nec inde nervorum univerſum genus ſimul vellicatum convulſiones excitet epilepticas, omnis diligentia adhibenda.

Hic bonum eſt, ſi ſalivæ fluxus jungatur, ſcil. **wann ſie viel geuſſern**/ nec hoc impediendum cum per ſe remittat, & ſi ſiſtatur, facile epileptici inſultus accedant.

Si febrilis æſtus denditionem comitari ſolet, cum vigiliis & inquietudine, tum *folia lactucæ*, *tabaci viridia* pedum plantis applicentur, capiti vero *folia vitis*, *ſalicis*, *plantaginis*, *cucurbitæ*, &c. apponantur.

Alvus ſervetur aperta vel clyſmatibus vel ſuppoſitoriis, *ex Hippocratis enim obſervatione minus illi convulſionibus tentantur quibus alvus crebro demittit.*

Si verò diarrhæa fortis accedat, ei reſiſtatur acrimoniam temperantibus ac abſorbentibus *è C. C.* paratis vel ſimilibus.

*Quo* verò *gingivæ minus ſenſiles*, *ſimulque molliores reddantur*, crebrò *eis maſticandum præbeatur fruſtum lardi* optimè fumati, vel *fruſtulum radicis altheæ, in aqua malvæ* maceratum.

Externæ verò maxillæ illinantur *axungia leporis*, *butyro caprillo*, &c. quod ſi fortiora deſiderentur, *cerebrum leporis coctum*, *cumque melle permixtum*, ceu unum ex potentiſſimis remediis gingivis illine, vel hunc *Cnöfelii Balſamum* commendatum ſæpius inunge, v. g.

℞. *Butyri*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

licet, lingua, vel etiam Oeſophagu
ducitur, unde parva copioſa enaſcu
Harum origo cum à lactis aceſcentis
exſurgentibus halitibus accidat, c
culo maturè ejiciatur, & nutrix ſæpè
beat, & ſi eryſipelate afficiatur, *ſ*
nem inſtituat, quo cauſa mal - ſub
mia, & ſcorbutica diſpoſitione ſe a

Quo verò hæ aphtarum mole
maximè impediunt, obque id pe
optimè *Decoctum Veronicæ cum mel*
eluendo.

Vel Recipe *cremoris lactis dul*
learia 6. *foliorum ſalviæ cruciatæ* n
quantur leniter, *ad butyri decoction*
teolum exprime in aquam frigida
quo tum ſæpius piſi magnitudine
cum cute alba abſcedunt: Si effic
*phoræ* & in vaſe lapideo ſerva: alias i
in hujus defectu ſubſtitui commod

Si hæc ſucceſſum optatum ha
*mentum ex melle cum ſpir. ſalis tan*
xillo *ſucco vel rutæ vel ſalviæ campho*

Nares quando obſtruuntur, b
difficulter ſugunt, ac potus aſpera

Si Uvula laxatur, vertici diligenter inſtilletur *Eſſentia ſuccini* vel *ſpir. vini*, vel *ovum ad duritiem coctum & per medium ſciſſum, ac pauco pipere aſperſum calidè applicetur & apponatur*: facile verò hoc accidit cum eis repentè & quidem vi papilla detrahitur hinc cautè tractandi tenelli.

## X.

## DE LUMBRICIS CRINONIBUS &c.

Vermibus repleti infantes noctu multum bibunt, vexantur in ſomnis, inquieti linguam ſugunt, tuſſiunt, nares ſcabie fœdatas, & ſimilia multa reperiuntur.

*Van Helmont* in genere hic laudat *Mercurii vivi decoctum* pro lubitu propinatum.

Aſt cum diverſa dentur vermium genera, opus quoque erit ſingulorum inſtituere conſiderationem.

*Lumbrici* die Spulwürm / ob ſignaturam ita dicti optimè necantur myrrhinis, qualis v. g. eſt *Tinctura ſalutis*, & ſimilia purgantibus quodammodo remixta. Sic

℞. *Radic. mechoac.*
*jalappæ.*
*corallinæ.*
*C. C. uſti* ana. ʒ ß.
*myrrhæ* ℈ j.
*olei citri ſtil.* gutt. v. miſce, fiat

Pulvis cujus doſis variat pro ratione.

Vel ℞. *ſem. cannab.* ℥ ß.
*citri.* ʒ j.
*aq. flor. perſic.* ℥ iiij.

fiat Emulſio, cui adde corallinæ.

C. C. *uſti* ana. ʒ ß.
*ſpir. citri.*
*tinct. myrrhæ* ana. ℈ j.

miſce pro 3. doſibus.

Vel

Vel ℞. *lap. prunell.*
*corallinæ.*
*C.C. ſine igne* ana. ℈ß. miſce.

Vel ℞. *ſpec. diaturb. cum rhabarb.*
*corallinæ* ana. ʒj.
*cinnab. antimon.*
*ſalis volat.* C.C. ana. ℈j.

miſce, detur à ℈ß. ad ℈j. plus vel minus pro ætatis ratione.

Si infantes ſint nauſeabundi, externè umbilicus, venterque inungantur *oleo Maxvelli ex aloe, myrrha, & felle tauri deſtillato*, vel *Unguentum Ieſſenii* umbilico ſuperimpone, aut *pomum colocynthidos diſciſſum & cum felle tauri fixum* calidè quam ferre æger poterit, applica aliquoties repetendo.

*Helmontii ſententiam, videlicet quod quo fermentum fellis haud pertingat lumbricorum extet patria, à ſcopo haud alienam indicant omnia bilem confortantia amara ſcilicet, quæ utplurimum lumbricorum hoſtes exiſtere experientia docuit: cum enim hoc principale fermentationis inſtrumentum in infantibus copioſo ſæpè accedente lacte aceſcente obruatur, non mirum fœcunda exinde propullulare putredinis producta, vermes ſcil. à quibus alimentum interceptum, vel varie alteratum, aut ſtagnans, glandulasque meſenterii infarciens cum abdominis ſæpè protuberantia, ac ita denegato nutrimento atrophiam contrahat, accedente plerumque alvo laxiore.*

Quemadmodum verò ab his in primâ concoctione vel primis viis nutrimentum invertitur & corpori detrahitur, ſic datur & aliud vermium genus quod id in ultima digeſtione demum corpori aufert, ac *comedones* propterea vocantur, cum nutrimentum comedendo largius abſumant. *Crinones* etiam audiunt, quod ſub crinium forma ſæpius per cutis poros prominere ſoleant.

Horum *cura fit* tam præſervativè quàm curativè *per balnei repetitum uſum*, quod optimè fit *ex aquâ dulci cum modico melle*, quo hujus dulcedine allecti vermiculi per poros capitibus ſuis prominentes commode ſcalpello vel cruſta panis acuminata, vel unguibus abradi poſſint,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

moriuntur pediculi quos modo linimentum hoc attingit, ſi vero locus aliquis in capite hoc linimento haud illitus reſtet, omnes reliqui pediculi ſe illuc congregabunt, hinc diligens ſit inunctio quo totum caput, parce tamen inungendo, attingatur.

Quo vero tum ulterius lendes à capillis ſeparentur *cum lixivio & ſapone veneto diligenter abluantur. Pro præſervatione à pediculis amuletum* ſuppeditat *camphora*, hanc qui ſecum geſtat pediculis raro corripi experientia docuit: quod idem præſtat *Zibethum* induſio vel veſtibus inunctum.

## XI.
## DE EPILEPSIA.

*Epilepſia* ſi infantes adoritur, probè obſervandum *num à variolis vel dentitione, vel eryſipelate, vermibus, flatibus, aut* ſimpliciter *à cerebro* ortum trahat, abſque hac enim cautela omnia irrita deprehendes.

*Si à variolis* erumpentibus, expulſioni earum inſiſtendum, ſæpius accidit vomitus, & tum ceſſat epilepſia, præprimis ſi alvus libera.

*Si à dentitione* alvus fluida, bonum portendit.

*Si ab eryſipelate & vermibus*, expulſiva exhibeantur.

*Si à flatibus* quos murmura, ructus & ventris crepitus indicant, cum clyſteres, ſuppoſitoria, &c. opem ferunt.

*Si à cerebro* ortum ducat epilepſia, malum eſt, ſæpè namque recurrere ſolet, & plerumque membrum aliquod vel incurvatur vel claudum redditur.

In genere minera morbi ſi in primis viis hærere ſuſpicetur, eliminetur mediante *ſulfure antimonii*, poſtea verò antiepileptica generoſiora in uſum veniant. Inter quæ hic excellunt *Eſſent. myrrh. Tinct. caſtor. ſpir. ſalis armon. ſal. volat. oleoſ. liquor* C. C. *ſuccin. Eſſent. ſuccini, hyperici*, externè *oleum ſuccini, roriſmarini* &c. v. g.

℞. *Aq. flor. thiliæ.*
*beton.*
*fœnicul.* ana. ℥ij.

*Tinct.*

*Tinct. ſuccini.*
*ſpir. ſalis armon.* ana. ℈ j.
*Eſſent. myrrhæ.*
*caſtor.*
*anodyn.* ana. ℈ ß.
*flor. hyperic.* ʒ j. ß.
*ſyr. de betonica.* ʒ iij. miſce.

hoc cochleatim ſæpius propina.

Si pulvis arrideat,

℞. *Cinnab. nativ.*
*antimon.* ana. ℈ j.
*ocul. 69. præp.*
*ſmaragd. præp.* ana. gr. xv.
*ſalis C. C. vol.* ℈ j.
*laud. opiat.* gr. ij.
*camphor.* gr. v. miſce.

Doſis ℈ ß. ℈ j.

Vel ℞. *Salis C. C. vol.* gr. xv.
*C. C. ſine igne* ℈ j.
*magiſter. ſuccini* ℈ ß

miſce, Doſis ℈ ß. ℈ j.

Vel ℞. *Salis vol. Cran. human.* ℈ j.
*magiſter. ſuccini.*
*glauræ Augurelli.*
*Cran. human. philoſoph. calcin.* ana. ʒ j.
*olei. lavendul.*
*roriſmarin.*
*ſuccini* ana. gutt. iij.

miſce, fiat pulvis.

Externè ſpina dorſi illinatur diligenter hoc, v. g.

℞. *Olei lumbric. terreſtr.* ℥ ß.
*caſtorei.*

*ſuccini.*
*lavendul.* ana. ℥j.
*ſpir. ſalis armon.* ℥ij.

bus admoveatur ſæpius *ſpir. ſalis armoniaci*, vel *ti*
*a menſtruo volatili* extracta. Præterea optimè cond
ı nucha.

*omnia hic notetur, ne pueri mormolyciis, ſpectris vel*
*itur*, præterquam enim quod hoc noctu ſæpè eis
iat, vel etiam convulſiones epilepticas cauſet, *id ma*
*bere ſolet, quod per omnem vitam timidos reddat, im*
*unquam cordati evadant. Potius ideò timor de ſpect*
, quo loca ignota noctu frequentare diſcant abſque
ra vero timor erga Deum, erga Parentes, Præcepto
; eis injungatur ſedulo.

## XII.
## DE FASCINATIONE.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

tus, actionibus vitalibus deſtinatos: geſtantem verò conforta[illegible] guefacit, niſi quod puſillanimum & timidum eum reddat: ([illegible] ſcinum etſi ſpirituale quid ſit, tamen agat in facultates & [illegible] corporales non verò ſpirituales.)

Res mira creberrimis exemplis comprobata: ejusdem ve rationis eſt hæc radix in beſtiis jumentisque laborantibus vel ſub aratro vel in via ſub onere, vel in comitibus in itinere.

Non hic tacenda faſcinationis ſpecies quæ ſæpè accid[illegible] infantes loqui diſcunt, v. g. *ſi duo infantes ſe invicem adhalant, alter loqui incipit, alter verò nondum, tum iſte infans non amp[illegible] quitur donec hic itidem loqui incipiat. Res certa per experient[illegible] modus inficiendi idem qui in oculis, etſi cauſam neſciant Medici elem*

## XIII.

## DOLOR COLICUS.

*Infantes ablactati ſi dolore colico corripiuntur* (in lactentib[illegible] que plerumque ab eryſipelate fit) cauſa utplurimum à flati[illegible] à cibis copioſe ingeſtis, vel à frigore.

In hoc caſu detur *Balſamus ſulf. ſuccinatus, aniſatus vel [illegible]niatus*, aut *oleum carvi* cum *Eſſ. myrrhæ, ſale volatili oleoſo* 8 bus. Externè venter & ventriculus inungantur diligenter *[illegible] momill. cæruleo*, vel *petroleo* aut *abſynth. ſtill.* &c.

Si flatus ſint ſola & præcipua cauſa, *nitrum crudum* depu gr. v. ad ℈j. propinatum omnem paginam abſolvit. Finit morbus ſomno & ſudore absque quibus alia irrita.

## XIV.

*Intertrigo* ſi cuticulæ tegumento tenellam cutim ſpoli *Ettmüller laudat terram vitrioli dulcem* per nodulum inſperſa verò magis hic conducit quam *diligens balneatio*, & ablutio, mis *ſi cepæ recentes aquæ balnei infuſæ fuerint*, ac tum ſimple *pulvis è lignis carioſis* collectus, vel *lycopodii ſemen* ſufficit.

X

Cognoſcitur dicta luxatio, ſi infans oculos ad genua flectere & imponere difficulter poſſit, & facies promineat.

Curatio hac fit methodo, infans videl. capite attollitur manibus infra aures appoſitis, ac caput huc illuc vertitur aliquoties, ac tum ponitur infans inclinato capite antrorſum, & ſi luxatio reſtituta, tunc ſubitò cadunt ſymptomata vomitus ſcil. & reliqua: Poſtmodum verò ad nervos rurſus confortandos externè balſamica nervina exhibeantur; ad diarrhæam verò ſiſtendam *ſuccus cydoniorum cum vino è canariis allato*, aut ſimilia propinentur. Conſule de hoc affectu *Ettmullerum/Tenhuſium* in den Heil-Curen von der Uberſogenheit.

## XVI.
## DE VOMITU DIARRHÆA.

Sæpius *infantes vomitus excruciat*, & ſi hic per eſſentiam affligat, non ſiſtendus antequam vitioſus mucus per ſe evacuatus fuerit. *Lactentibus enim admodum convenit ut ſingulis octo vel.* 14. *diebus ſemel vomiant lac ſuperflue ingeſtum aceſcens*, hoc enim à Colica ac epilepſiis ſervantur.

Externè tamen non inconſultum erit externa confortantia adhibere, quale v. g. eſt *oleum abſynth. ſtill. macis ſtill.* vel *Empl. ex theriaca* pulvere *nucis moſchatæ & cinamomi* conſperſum, ſi verò vomitus non ceſſet, *ſola meliſſa* manibus trita & naribus admota eundem ſiſtit. Vel *liquor. C. C. ſuccinatus, Tinct. anodyna, Tinct. lapid. ... at, Elixir proprietat. alcaliſat. Eſſent. ſuccini, ſyr. cinamomi* & ſimilia omnem tandem paginam abſolvent.

Et ſi diarrhæa infeſtet, è C. C. parata medicamina in uſum ... *non enim eſt ſecurius, facilius & magis ... pro pueris*

## XVII.
# DE TUSSI.

*Si tuſſis moleſtet*, ac is ex ſtomacho, tum vomitus præſens levamen affert.

Si verò à materia acida, pituitoſa, nimis viſcida, difficulter mobili, ſtertorem anhelando procreante, ubi pronis non raro ipſa pituita effluit, tuſſis oriatur, tum vomitorio præmittatur *ſyr. de eryſimo cum aquâ hyſſopi vel menthæ vel liquor è raphano in taleolos ſciſſo & ſaccharo candi largitur aſperſo defluens.*

Si verò in pectore potius & larynge acris lympha tuſſim excitet noctu excruciantem, *ſperma ceti in juſculo calido propinatum* convenit, vel item *ſpir. ſalis armon. aniſatus, liquor. C. C ſuccinatus à Cl. Ettmüllero* adeo decantatus, &c.

Externè optimo cum ſucceſſu fit *unguentum ex capitibus allii cum axungia ſuilla in mortario lapideo contuſis*, in forma Emplaſtri pedibus applicandum per noctes repetitas.

Adultioribus præter pediluvia ex alliis, malva, lixivio facta caput humectetur cum *Eſſentia ſuccini.*

Pectus verò inungatur cum *unguento Pectorali*, ac ita ferina etiam tuſſis cedere cogitur.

## XVIII.
# DE CARDIACA.

Oritur ſæpiſſimè *cordis coarctatio aut præcluſio* das Hertzgeſperr / à materia viſcida pulmonibus infarcta, vel ibi genita, vel à capite ut alii dicunt jam transmiſſa! in hoc caſu cibos deglutire absque difficultate quidem poſſunt, ſed non ſemper bibere, tunc quando reſpirant, pectus & coſtæ ita coarctantur & contrahantur, ut ſæpius frangi velle videantur.

In hoc affectu ſaccharata & dulcia omnia vitentur; ac præter balſamica interna ſæpius propinetur hic pulvis expertus, quantum cuſpis cultelli capit: v. g.

℞. *radic.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

## XX.

## DE GANGLIO VERRUCIS &c.

*Si poſt caſum vel lapſum tubercula exoriuntur*, cultro vel alio inſtrumento ferreo fortiter comprimenda ſæpius, quod ſi haud fit, in ganglia non raro degenerant. Si verò tuberculum diutius maneat, inungatur *oleo petræ in quo camphora ſoluta.*

*Si narium hæmorrhagia vexat*, *uſnea cranii humani manibus contineatur* donec incaleſcat, & ſi continuò hâc vexantur, uſneam collo appenſam habeant.

*Verrucæ, clavi, calli, ganglia &c. oleo petræ cum camphora obediunt*, hoc enim omnes membrorum, tendinum, & ligamentorum durites abſumit.

*Oleum Mercurii nigrum* etiam unica unctione verrucas tollit.

## XXI.

## ARDOR URINÆ.

Si urinæ ardor infantes excruciat, tum urinam reddere metuunt, & quando eam reddunt ejulant, & prius non, ſecus quam ſi calculo laborant, ubi dolor eſt continuus.

In tali urinæ ardore præſentiſſimum remedium eſt *pulvis carbonum thiliæ vel ſalicis* à ℈ ß. ad ʒ ß. ſæpius datus: non habetur facilius, ſecurius, & efficacius medicamen, quo anicula quædam alieno nomine conſilium apud Medicum quæritans, intra ſemihorulæ ſpatium magnificum illum pudefecit Doctorem cum diuturnis ſuis & operoſis medicationibus.

Infantes quando noctu urinam non retinent, nil melius eſt quam noctu eos exſuſcitare, & ad urinam reddendam inſtigare, ſed ſucceſſivè tardius hoc fiat v. g. ſi per quatuor ſeptimanas hora tertia matutina fuerint excitati & inſtigati, tum poſtea tardius ſcil. hora quarta id fiat, ita ſucceſſive donec aſſueſcant urinam continere per noctem, & manè eam reddere. Hoc remedii genus in hoc caſu certius eſt quam omnia alia medicamina. Potus tamen nimius eis haud concedatur, & ſæpius ad ſudores compellantur,

quo

tura per poros ſerum evacuare diſcat, nec omne per urinam
*bsque ſudore enim rarò homo ſanus degit, quippe quæ ſanitatis paradiſo promulgebatur, ſcil. in ſudore vultus tui comedes pa-*
*: pœna ſanè talis quâ nil homini ad ſanitatem conſervandam melius : etenim quod Deus ordinat, ſemper bonum.*

## XXII.
## DE GIBBO.

:bus etiam non raro totis familiis hæreditariis infantes affli-
:, *Gibbus* ſcil. qui quibusdam ex peculiari aſtrorum influxu cere creditur.

rerò *ex vertebrarum dorſi, oſſium item & ligamentorum pecto-*, vel ſucco ſuperfluo affluente & in excreſcentias cartilagi-
em indureſcente.

atur utplurimum inunctionibus & balneis, ſed quæſtio an juæritur, cur magnatum ſæpè infantes delicatè educati his r, raro ruſticorum? exemplum transferatur ad uſum, mol-
que plus obeſt quam prodeſt.

rbores juniores baculis alligati nunquam ita creſcunt & t, quam quæ liberiori aëris motui relinquuntur.

ide quid *Mercurius coagulatus* externè applicatus & fortiter ut & *petroleum cum camphora* diligenter illitum præſtet.

## TANDEM

*complemento* cum CL. *HARRIS aſſerere haud vereor, morbos*
*s infantilis gradu tantum differre; imò curationem eorum longè*
*c faciliorem eſſe quam vel virorum aut mulierum.*

ſantum cartilagines potius dici merentur; cumque humido tam primigenio quam aſcititio adeò abundent, adeò mollia & flexibilia ſint eorum corpuſcula: hinc *Temperamentum eorum omnium humidiſſimum eſt ſtatuendum.*

Atque inde morbos eorum univerſos ejusdem eſſe generis item, ab una eademque cauſa produci, concludendum eſt, neque verò niſi nomine eſſe diverſos, & *prout vel ventriculus, Inteſtina, Pulmones, Caput, vel nervi malè ſe habent, aliâ atque aliâ nomina ſortiri.*

Et ipſe HIPPOCRATES *libro de Flatibus*, de unâ eademque univerſâ morborum cauſa diſſerens, atteſtatur, quando ita pergit. *Morborum omnium unus & idem modus eſt: Locus verò ipſe, eorum differentiam facit, quare videntur quidem morbi nihil ſimile habere, propter diverſitatem ſaltem locorũ, quum ſit tamen una morborũ omnium ſpecies, & eadem cauſa.*

Proinde ſi naturam vel diſpoſitionem humidi infantilis paulo examinamus id in nullam aliam *putredinem*, quam *aceſcentem* degenerare poterit. Quemcunque enim morbum infantes patiuntur, ſive hoc vel alio nomine inſignitum, rarò aut nunquam deeſſe *fæces Acidum redolentes*, & quidem ab initio ructuum acidorum copiam adeſſe obſervamus, atque *Symptomata Infantum ſingula Acido, ut parenti legitimo, ortum ſuum debere experimur.*

Addamus his tonum ſanguinis debiliorem, & craſin adhuc nimis infirmam, ita ut ſpiritus in eodem hoſpitantes nondum eò prædominii venerint, ut functiones aut munia ſua ritè obire, aut quoscunque humorum motus irregulares, à cauſis vel externis vel internis ſuſcitatos, vi propria componere queant. *Liquor nimirum vitalis, circulantes* ſaltem *humores*, antequam ad debitã craſin fuerint exaltati *ad inſtar Muſti in Acorem præternaturalem facillimè degenerant*, aſt tempeſtiva artis ope haud ita difficulter in ordinem rurſus rediguntur.

Infans verò hic intelligitur non quidem ſtrictiori ſenſu, unicum menſem natus, aut bimeſtris vel trimeſtris, ſed & latius hic indigitatur puerulus paulò provectior, ad quartum nimirum annum: Dehinc Pueri nomen ſuſtinet ad annum decimum quartum usque.

Quo minor verò natu eſt infans malè degens, eo faciliorem eſſe morbi vel gravioris eliminationem, experimur: Etenim *quælibet impreſſio*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ſive Podagra, Calculus, Phtiſis, Epilepſia &c. à fonte Paterno in filios non nunquam profluant. *Dantur enim integræ familiæ, quæ ſæpè eodem morbi genere vitam finiunt:* Etenim ſemen prolificum diatheſin morbificam ſæpè fœtui, quaſi clavo trabali adeò infigit, ut nulla unquam arte in poſterum rurſus amoveri queat.

*Nulla tamen frequentior cauſa labis*, pueros ab ortu inficientis videtur eſſe, *ac illa quæ à matre in utero geſtante derivari ſolet.* Prægnantes enim mulieres mille erroribus in victu ſunt pronæ, mille caſibus fortuitis expoſitæ quibus vel terræfactæ, vel aliâs leſæ injurias indelebiles fœtui communicant; Et quam abſurdis deſideriis urgeantur Prægnantes, compertum eſt, *ubi hæc carbones, illa cineres devorat, hæc carnes, illa piſces crudos appetit*, &c. imò quanta imaginationis vis in gravidis pollet, quotidie obſervatur, dum maculas omnis generis fœtibus imprimunt &c. Sanè *hæ genitrices, quæ in hoſce depravati appetitus effectus magis ſunt proclives, eam labem fœtui inurunt, quæ nonniſi temporis medicantis ope in ſolidum eſt eluenda.*

Pauperculæ verò quarum animos à Melancholia detinet, vel labor, vel miniſterium aliquot quotidianum; aut quarum victus tenuior eſt & ſimplex, modo indigitatas indiſpoſitiones vel morbos rarò experiuntur.

Præ aliis verò mulieres Hyſtericæ diſpoſitionem morboſam fœtui nunquam non communicant.

Poſt modò traditam cauſam Procatarcticam, à matre gravida potiſſimum dependentem, cauſæ infantilium affectuum ad quatuor capita referri commodè poſſunt. 1. *Ad Frigus ſuſceptum*, 2. *Ad Lac Nutricis nimis craſſum*. 3. *Ad carnis deglutitionem præmaturam*, & 4. *Ad inſanam matercularum, ac Nutricum plerarumque indulgentiam in pitiſſatione vini, aut liquoris alicujus ſpirituoſi*, ſuis infantibus non rarò permitenda. Et primò quidem *Frigus quod concernit*, hoc, & quidem frequenter ab aere veſpertino ſuſceptum, ſæpius viam ſternit affectibus Febrilibus; ſic & aeris mutabilitas, & continua nunc caloris nunc frigoris viciſſitudo inimica omninò eſt tenerrimis corpuſculis, ut niſi cura in adaptandis veſtimentis calidis & idoneis adhibeatur, morborum inſultus diu effugere haud queant.

on ſecum trahere plura incommoda, *cum infantum corpora* *s alüs continuò fluida eſſe debeant, ut ductus tenuiſſimi chy* *ndo deſtinati haud obſtruantur.* Et ſi Nutrix vino, vel iis liquoribus dedita ſit, *Lac flammis quaſi ſuccenditur*, & as lactenti facillimè ignis vix extinguibilis transmittitur: m *durante lactationis tempore viri amplexus laſcivior admitt* ex coitu irritari ſolent & lactis materia diminuitur, vel mpitur & aceſcit *præcipuè ſi Nutrix ſit hyſterica*, hoc ori & delicatulo temperamento prædita, ut ut caſta ſit men ex ipſa temperie *lac facilè degenerat & aceſcit.*

*Carnium eſus omninò tenellæ ætati inconveniens eſt*, quam s ad maſticandum nondum ſufficientes, nec firmos obti el præterea ingluvies carnis præmaturè ingeſtæ cruditatum ſſima, quippe alimentum crudum & indigeſtum humorum c el putredinem neceſſariò progignit, unde non ſolum lum erantur, verum & ſymptomata diverſa eaque valdè anom us miſelli intabeſcunt, ſæpè dependent.

*Et quidem cruditates tales infantum potiſſimum magis ac* *identur, ex eo quod ſtatim à datâ pulte, vel victu obdormire*

*Vini uſum* mulierculæ noſtrates inde indulgere volunt ilis, credentes inde admodum roborari eos, non conſider vinum plerumque ſibi admodum contrariari, *vel & vinu* *omacho lacteo citò citius aceſcere*, & omnem ingeſtum cib coagulum vertere, unde ex chyli iſta inæqualitate, Na itus, vel ſaltem ructus acidum redolentes, exoriuntur; ita mala juxta ſeriem ſupra prolatam, propullulant.

*Cujus tamen indolis ſit illud acidum* quod cauſam omn mque morborum infantilium ſuſtinet, an ei ſingulæ acidit adrent, hic non diſceptabo; Sufficit adhuc dum, gener m noſſe, *acidum quod vis ſub digeſtione generatum*, e etiam ſit indolis *potiſſimam morborum puerilium cauſan* exſuperat; Imò HIPPOCRATES ſuo tempore hoc

ubi *in libro de veteri Medicina* pro certo determinat, quod *ſecundæ illi dictæ qualitates*, nimirum *aciditas*, *amaritudo*, *ſalſedo*, & infinita talia ſint principes morborum cauſæ: Unde liquido conſtare poterit, curationem morborum in ſpecie infantilium, non tam primis qualitatibus, utpote frigido, humido, calido, &c. extinguendis, debere eſſe accommodatam, ſed *ad acidum obtundendum*, *amaritiem alterandam*, *ſalſum contemperandum*, *craſſitiem humorum incidendam*, *nimis fluidos humores compactiores reddendos*, *aſperos leniendos*, ac denique *obſtructos corporis ductos aperiendos*, *& ab infarctu liberandos* imprimis dirigi oportere.

Cum enim etiam HIPPOCRATE teſte *in Homine ineſt & amarum & ſalſum & dulce, & acidum, & acerbum & inſipidum, aliaq; infinita*, quæ pro copia & viribus varias habent facultates; *tamen hæc mixtione, & mutua inter ſe contemperatione vel textura neq; cernuntur, neq; quenquam moleſtia afficiunt.* Sed ſi horum quidpiam fuerit ſecretum, & per ſe extiterit; tum & conſpicuum fit, & hominem lædit.

Sic ex cibis qui nobis haud conveniunt, & qui ingeſti nos lædunt, obſervabimus unumquemque aut amarum eſſe atque minimè temperatum, vel & ſalſum, aut acidum, aut alio aliquo modo intemperatum & vehementem; unde perturbatio in corpore originaliter dependet.

*Acidum tamen præ reliquis qualibus, cauſa extat primaria, omnium affectuum, quibus tenera ætas affligi ſolet*, unde & totum curationis artificium in Acido dicto præternaturali & exſuperante expugnando, unicè verſatur.

Hinc, quæ medicamina ad acidum expugnandum haud tendunt, tenera infantum corpuſcula magis vel minus ſaltem lædunt.

*Duabus verò intentionibus* Acidi præternaturalis tractatio ſaltem innititur nimirum *ut Aciditas illa idonea reddatur vel præparetur*, ut poſtmodum eò melius è corpore eliminetur: *Deinde ut Acidum ita ritè præparatum evacuationibus debitis expurgetur.*

*Præparationem quod attinet*, hæc non eſt aggredienda corpus tenellum excalefacientibus, ſed temperatis abſorbentibus & acidum obtundentibus, qualia ſunt *Oculi, & chelæ cancrorum teſtæ concharum, corallia, corallina, mater perlarum, margaritæ, lapis Bezoar, uterque, C. Cervi phil. præp. Raſura. C. Cervi, Unicornu, terra ſigillata, & alii ex his varie compoſiti pulveres* &c. modò doſi liberaliori & ad finem uſque ſufficienti propinentur.

Poſtea convenient demum *leniter purgantia*, in ſpecie *Rhabarbarina*; v. g. infanti unius anni hunc in modum poſſet exhiberi v. g. ℞. *Syr. de cichor. cum Rhabarb.* ℥ij. *Rhabarb. el pulv.* gr. xv. vel ℈j. *cinam.* gutt. xxx. m ſ.

Vel ℞. *C. C. Phil. calcin. jalap. pulv.* an. gr. ij. *crem.* ♀i gr. iij. miſce detur. &c.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

NImis obſcurè mihi philoſopl
nulli Rerum Naturalium moderni
TESIUM *ſecuti, omnia ad priora o*
*conantur*, cum tamen magis man
ſint involuta, ut *Oedipo* ſæpè opus ſit, ad ea e
in chymia hâc mea eo allaboravi *ut terminis*, 
rem exactè ſignificantibus veritatem ob ocu
nimium ea quæ per ſe ardua ſunt aut obſcura
magis obſcurarim. *Acidum & Alcali* ſunt pr
lium per Chymiam ſatis manifeſta & cogn
phœnomena omnia in ſolutionibus & coagul
ralium occurrentia, explicanda, ut diſtinct
las *Primi, Secundi, & Tertii Elementi* haud in
tem omninò reperio, *Clariſſimum Virum Do*
*Becke, in ſuis Experimentis, & Meditationib*
*lium Principia*, hunc, ceu exactum Chymiæ m
adjicere volui, cum ea optimè illuſtrare mi
ſuccinctè hinc inde pertractare, paginarum
Naturalium rerum dari Principia, perg
Philoſophus qui dubitet: *Mundum* namque
fuiſſe, ſed cœpiſſe aliquando ac in tempore
*ximo Deo ex Nihilo negativo creatum eſſe no*
*rare poſſumus, cuncta quæ videmus corpora, n*
*poſita*, ortus namque rerum ac interitus lu
oſtendunt. Cum verò omne compoſitur
conflatum, neceſſe erit, ut quæ ſimplici
ſint, & quò quæ res ſimpliciores ſunt, eò ca
dem cum conſentientibus cunctis ſanè ac
tibus, à progreſſu in Infinitum Natura abh

alia tanquam ſimpliciora à nobis reſolvi nequeunt, omnium Prima dicantur. Adeòque citra dubium illa Naturalium corporum vera Principia & genuina conſtituentia erunt, quæ in rerum naturalium ordine ſimpliciſſima ſunt, ſeu in quæ ultimatò res corporeæ reſolvuntur, ut in alia priora reſolvi nequeant.

Quænam verò illa ſint, acerrimè de hoc inter ſe digladiantur Philoſophi. Nolo hîc tot diſcrepantium à ſe invicem ſententias recenſere, neque adeò ex veterum memoria repetere, quo jure, quâve injuria *Anaximander* rerum Principia dixerit eſſe infinita, aut *Anaximenes* infinitum aërem rerum Principium eſſe docuerit; neque *Hipparchi*, *Heracliti*, *Epheſii* Ignem; neque *Anaxagoræ Clazomenii* infinita Principia, tanquam particulas minutas & confuſas, ſed Divina mente in ordinem redactas; Neque *Leucippi*, *Diodori* & *Democriti* plenum & vacuum; neque *Diogenis Laërtii* aërem Divinæ rationis compotem; neque *Pythagoræ Samii* numerum hûc afferam, utpote quæ noſtro Seculo vix defenſorem aut patronum habent: Sed hoc ſaltem præterire non poſſum, neque hodiè etiam inter doctiſſimos viros, circa naturalium rerum Principia compoſitam litem eſſe, quin adhuc ſub judice ſit. *Ita ſunt, qui quatuor rerum naturalium Principia Ignem Aerem, Aquam & Terram docent, quibus pro expediendis naturalium rerum difficultatibus Peripatetici potiſſimum nituntur. Cum tamen ſummis aliquibus ingeniis obſcuriora hæc & rudiora* viderentur, ut ad ſecretiores Naturæ receſſus, hâc via aditus ſibi recluſum iri omninò diffiderent, *ſepul ta jam dudum Democriti ac Epicuri Philoſophiam, corporum* naturalium principia *atomorum* modo rotundarum, modo *acuminatarum, quadratarum cylindricarum* conſortio vel divortio tribuentem, *è tumulo in lucem revocarunt. Præter hos reperiuntur alii, corporibus reſolvendis operam dantes, docentesque reſolvi corpora poſſe in Sal, Sulphur* & *Mercurium, atque adeò tria rerum principia eſſe; quibus ſe opponunt alii, in plura ſimplicia Spiritum, nempe, Sal, Sulfur, Aquam, Terram reduci corpora poſſe adeòque quinq; rerum Principia demonſtrantes. Neque tamen deſunt, qui & hos terminos juſtè anguſtiores arbitrentur, dicantque è ſucco* v. g. *uvarum præmiſſa fermentatione ſeparari Spiritum flagrantem, Oleum, Aquam acidam inſipidam, Sal fixum, volatile, Tartarum, Terram &c.*

*adeòque plura Principia ponenda eſſe.* Contra ſunt, *qui terminis quam arctiſſimis, rerum naturalium initia definiunt* docendo: *Cuncta corporea ex unica univerſali Principio Aqua Elementali, tanquam cauſa materiali, auxilio Seminum fermentorum prodiiſſe, ita ut univerſam hanc in mundo ſcenam, fermenta per Semina ſub uno Aquæ elemento ludant.*

Atque inter tot maximorum ingeniorum divortia, non levis difficultas oritur, in cujus ſententiam deſcendere debeamus. *Ego quidem in animum non induxi, ullius ſententiam examinare vel oppugnare, huic enim imparem me lubentiſſimè profiteor, qui adeò neminem docere auſim, ut etiam à quovis doceri cupiam; nihilominus tamen* ut ultimæ, *huic calculum meum adjiciam multa me cogunt.* Neque enim hoc, quod invictiſſimis Experimentis æque ac Rationibus demonſtrari poteſt: *Cuncta corpora nempe ex Aqua tanquam materiali, & Seminibus tanquam formali, cauſis fermentorum auxilio conjunctis conſtare, obſcurè ferendum eſt.* Quod ut tantò clarius patere cuivis poſſit, propoſitum mihi eſt, publicè hîc rationem reddere, quare cæterorum ſententias deſerendas cenſeam, hancce ultimam verò accipiendam: quos Deus conatus ſecundet! Potiora tamen ſaltem attingam, ut citra obſcuritatem brevis ſim.

Conſtat verò pleraque cæterorum Principiorum ita eſſe comparata, ut citra artem, ac Ignem Chymicorum cultrum anatomicum accedentem, omninò in corpore naturali formaliter ante calcinationem non tantum non deprehendantur, verum etiam in alia ſe priora redigi poſſint, quod tamen à natura Principiorum immenſum diſtat. Cum enim Ptincipii Cauſalis natura ſit, ut ex eo res naturales primò producantur, atque in idem ultimatò reſolvantur, omninò ſequitur, quod quæ formaliter compoſito non inſunt, ſed Ignis actione ac arte demum producuntur, quæque in alia priora reſolvi poſſunt, inter genuina corporum naturalium principia tolerari haud queant.

Quod enim *Spiritus* illos *vegetabilium ardentes* per deſtillationem paratos attinet, tali forma illos formaliter ante manum artificis accedentem in miſto præextitiſſe dici non poteſt; neque enim demon-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

( Aniſi enim ſemen maxima olei q
*ritûs vini phlegmate conjungitur, &*
*rum cum aqua miſtorum*, uti quotidi
experimento patet. Oleoſæ huic
liſatus affunderetur, procul dubio l
ret, & novum Aniſi ſpiritum conſt

Patet itaque *Spiritus* illos Vege
forma in miſtis non præextitiſſe, ſed
mediantibus Spiritibus vini oleoſis,
adeoque inter vera corporis natural

Et quamvis in miſto formaliter
tum tamen genuini Principii nomen
pora compoſita, adeoque actu in ſul
tes reſolvi poſſint, quod certè non l
competit. Manifeſtiſſima namqu
deinque rem & eſſe Primum corpc
enim ſermo eſt) cujus neceſſaria cc
tes priores ultimatò ſenſibiles reſol
culas poſſe reſolvi priores ac ſimpli
getabilium Spiritibus obſervamus;
*conſtant, alioquin flammam concipere*
*tile abeunt, more oleoſorum omnium*
Atque adeò non tam pro Principiis

Præter hos verò ardentes vege
quoque alii per *Plantarum incinerati*
*quin in aerem abituris conſtantes.* Spi
tu fuliginis vel etiam Tartari genui
omninò Salibus conſtant; neque a
parati in miſto exſtiterunt; ſed or
dum herbarum Tartarus per Ignis
ductionem usque in Sal fixum. Ad
volatilia Tartari plantarum in phl
mine vegetabili nondum coagulata
cis rem complectar, ſunt Salia li
quod Tartari plantarum mentio

alioquin ſolis vini fæcibus Tartari nomen tribui ſoleat, neque enim hoc citra rationem factum. Quemadmodum enim in ſucco uvarum, mechanica illa Naturæ inſtrumenta Alcali & Acidum, ſ. Aqua & Ignis mutuò coagulata Tartari nomine ſalutantur, ita quoque nihil impediet, quo minus hoc in aliis vegetabilium ſuccis iisdem plane Salibus, Seminibus nihilominus diverſiſſimis, imbutis liceat. *Salia quidem è ſuccis parata nonnullis Salia eſſentialia vocantur, quod etſi non improbem, miror tamen Zvvelferum, quod Salibus è ſuccis paratis* v. g. *Acetoſellæ, nomen Eſſentialis Salis conceſſerit, qui tamen nihil aliud ſunt quam Tartari herbarum, atque aliâs Tartarum vini ordine Salium excluſerit. Rectius docet Tartarologia Salæ*: ex quolibet vegetabili ſucco, Tartarum quendam illi ex vino orto omninò ſimilem, parari poſſe; qui tamen & ipſe hoſce dictos Tartaros Salium cenſu excludi non veretur, quanquam rationibus nitatur parum ſolidis, quas ne prolixior ſim, hîc examinare non licet. *Hoc ſaltem liceat hîc notare unicum, Vegetabilium ſuccis omnibus Tartarum ineſſe talem, qualis ineſt vinis, adeòque Spiritus illos per vegetabilis incinerationem productos prout Spiritum Tartari vini, è ſuis Tartaris iiſdem omninò Salibus Acido & Alcali conſtantibus ortos, proindeque Spiritus illos reverà Sales fluidos eſſe.*

Quod ſi ita eſt, uti revera eſt, neque hi Spiritus rationem Principii corporis naturalis diſtinctam habere poſſunt, cum à Salibus volatilibus æque ac priora olea, eſſentialiter non differant. Hæc ſi cui obſcuriora viſa fuerint, clariſſima tamen evadent, quando in ſubſecuturis de generatione fixi Salis Tartari, ex colliquatione volatilium, dicendum erit; ubi reverâ patebit, effluvia illa in Tartari calcinatione abeuntia, mera Salia volatilia eſſe, quæ cum particulis terreſtribus ſi fuiſſent colliquata, Alcaliſatum Sal inde prodiiſſet. *Tartarorum interim Spiritus, è Salibus Acido & Alcali volatilibus conſtare, ſi quis velit eſſe certus, abſtrahat ſaltem Spiritum Tartari genuinum ab Alcaliſato Sale & Acido Spiritus Sale volatili in Alcaliſato Tartari relicto, urinoſum Sal volatile nares feriet.*

Secundum itaque Principium *Sulphur* quod attinet qua ratione in miſto præexſtiterit inveſtigandum erit. Advertendum tamen

eſt,

eſt, in *vegetabilibus Mineralium ac Animalium Regno* ...
*Sulphura* reperiri, aſt verò nullâ ratione, genuini corporis n
Principi nomen ſuſtinere poſſe. Poſſunt namque dictorum o
*Sulphura* in alias particulas priores redigi quo ipſo Principii
exuuntur. Et olea quidem vegetabilium, quæ potiſſimum con
tibus Philoſophis omnibus vegetabilium Sulphura conſtitu
ſentialiter ſunt Salia volatilia concentrata, quod præter exper
docet Subtiliſſ. Helmont. pluribus in locis, præcipuè
c. 14. de febribus. *Si noveritis* inquit *olea vegetabilium mutare*
*volatilia (quæ nunquam vidiſtis) nacti eritis medicamentum, &*
tamen oleum inflammabile quoddam acidum, per quod arden
que unctuoſitate ſua, Salia hæcce oleorum volatilia detinet, qu
Salium cunctorum ritu cum aquis prompte miſceri queant.
unctuoſum oleorum acidum, etſi loco Sulphuris vegetabi
poſſe cuipiam videri poſſit, quia tamen in prius aliud redig
aquam nempe elementalem, de quo in progreſſu diſcurſu
pluribus diſſerendi anſa præbebitur, principiorum ordini i
non poteſt. Olea igitur ſ. *Sulphura* vegetabilium, cum in ali
Sal volatile videlicet & Acidum volatile inflammabile divid
Principiata potius quam Principia ſalutanda erant.

Reperitur quidem *in carbonibus* lignorum combuſtorum
quoddam *vegetabile*, antequam in cineres convertantur cujus
cio candent carbones, quodq; auxilio Alcalium & præcipitatio
ſeparari poteſt, verum neque hoc *Principium* quoddam *Sul*
conſtituere poteſt; cum & ipſum abeat in ſpiritum acidun
Sulphurum omnium cujus certum experimentum fieri poteſ
*bones Retortæ indantur, Igneque aperto deſtillentur, prodit enim*
*ritus acidus cum phlegmate Spiritus hic ſeparatus in Sal coagu*
*tandem omninò in aquam elementalem converti poteſt.* Poſtqua
ſpiritum illum è carbone acidum impetraverimus, Caput ca
mortuum, copiam Salis fixi, excolliquatione Acidi & Alca
rum cum particulis terreſtribus, continebit quod aqua elu
*Huic Sali fixo ſi addatur ſpiritus ille acidus è Sulphure carbonu*
*ctus, efferveſcent mutuò ac coagulabantur in Sal adeoque null*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ac prætereà, *Sal illud fixum alcaliſatum per Ignem productum, formaliter ante incinerationem in miſto non præexſtitiſſe*, ſed demum per Acidi & Alcali cum terreſtribus particulis colliquationem productum fuiſſe. E quibus ac aliis ibidem dicendis, facilè cuivis patebit, Salinum hocce Principium tantopere à Principibus quoque ævi noſtri Philoſophis æſtimatum, ſua ſponte Principiorum corporis naturalis ordine excidere.

*Terram* itaque ceu quartum Principium quod attinet, videamus paucis ſaltem, quo jure Principium dicatur. Quam quidem controverſiam omnium optimè nobis magnus poterit decidere *Helmontius*. Hic *Tract. de El.* §. 11. inter illa quæ mechanica ſua in aquam reduci poſſe ſibi conſtare dicit, numerat quoque Terram; additque §. 12. didiciſſe ſe per ignem; quod Deus ante diem creaverit Aquam & Aërem, & ex Aqua Terram elementalem, quæ eſt arena *Quellen*, eò quod eſſet futura baſis creaturarum anteſignano homini, ideoque initio creari debebat, *licet ſua natura non eſſet verè primigenium*.

Cujus rationem §. 16. & 17. exhibet hanc *quod Terra tandem ſit convertibilis in Aquam per privationem ſuæ eſſentiæ* per quam ſeminalem virtutem ipſum intelligere exiſtimo) *Ideoque credo* dicit *Aquam corpus prius atque ſimplicius, cum illa nunquam in Terram recedat niſi virtute ſeminum, adeoque vices compoſiti Aqua aſſumat, antequam Terra S. Sabulum* (quod pro originali Terra, propter difficilem ejus, præ arena è ſilice vel Adamante in Aquam reductionem per Ignem Gehennæ ſ. liquorem *Alcaheſt* præſtandam §. 3. & 15. de Terra habet) *ſint*.

*ſint. Reliquas omnes Terras ſ. nigras, albas fulvas, rubras, non originales Terras, ſed Terræ fructus eſſe ac ſemine conſtare dicit, ſubter quas arena eſt.*

Ex his clare ſatis patet, neque *Terram* pro genuino rerum Principio haberi poſſe; cum ipſa reducibilis ſit in Aquam Elementalem beneficio liquoris *alcaheſt.*

Hic verò liquor cum paucis ſaltem cognitus ſit, (*Paucis enim admodum contingit; ad ſecreta Naturæ penetralia admitti*) quamplurimi quoque hanc Terræ ſ. ſabuli in Aquam beneficio *Alcaheſt* reductionem, in dubium vocare poterunt, quod ego quidem meique ſimiles quos Natura vix ac ne vix quidem ad limina penetralium ſuorum admiſit, quique hæc per tranſennam ſaltem inſpicimus; adeò accurate determinare non poterimus. *Neque tamen adeò obſcurum hujus experimentum ante aliquot dies factum novimus, quo ſilex mediante menſtruo quodam integris viribus ſeparabili, ita ſolutus fuit, ut in aqua citra heterogenearum partium ſubſidentiam ſolvi potuerit, cujus rei oculatos poſſum adducere teſtes.*

*Terra itaque Principiatum potius eſt, quam principium, huncque uſum habet inſignem ut ſit matrix ſeminum, in qua ſemina explicentur & nutriantur.* Quod quidem cunctorum ſeminum nutrimen tum eſt Aqua, ab acido ſeminum fermento, modo in Plantam, modo in metallum, Silicem, pro ſeminis directione coagulanda.

Quid igitur de *quinto & ultimo* principio *Aqua Elementali* ſtatuendum erit? *Atque huic ultrò ſoli, titulum veri principii materialis omnium corporum largimur, atque hoc tantò majori jure ipſi competere arbitramur, quantò certius conſtat ſolam aquam elementalem in aliud prius reduci non poſſe. Cætera, Principia dicta omnia, ſ. Spiritus ſ. Sal. fuerit, ſ. Sulphur ſ. Terra, omnia inquam ultimatò in Aquam reducibilia ſunt.* Quod ipſum qua ratione præſtari poſſit, jam ſatis ab aliis explicatum eſt, neque in fine etiam diſcurſus noſtri, hæc paulò ulterius explicandi anſa deerit; quando Salia Alcaliſata, per ſeminalis virtutis remotionem, cunctaque corpora alia, in primam materiam ſ. Aquam elementalem relabi, mechanicè demonſtraturi ſumus.

Plurima quidem Peripatetici Philoſophi de mixtorum ſ. compoſito-

poſitorum corporum *materia prima* dixerunt, quod nempe ſit; *ex qua inſita primo ſint omnia & in quam reſolvantur ultimatò omnia*, neque hodie ceſſant aut temperant ſibi ab hujusmodi ſpeculationibus, adeò; ut plurimi difficultate rei perterriti, ut difficilem omninò deſerant rem, vel ut inutilem abjiciant. *Sed ſi aquam Elementalem cunctorum mixtorum primam materiam eſſe quis dixerit: eum quidem à ſcopo non omnino aberraſſe cenſerem.* In Aquam enim elementalem omnia corpora reduci poſſunt ultimato, ut nempe Aqua elementalis in nullam ſubſtantiam aliam priorem ac ſimpliciorum reſolvi poſſit, quod de ſua materia prima jactant Peripatetici.

Deinde, è materia prima dicuntur cuncta corpora producta primò eſſe; quod etiam Aquæ elementali reverâ competit. Hæc enim indifferens eſt, ad innumeras formas ſucceſſivè recipiendas. Ita pro ſeminis fermenti coagulantis diverſitate ſpecifica, in diverſas ſpecies coagulatur. *A ſemine vegetabili* coagulatur *in vegetabile*, Plantam. *A minerali* ſemine, *in metallum*, ſaxum &c. In Animalibus pro ſeminalis fermenti in ventriculo non tantum propriè ſic dicto, verum etiam omnium muſculorum ventriculis habitantis diverſitate, diverſimodè pro ſeminis natura & directione coagulatur.

*Diverſa ſemina Terræ injecta, ex unica nutriuntur Aqua, uti pluvia cunctorum vegetabilium ſitim explet.*

Tandem piſces ſola aqua enutriti docent quomodo Aqua virtute ſeminum fermentorum coagulabilis ſit. Quid enim ſunt aliud quam aqua variè coagulata?

*Quæ cum ita ſint, quid impediet, quo minus aqua elementalis, pro materia prima compoſitorum haberi debeat?* Verum mittamus hæc & properemus ad alia & quidem ad *Peripateticorum Elementa quatuor* examinanda, cum locum huncce iis tractandis comodiſſimum eſſe videamus.

Poſtquam enim in præcedentibus *Aquam* & *Terram* Peripateticorum demonſtravimus, oſtendendo paucis: *Aquam pro unico rerum naturalium materiali Principio habendam eſſe*; *Terram* verò ultimatò

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Hæc ut & alia figmenta orbi hactenus impoſuerunt, ut omnino mirum ſit, tot cæteroquin ſummos ac doctiſſimos viros, in his credendis adeò faciles fuiſſe, & adhuc eſſe, ut iniquum ferè ducant de iis dubitare, nefas negare. Sed miſſis his, naturam *Ignis* paulò intimius percontabimur, ex quo ſua ſponte patebit, quâ ratione corporis naturalis Principium dici poſſit.

Ignis ergò Naturam explicaturi ſequentibus verbis nos expedire poterimus. *Ignis eſt motus velociſſimus Sulphuris acidi volatilis.*

Quod ut demonſtremus duo nobis agenda ſunt: *Primò* enim oſtendendum erit ipſum *formale Ignis* eſſe *motum*. Deinde verò, materiam movendam ſ. motam, eſſe *particulas acidas volatiles.*

*Prius itaque quod attinet, notum eſt, materiam Ignis, in quovis corpore inflammabili eſſe Sulphur quoddam, de quo ſingulariter notandum eſt*, quod quamdiu particulæ hæ ſulphureæ quieſcunt, nullum calorem nec flammam de ſe ſpargant, *motæ* verò illico & calorem & flammam impertiant, adeoque Ignem formaliter ſic dictum conſtiſtituant. Hæc omnium conflagrabilium rerum inductione ſtabiliri poſſent, ſed potiora ſaltem attingemus.

*Lignis ineſſe ſulphur, quodam cuivis equidem conſtare arbitror; quomodo enim aliàs flammam concipere poſſet.* Nunquam tamen obſervatum eſt, ligna per ecitra particularum ſulphurearum *motum* flammam aut calorem prodidiſſe. Hoc verò non ſemel innotuit: *ligna ex mutua attritione excalefacta, tandem in manifeſtam flammam erupiſſe. Teſtantur hoc molendinarum ac curruum axes, longiori ſ. diuturniori motu non raro incenſi.* Sed cui alii Ignis hic productus tribui poterit, quam particulis ligni ſulphureis & quidem *motis.*

Sulphuris hujus manifeſtiſſima in carbonibus cernuntur veſtigia; ex his ſiquidem ſulphur ſeparari poteſt aurei coloris & uſus non ſpernendi, quod ipſum materia eſt ignis igniti carbonis; ſulphure enim hoc à carbone ſeparato non igniri amplius carbo poterit, ſed in cinerem convertetur, qui nunquam flammam concipiet. Sulphur itaque quemadmodum Ignis materia erat in carbonibus, ita etiam in lignis erit.

Hoc

Hoc verò lignorum ſulphur, quam diu quieverit per ſe nunquam accendetur; quod ſi verò ex alterius ligni celeriori attritione flammam conceperit, ſoli *ſulphurearum* conflagrabilium *particularum* per ligni ſubſtantiam ſparſarum *motui* hoc ipſum tribuendum erit, cum præter attritionem nihil aliud hîc intercedat, à quo Ignis productio emanare poſſet.

*Ignis* adeoque *ratio formalis*, quâ à Sulphuris ſubſtantia differt, eſt ſaltem *motus*.

*Idem obſervatur in colliſione ſilicis cum ferro, quorum Sulphura per ſe ſcintillulas, nunquam ederent, niſi mutuo corporum attritu, ad motum excitarentur.*

Spiritus ſ. oleum Vitrioli plurimas continet particulas Sulphureas acidas tam ex acido embryonato in terræ viſceribus mineram Martis vel Veneris rodente inque iis coagulato ortas, quàm ex ipſa Venere vel Marte profectas. Hæ particulæ ſulphureæ quieſcentes, omnis caloris expertes ſunt, *quàm primum autem affuderis oleum Tartari p. d. vel aliud Alcali fixum, motus & efferveſcentia inſignis excitabuntur, tanto cum calore, ut vitrum vix manibus teneri queat. Idem contingit in miſtione Spiritus Tartari non phlegmatici illius acidiuſculi Officinarum, ſed genuini Alcalici amaricantis, cum ſpiritu vitrioli; utrobique autem calor à motu excitatur.*

Sulphur calcis vivæ (quod an unicum ſit, ex inſitis calcarii lapidis principiis, an adventitium ex igne, non multum diſputabo, cum caloris cauſam hic ſaltem inveſtigem) quamdiu extra motum eſt conſtitutum nullum emittit fumum, nec calorem; *ſtatim verò* ac aqua ſuperfuſa fuerit, ut Alcalicæ lixiviales calcis vivæ particulæ liberatæ, acidum illud Sulphur, ad motum provocare poſſint, motus excitatur tantus cum calore inſigni, ut manibus tangi non poſſit.

*Similis quoque ſtrepitus* & calor ex motu particularum *ortus, obſervatur in præparatione Pulveris bezoardici mineralis dicti.* Dum enim Spiritus Nitri butyro Antimonii affunditur, efferveſcentia & calor maximus oriuntur, *nulla ratione alia, quam quod motus excitetur particularum Sulphurearum Antimonii.*

*In*

*In butyro enim Antimonii duo potiſſimum obſervanda ſunt.* *ticulæ nempe Salino Acidæ ex Mercurio ſublimato ortæ, & ſulphure.* *timoniales*, quæ conjuncta conſtituunt butyrum Antimonii, proinde à Salibus Mercurii ſublimati acidis, tam in ſignis adu vis eſt (quando corroſiva iſta Salia Aquâ aliquoties eluuntur, phura Antimonii manifeſtiora fiunt, adeòque citra ullum cor nis internorum periculum, vomitus excitant, & Mercurius quanquam immerito appellantur.) Butyro verò Antimonii qu affunditur Nitri Spiritus, hic more acidorum omnium rodendo tam in Salia Acido-Salina Mercurii ſublimati, quam ſul Antimonii, & motus particularum excitatur maximus, que ſignis comitatur calor, certiſſimus Ignis producti vel producen dex. Hic verò calor actu neque in butyro Antimonii neque ſ Nitri, ſeparatis, deprehendebatur, conjunctis verò demum & innoteſcebat, Adeoque & hoc experimento manifeſtè patet, *motum caloris ſenſum produxiſſe.*

Fœnum & linum madidè repoſita interdum flammam c piſſe, experientiâ conſtat. Hujus verò ratio è ſolo particul motu petenda eſt; quod enim dicta, non tam ſicca quam m incaleſcant, ex eo eſt, quòd mediante humido particulæ Sali Sulphureæ ſolvantur; ut liberè moveri queant, quæ liberatæ ſ ſubjectis ſuis exhalare conantur, hæc verò cum denſiori mole mulum excreverint, ſolutæ ſulphureæ particulæ ex inferioribus cipuè partibus liberè evaporare nequeunt, quare conglomerat lerrimè moventur, motuque ſuo reliquas ſibi ſimiles in fœ lino particulas à compedibus ſuis liberant: quem *motum com calor ac tandem Ignis* formaliter ſic dictus.

Hæc verò ut tantò evadant evidentiora, videamus aliud e deo pro cereviſiæ coctione parato, petitum experimentum. C ſiquidem ille, in hordei præparatione, ut ad cereviſiæ cocti aptum evadat, hunc in finem ſuſcipitur labor, ut Salia Hord caji & acidum ſ. Sulphur (quæ hic ſynonimorum rationem l liceat; ſtatim enim omnis circa hanc rem dubitatio ſolvetur: q particulas iſtas ſulphureas conflagrabiles; acidas eſſe, evi

de

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

omeratæ, celeriusque motæ, reſarciant.

*Dictus verò calor in macerato ſolum hordeo non verò ſicco obſer- ; in illo enim ſolutæ ſunt particulæ ſulphureæ, ut moveri poſſint, t in ſicca.* Unde quoque quando liberas ſatis eſſe apparet ulas; ut cereviſiæ coctioni inſervire poſſint, leniter torrentur iccantur, ſic humido evaporante, colliquantur quaſi ſulphu- urticulæ & coagulantur in reliquis Alcalicis, granaque indure- , atque hac ratione ab omni impoſterum motu (niſi ars vel alia ıa acceſſerint) vindicatæ ſunt, neque calorem etiam ullum ent, manifeſtiſſimo certè indicio, *ſolum* particularum *motum* dido hordeo *caloris* ſenſum excitaſſe. *Humidum enim uti notis- , Salium ſolutioni inſervit*, adeòque & particularum motui, humido ſublato, ipſe ſimul motus ceſſabit, & qui motum quebatur calor, neque enim præter *motûs retardationem* ullum ıterceſſit aliud, à quo *caloris deficientis* ratio peti poſſet.

Particulæ verò hæ nunc ſopitæ, quando aquæ incoctæ fuerint, ò ſolvuntur, & vel per ſe vel adjecto tantillo fermenti moveri iunt; ex quo *motu* novus prodit *calor* (Germani das Bier ar- t ſich warm) qui tamen ſopitâ particularum actione, *illicò pe- Idem quoque de uvarum ſucco dici poterit.*

*Quid igitur quæſo Ignis formaliter aliud, quam motus?* Dicta ſi cui nondum ſuffecerint, *conſideret hic velim flammam, quan- eritate moveatur; adſpiciat liquores ferventes ac bullientes, perpe- otos, intumeſcentes ac in bullas exſurgentes;* conſideret celerri- ı, pinguium particularum in accenſo elychnio *motum;* & *nullus o quin allatis experimentis ac rationibus motus, motum dixerit for- n Ignis rationem obtinere.*

Neque verò hoc ignorabant ſapientiſſimi majores noſtri quod enter de Prometheo, quæ excogitata fabula eſt docet. Pro- ieum enim ferunt, cum prævidiſſet Ignem ad humanos uſus quam non commodum & neceſſarium eſſe, adeò ut inſtrumen- tum

tum ſit inſtrumentorum, auxilium auxiliorum; conſilium cœpiſſe, furto auferendum è cœlo Ignem, atque ad homines deportandum. Furti verò modus adeò apte deſcribitur, ut natura Ignis neminem facile ex illa latere poſſit, Perhibent enim *virgam ex ferula ſolis currui admotam eſſe, & accenſam.* Quo ipſo nihil certè voluerunt indicare aliud, quam Ignem revera nil niſi motum particularum eſſe, quid enim aliud *Solis Ignei currus* à currendo nomen habens, adeòque velociſſimum motum ſignificans, quo Sol circa proprium præcipuè axem incredibili celeritate fertur docere poterit?

Atque hæc circa particularum Ignis motum dicta ſufficiant, *quando hoc ſaltem addiderimus unicum, quod particulæ ſulphureæ in uno corpore quando velociùs moveri cœperint,* Ignemque conſtituerint, facile alius corporis ſulphura ad motum incitare valeant, *quæ unica ratio eſt, quâ Ignis ignem accendat, ſ. fax facem,* quod veteres *virga ex ferula Solis currui ad mota* docuerunt.

Hoc ſaltem hic notare lubet; Cum fieri aliter non poſſit, quin violentâ illa vegetabilium calcinatione, quædam, ac ultimò quæ deſer-

deſerturæ mixtum erant particulæ, in ſe invicem & cum particulis terreſtribus colliquentur, & figantur; neque etiam fieri aliter poſſe; quin ex cunctis vegetabilibus combuſtis, Sal fixum alcaliſatum impetretur. Quod quidem tum primum inde accipere licet, quando in rerum incinerationibus fumus, ſeu volatilium ſalium fuga ceſſat. Hâc enim ceſſante, innoteſcit nobis, reliquas particulas jam coagulatas & fixatas eſſe, ut evolare non queant; Si verò nondum deſierit fumus, vel minimus etiam volatilium particularum motus, qualem in carbonibus ignitis deprehendimus, reliquus ſit, fruſtra Sal alcaliſatum inde expectamus.

*Is enim magnus mihi erit Apollo, qui ex carbonibus, ſeu lignis, nondum omninò in cineres redactis, vel unicum Salis Alcaliſati granulum, prolicere noverit.*

Neque etiam carbones, lignaque leniter uſtulata, ſub terris & aquis tot ſecula durare poſſent, ſi Sal alcaliſatum formaliter ipſis ineſſet, utpote quod ad primum quoque aquæ aut humidi attactum illicò liqueſcit.

*Tantum igitur abeſt, Sal fixum alcaliſatum, in miſto formaliter ante calcinationem præexiſtere*, ut ne nnius grani veſtigium, vel ipſe Argus inveſtigare poſſit.

Hæc quamvis per ſe veriſſima ſint, incredibilem tamen lucem ex ſubſecuturis ſibi lucrabuntur. Quod ſi enim ullum vel mente concipi Experimentum poteſt, quo fixorum Salium generatio, evidenti ratione oſtendi poſſit, certè illud eſt, quod ex *Fuligine* habemus. Hæc enim *calcinata, copiam Salis alcaliſati ſatis magnam largitur.* An verò dicemus, Sal hocce alcaliſatum in fuligine citra calcinationem præextitiſſe? abſit; neque hoc permittet natura fixorum ſalium, quæ adeò in igne conſtantia ſunt, ut inſtar vaporis vel fuliginis nunquam adſcenſura ſint. Unde igitur ortum illorum derivabimus?

*In fuligine* quidem Salia ineſſe, nulla indiget demonſtratione, cum nulli credam ſuper hac re ſcrupulum ſubeſſe. Quod verò *ſalia fuliginis ſint volatilia*, præter celerem ex accenſis vegetabilibus diſceſ-

ſum,

ſum, & hoc docet; quod mediante ſpiritu Salis in Sal armoniacum abeant, acido verò hoc Salis ſpiritu per alcaliſati ſalis additionem ſeparato, in merum ſal volatile urinoſiſſimum ſolvantur. Quare, ſi materiam quæramus, è qua ſal fixum producatur, erunt certè ſalia illa fuliginis volatilia, *Acidum* unum, alterum *urinoſum* ambo ex vegetabilis calcinatione profecta.

Modum verò, ſeu formalem fiendi rationem, ſi deſideramus, manifeſtum eſt, eſſe illum, *colliquationem volatilium Salium, inter ſe, ac cum particulis terreſtribus.* Cum enim præter ignis actionem hic nulla ſit alia, quæ Efficientis cauſæ Phyſicæ rationem tueri poſſit, *ignis verò proprium ſit, Salia colliquare*, (per horum enim cum terreſtribus particulis colliquationem vitra producuntur) omninò aſſirmandum eſt, & ipſum Sal alcaliſatum, per particularum colliquationem, ab igne factam, productum fuiſſe. Quod tandem ipſum, intenſiori ignis gradu, in vitrum tranſit. Sed ut dictorum veritas, tanto clarius pateat, videamus quæſo *Experimentum ipſum*.

*Fuligo* quidem aperto vaſe *calcinata*, aliquam Alcaliſati Salis quantitatem largitur; Sed longè majorem, ſi ſequenti ratione rem aggreſſus fueris, copiam impetrabis. *Calcinetur, nempe fuligo vaſe clauſo, igne in principio intenſiori; poſtea teratur, denuoque igni commiſſa, baculo ferreo agitetur, usque dum colorem cineritium induat.*

Sed quare hic requiritur vas clauſum? ut nempe fuga volatilium, ceu materialis cauſæ fixorum Salium, impediatur. Quare item intenſus ſtatim ab initio ignis gradus urgetur? Sic enim eò citius colliquantur particulæ volatiles, & figuntur antequàm fugam adornare poſſint. Quid quæſo colligi inde aliud poteſt, quam & in fuliginis calcinatione, Sal fixum, è volatilium colliquatione, productum fuiſſe? Cum iisdem mediis, Fixi Salis copia augeatur, quibus volatilium Salium jactura præcavetur.

Si verò cuipiam volupe fuerit ſuſpicari, ac ſi Sal illud alcaliſatum, à fuligine productum, mediantibus volatilibus fuliginis

ſalibus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

in vegetabili ante calcinationem præexſtitiſſe (quod tamen in antecedentibus demonſtratum eſt, à rei veritate quàm longiſſimè abeſſe) nunquam tamen fieri poterit, ut alcaliſatæ illæ particulæ, à volatilibus fuliginem conſtituentibus, integræ eleventur; & quamvis nonnullas fixi Salis particulas, ſublimari, inficias eundem non ſit: illæ tamen tunc fixorum ſalium naturam exuerunt, ac volatilitatem induerunt.

Atque his, ſi fortè cui aſſenſum præbere non placuerit, hunc rogatum volo, ut modum afferat ac rationem, quâ Sal illud alcaliſatum, formaliter in fuligine exiſtens, citra novam accedentem & quidem violentam calcinationem, inde ſeparari poſſit, quod commodiſſimè omnium per aquæ affuſionem fieri deberet; in hac enim alcaliſata Salia citiſſimè ſolvuntur. Quod ipſum verò quemadmodum fruſtra, & facilius è pumice aqua expectatur, ita & *fruſtra laborabunt* illi omnes, *qui in fuligine, ſal quoddam alcaliſatum formaliter præexiſtens quæſiverint*.

Et, ſi Alcaliſatum fuliginis Sal, per volatiles particulas evectum fuiſſet, quanta volatilium copia, ad hoc opus fuiſſet? *Cum enim Fixi Salis ad volatile, ſubtripla ferè debeat eſſe ratio*, conſideret quæſo quis copiam Fixi Salis, è calcinatione fuliginis ritè inſtituta, profecti; ipſamque conferat ad pondus fuliginis, unde colligere poterit, an tanta volatilium copia in fuligine exiſtere potuerit, quæ tantæ Alcaliſati ſalis copiæ elevandæ, ac præcipuè ad tam excelſa loca, fuerit.

Cui & hoc accedit, quod *ipſa fuligo è fuliginis calcinatione adſcendens, capiti mortuo reddita, in Sal alcaliſatum mutetur*. Sed nolumus rem ipſo meridiano ſole clariorem, longiori explicatione obſcuram reddere, cum res ipſa loquatur in tam ſubtiliſſimis, adſcendentis fumi particulis, fixas illas Alcaliſati Salis particulas, neutiquam latere potuiſſe.

Quæ cum revera ita ſint, quid de ſalis fixi è fuligine calcinata, productione dicemus? Nonne ultrò fatendum nobis erit; ignis demum ope, illud ipſum productum fuiſſe, neque adeò formaliter ante calcinationem in fuligine præextitiſſe. Atque hoc eſt, quod potiſſimum

ſimum nobis demonſtrandum erat; Sententiam verò hancce tamdiu nobis tenendam eſſe duco, quamdiu allata jam Experimenta ac rationes, firmo ſtabunt talo, neque ab ullo mortalium modus afferetur, quo Alcaliſati ſalis, unicum ſaltem granulum, citra calcinationem produci poſſit; quod certè nunquam fiet, niſi quis Tartarum in herbarum ſuccis latentem pro ſale Alcaliſato habiturus ſit; Quem errorem ne quis erraret, in antecedentibus, *Fixum Sal Tartari, ab Alcaliſato cinerum, probe diſtinguendum eſſe monui.*

Circa dicta verò, unicum præ cæteris dubium ſupereſt, ac experimentum non negligendum, cum videam Celeberrimum *VVilliſium è Reg. Soc.* hoc ipſo Alcaliſati Salis, in miſto, ante calcinationem præexiſtentiam, indubitato demonſtrari poſſe, exiſtimare. Cum enim cineres Plantarum ſemel elixiviati, denuò licet calcinati, nihil omninò ſalis fixi exhibeant, colligit inde Vir Clariſ. Sal fixum, non per calcinationem primùm, productum fuiſſe, ſed reverà in mixto præextitiſſe, alioquin terram elixiviatorum cinerum, calcinatione accedente, Sal fixum, conceſſuram fuiſſe.

Verùm quod pace tanti Viri dixerim; res hæcce longè alio fundamento nititur. Nemo enim unquam dixerit, ſolo igne Alcaliſatum Sal productum fuiſſe. Ad rerum namque productionem præter externam cauſam Efficientem (Finalis enim, mores potiùs, quàm Naturam ſpectat) internæ quoque; *Forma* requiruntur & *Materia. Materiam* verò *Alcaliſatorum Salium*, in antecedentibus jam plurimis Experimentis demonſtravimus, *eſſe ſalia volatilia. Formam* diximus eſſe colliquationem ſeu fortiſſimam unionem, volatilium ſalium inter ſe & cum particulis terreſtribus; *Efficientis* cauſæ rationem habet ignis; hic enim colliquando Salia formam alcaliſato ſali concedit. Hæc verò ſaltem externa cauſa eſt, neque mixti compoſitionem ingreditur, neque adeò quicquam producit niſi *materia* adfuerit *ex qua*, quid producendum ſit: Ex nihilo enim negativo naturaliter nihil unquam factum eſt. Cùm igitur in antecedentibus demonſtratum ſit; *Materiam fixi Salis, eſſe Salia volatilia*; ſequitur, quod iis omnibus in ſal fixum mutatis, ſemelque elixiviatis, nullum ſal fixum denuò per ignem produci poſſit, ob materiæ ſcilicet defectum.

ſuam, quâ nobis ſe conſpicienda præbent; in violenta ignis calcinatione demum conſecuta ſint. Quod præter alcaliſatum ſal quâ tale, vitri è vegetabilium Salibus productio teſtatur. *Quis enim dixerit vitrum formaliter in vegetabili præextitiſſe?* Quamvis materialiter eidem infuiſſe jure meritoque dici debeat. Quod ipſum quoq; de *Spiritibus vini* in antecedentibus notavimus, *neque hi enim ante fermentationem formaliter in vegetabilibus reperiuntur*, ſed *materialiter* ſaltem ſub oleorum forma latent. *Formam* verò ſpirituum, oleorum demum reſolutione ope fermentationis factâ, nanciſcuntur.

Alcaliſatum itaque ſal, cum formaliter in miſto citra violentam calcinationem, non exiſtat, non video, quâ ratione inducti, viri cæteroquin Clariſſ. lixiviale, fixum, alcaliſatum ſal, in animalium ac hominis præcipuè corpore finxerint. Inſunt quidem & humano corpori ſalinæ particulæ, quæ in hoc cum lixivialibus conveniunt, ut acidis contrariæ ſint, eademque ſaturent, communiterque *Spiritus* appellantur *Animales*, (quamvis corporeæ omninò ſint ſubſtantiæ, adeoque impropriè Saltem ſpiritus appellentur) *Hi* enim *varia morboſa acida, auſtera, acria, & ſexcenta hujus generis alia vel ſuperant, vel ab iis ſuperantur; unde ſanitas vel mors proficiſcuntur.* Atque hoc ſenſu ſpiritus hi, ſalia lixiva appellari poſſent, quia lixivialium more, varia acida corrigunt. Quo ſenſu & *Bili lixivum Sal ineſſe*, concedi poteſt. Habet enim hæc, alcali quoddam, *quo omnis generis putredines, earumque aciditates arcet*, quæque ideò ſummo jure Balſamus vocatur totius corporis. Hâc enim deficiente, Chylus puerorum in vermes tranſit, ſeu lumbricos, febres excitantur, adeò ut dubitari poſſit, utrum è defectu potius bilis, an abundantiâ ejus, ardentium febrium cauſa repetenda ſit. Et ut fatear quid ſentiam, potiori certe jure videntur gaudere

illi,

Verùm hæc de Alcaliſati Salis ante calcinationem in miſto for
præexiſtentia dicta ſufficiant. Sufficientiſſime ex his conſtar
ror, quomodo Alcaliſatum ſal non Naturâ, ſed arte potiùs
que adminiculo productum ſit, adeoque *Formaliter* in miſto
præextiterit, ſed *materialiter* ſaltem eidem infuiſſe dicendum ſit
*e hoc primum fuit circa ſalia alcaliſata demonſtrandum.*

Progrediendum igitur nunc eſſet, ad *alterum membrum de Sal*
*liſato* demonſtrandum: *quod nempe unio, volatilium Salium cum*
*ſtribus particulis, tantæ Alcaliſatorum Salium fixitatis cauſa ſit*
im cùm in tertio & ſubſecuturo membro, demonſtrandum ſit
*tiliſationis Alcaliſatorum Salium rationem, in terreſtrium particula*
*ſeparatione ſitam eſſe*, ſatiùs nos facturos arbitramur, ſi hoc præ
amus. Quod ſi enim ſolidè demonſtraverimus, terreſtribu
ibus ſeparatis, Fixitatem omninò ſublatam, & Volatilia facta eſſ
i; per ſe, ſuâque luce patebit; ipſam terreſtrium particularun
nem cum Salinis, unicam Fixitatis cauſam fuiſſe.

Aggrediamur itaque rem ipſam, manifeſtaque inſpiciamus ex
menta & rationes fortiſſimas, quibus ſententiæ noſtræ veritas in
a, elucere valeat. Primò verò locô producemus experimen
, quo tereſtrium particularum apertiſſima ſeparatio, & poſt ſe
tionem, facilis Fixi volatiliſatio conſtare poſſit.

*Fiat igitur Lixivium Salis Tartari*, ſive alius Salis Alcaliſati, *ſati*

*forti*

*forte, huic per vices infundatur Spiritus Salis*, eâ ferè quantitate, ut Punctum Saturationis inter hunc & Sal alcaliſatum appareat: quod inde cognoſcitur, ſi particularum motus ſ. efferveſcentia lenior obſervata fuerit. Ita enim nulla erit Salis Alcaliſati particula, quæ non ſaturata fuerit à Sale fixo.

Quod ſi ritè attenderis, *videbis Terram quandam è ſale Tartari præcipitari*, in ipſum vaſis fundum: Tum filtra ſupernatantem ſalinum liquorem. Sic *Terram* ſalis Tartari in filtro relictam videbis; *Liquorem ſalinum expone calori, ad humidi evaporationem, ſaliumque Cryſtalliſationem; Cryſtalliſatum ſal in mortario lapideo teratur cum ana ſalis Tartari alcaliſati, ſic volatile ſal quoddam urinoſum inde adſcendere naribus deprehendes.*

Hæc eſt tota ἐγχειρήσεως ratio, cujus quæſo, cauſas liceat accuratiùs inſpicere, ut quid pro noſtra ſententia aſſerenda obtineat, patere poſſit.

Quòd vero ſpiritus ſalis ope, Terra ſalis Tartari præcipitetur, è præcipitationis natura, Acidi item ad Alcali concurſûs ratione, cauſa petenda eſt. De quibus hîc ſaltem præſupponemus; (nam integram præcipitationis doctrinam hûc afferre velle, prolixum nimis foret) *Nunquam obſervatum* eſſe *Acidi* & *Alcali* ſolutorum *concurſum, absque inteſtino particularum motu*, ſ. efferveſcentia. *Deinde*, ex mutua iſta particularum actione, præcipitari quicquid in alterutrò iſtorum continebatur heterogenei. *Ita ſi quid in Alcalino quodam ſolutum fuerit liquore, hoc Acido liquore affuſo exinde præcipitabitur.* Et ſi quid contra in Acido ſolutum fuerit menſtruo, Alcali beneficio inde dejicitur. In noſtro Experimento, Terreſtres particulæ Alcalino ſali adhærentes, ab acido ſpiritu ſalis præcipitantur. Dum n. acidus ſalis liquor, cum ſale Alcali Alcaliſati ſalis conjungitur; Terreſtres particulæ, diverſæ planè à ſale Alcali naturæ, neceſſariò inde præcipitari debent.

Cùm igitur Terra iſta alcaliſati ſalis, adeò manifeſtè ſenſibus quoque externis pateat, neminem puto tanto laboraturum ſtudio contradicendi, ut hæc negare auſit.

Terrâ

poterit?

Ne verò cuipiam videatur, particulas haſce terreſtres præcipitatas, externè ſaltem ſali Tartari adhæſiſſe, neque adeo intimè per particularum colliquationem, eidem conjunctas fuiſſe; experiatur quæſo quis dictum experimentum, loco Salis Tartari Alcaliſati. Oleum ejus p. d. ſubſtituendo: Oleum hocce (impropriè quamvis dictum) inſtar aquæ fontanæ limpidum clarumque conſpicitur, adeò ut non facilè quis ſuſpicari poſſit, tam pellucidarum particularum poris, alias maximè opacas, contineri: nec tamen non continentur. Ope enim ejusdem ſpiritus ſalis, in lucem producuntur. Neque tamen ante, poris ſuis, loculisq; excidunt, quam ſaturationis illud punctum attigerint ſalia. Quod valdè miratus, cum primâ vice de hac Terræ præcipitandæ ratione cogitarem, periculumque facerem, an prout mente conceperam, experimenti veritas apparitura eſſet. *Cum enim aliquot vicibus aliquam Spiritus Salis partem, Oleo iſti p. d. affunderem*, eâ ſpe, fore ut tantum particularum terreſtrium præcipitaretur, quantum Spiritus Acidi à ſale Alcali ſaturatum eſſet, eventus voto non reſpondebat, ut etiam ſpes illa terreſtrium particularum è Tartari Oleo præcipitandarum, firmiter licet ante concepta, me fefelliſſe viſa fuerit.

Sed tamen, non omni abjectâ ſpe felicis ſucceſſûs, perrexi in ſpiritu iſto Acido affundendo, tandemque obſervavi; liquorem, alio-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

dicatur; cæpi ſuſpicari, & hîc Naturam
eſſe, adeoque ex commiſtione illa Spiritu
moniaco, & Alcaliſati Tartari, Terram h
triolato præcipitatum iri, atque Alcaliſatur
particularum terreſtrium ſeparationem vo
*que requiri quicquam aliud exiſtimabam, præ*
*Alcali volatiliſato ſeparationem*; quam ut ir
*mortuo ſalis Ammoniaci, novum Sal Tartari*
*Ignem, adſcendebat ſal quoddam volatile uri*
nullum magis; atque hoc, nil niſi ſal Tart
confidebam.

Unicus tamen nihilominus animo c
tuebam namque, ne ſal hicce volatilis,
quibusdam ſalis Ammoniaci, propter n
ſalis quantitatem additam, haud ritè diſſo
poſſe, cenſebam; quòd pro ſpiritu ſ
ciendo, ſalis Tartari addendi ad ſal Ammo
ratio neceſſaria ſit, cùm dimidia ſalte
Acidus nempe ſpiritus, ad Alcali Urinoſ
bens ſeparari debeat, & præterea Alcali
rum Salium partem abſorbere queant.

Quibus & hocce accedebat, *quod*
*Tartari ad Sal Ammoniacum ratio obſerva*
mortuo Salis Ammoniaci, quod tùm t
E quibus omnibus haud obſcurè colligi
in dicto Capite mortuo Salis Ammoniaci
potuiſſe, adeòque Salem iſtum volatilei
pite mortuo iſto adſcendentem, revera
per novi Alcaliſati Salis additionem, al
ticularum terreſtrium præcipitationem,
dum eſſe. Ut tamen ſcrupulo hocce
rem aggreſſus ſum via.

*Cum addito novo Alcaliſato Sale Tar*

*Ammoniaci, ſubtiliſſimum illum Salem, naribus pereèp*
*nebam liquorem omnem, pro Salium volatilium omni*
quâ factâ in reſiduo liquore ſalſi ſaporis, non a
mortuo Salis Ammoniaci, duo habitare Salia c
dum Ammoniaci nempe; quo mediante Alcaliſa
priori Capite mortuo à Terreſtribus particulis lib
volatile redditum erat; & novum deinde Sal Ta
cujus auxilio, prius illud Alcaliſatum, à figentib
dis, in libertatem vindicatum erat. Quare huic
mortuo, novum addebam ſal Tartari alcaliſatum,
caliſatum ſepoſitis particulis terreſtribus, ab Acido
nares feriebat penetranter. Atque ita omnem mih
hanc rem ſcrupulum arbitrabar, meque ſecurum eſ
bam, *ſal illud volatile è capite mortuo ſalis Ammonia*
*vera pro ſale Tartari volatili habendum eſſe.*

Aſt verò, cum hancce volatiliſandi Salis Ta
ſolius Acidi ſalis ſpiritus, in ſale Ammoniaco co
perfici cernerem, ut tanto labore ſuperſedere poſſ
redderet nihil prorſus ſalis volatilis è ſale Ammon
miſtum eſſe, ſolo ſpiritu ſalis, experimenti cert
decrevi. Feci ut decreveram, & ex voto feli
ſum aſſecutus ſucceſſum, quanquam primâ fronte p
(uti anteà monui,) punctum ſaturationis, res no
veram ſucceſſura videretur, cujus ἐγχειρήσεις, oper
nes in proximè præcedentibus exhibuimus.

Sed tamen hocce adeò manifeſto experimento præſuppoſito, paulatim ad obſcuriora progrediamur; quibus tamen ex jam allatis tantùm lucis accedet, ut nullus omninò obſcuritati locus futurus ſit.

*Non prætereundus verò modus iſte eſt ſal Tartari volatiliſandi, cum Aceto*, qui inſtituitur. *Affundunt nempe ſali Tartari acetum, abſtrahunt hocce, ita Acidus ſal in ſale Tartari relinquetur*, merumque phlegma è Retorta ſtillabit; poſteà novum acetum ſali in Retorta relicto affundunt, & phlegma abſtrahunt; *repetunt hoc toties, donec acetum eâdem aciditate quâ affundebatur*, per Retortam deſtilletur; quin hocce ſignum erit; tantum ſalis acidi aceti, à ſale Tartari abſorptum eſſe, quantum capere poſſit. *Sal hocce Tartari, acido aceti ſale ſaturatum, Terra appellatur nonnullis Tartari foliata; alii verò Salis Tartari volatilis nomine idem inſigniunt.* Et revera ipſi titulus hicce competit, quòd particulæ terreſtres, Alcali Tartari figentes, additione aceti, præcipitatæ ſint. Quod ipſum evidentiſſimè conſpicitur, ſi Lixivio Tartari affundatur acetum, ad punctum ſaturationis usque, ita illicò *Terra* Tartari fundum petit; *Atque adeò & hocce ſatis manifeſtum eſt experimentum, pro terreſtrium particularum præcipitatione demonſtranda.*

Quid dicemus verò de occultiori illo modo *Helmontiano*, volatiliſandi Alcaliſata ſalia, beneficio oleorum deſtillatorum. *Verba Tr. prim. Chym.* ſunt. *Quando* inquit HELM. *Oleum Cinnamomi &c. Suo Sali Alcali miſcetur, absque omni aquâ, trium menſium artificioſâ occultaque circulatione, totum in ſalem volatilem commutatum eſt, Verè eſſentiam ſui ſimplicis in nobis exprimit, & usque in prima noſtri conſtitutiva ſeſe ingerit.*

Cujus operationis rationem veram, non crediderim hactenus à multis explicatam: plurimi acquieſcunt in eo: ſi audierint, ſal hoc componi ex oleo deſtillato, & ſale fixo, quorum ab altero, alterum volatile redditum & utrumque Ignis adminiculo aſſociatum. Verum ſalvis aliorum ſententiis mihi nec non ſatisfaciunt. Neque

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*Spiritus Vini ſæpius reiteratam abſtractionem*, qui inſtituitur, iisdem quoque fulcris innititur: quod tamen operæ prætium erit ſolidius oſtendere, ut & hoc loco terreſtrium particularum ſeparatio appareat. Vocatur aliàs communiter *Balſamus ſamech*, Sal Tartari illud, Spiritu Vini impraegnatum, cujus ἐγχειρήσεις hæ ſunt.

*Abſtrahunt à Sale Tartari Spiritum Vini rectificatiſſimum ſæpius, donec æque rectificatus, à Sale Tartari redeat ſpiritus vini, quam fuerat affuſus.* Et ſi enim primâ vice ſummè Alcaliſatus affunderetur, maximeque igneus, ut deflagrans ne unicam aquæ guttulam poſt ſe reliquerit, quæ pyrium pulverem contra exploſionem defendere potuiſſet; ſemel tamen ſaltem abſtractus, maximam Igneæ ſuæ virtutis jacturam paſſus deprehendetur Phlegmaticusque factus erit. Cujus rationibus oſtendendis, hîc locus haud ſatis commodus eſt: erit tamen in ſubſecuturis uberrimus de his dicendi campus. E quibus tum pluribus dicendis, hic ſaltem unicum hocce mutuabimur; ſpiritum vini, per Acidi ſeminalis ſalis, ab Alcaliſato Tartaro abſorpti privationem, in Aquam converſum eſſe. Quod quidem tanto majori jure mihi conceſſum arbitror, quantò pluribus in doctrina Ignis oſtenſum eſt experimentis, ſpiritui vini revera particulas acidas ineſſe, quibus ratio caloris ſeu inflammationis & inebriationis tribuenda ſit.

Quibus præſuppoſitis conſtare poteſt; *quasdam ſpiritus vini particulas acidas in Sale Tartari relinqui*; cujus quoque non eſt obſcurum indicium, quod pondus Salis Tartari, per crebriorem novi ſpiritus vini rectificati abſtractionem, auctum deprehendatur. Atque de hiſce ſpiritus vini acidis ſalibus, eodem jure, quo de oleorum deſtillatorum in antecedentibus aciditate, dici poteſt; quòd horum beneficio, & cum Alcali Alcaliſati ſalis conjunctione, Fixum volatile reddatur, per terreſtrium particularum ſeparationem.

Atque hujus *volatiliſati ſalis, veſtigia quædam, in ſpiritu vini Tartariſato obſervantur.* Dulcedo namque in illo guſtûs ſenſu perceptibilis, arguit; particulas ſpiritus vini acidas, coagulatione ſua, in ſublimatis ſimul alcaliſati ſalis particulis, in dulces converſas eſſe; qualis contingit converſio *in Aceto; ſaturno, vel marti, incoagulato.*

Cum

Cum verò hâc ratione non plus volatiliſetur Salis Tartari, quàm mediantibus Acidis illis, ſpiritûs vini particulis, à terreſtribus liberatum fuerit, ſequitur, quòd creberrima ſpiritûs Vini abſtractio hîc requiratur, ſi quis copiam quandam ſalis Tartari volatiliſandi, animum induxerit. Plena enim & omnimoda ſalis Tartari, à particulis acidis ſeparatio, hîc requiritur, uſque dum ſpiritum Vini, integris viribus, nullaque acidarum facta jactura, redditum eſſe, advertatur. Quod ipſum, quàm ſit futurum difficile, illi conſtare poteſt, qui attenderit; quanta fortiſſimi etiam aceti copia, ad ſal Tartari ſaturandum requiratur, cujus tamen aciditas manifeſta & fixior eſt, quæ in ſpiritibus Vini occultior eſt & volatilior. Plura quæ de his dici poſſent ſtudio prætereo, cùm præterea nihil hîc aliud nobis demonſtrandum ſit, quàm & modum iſtum, Volatiliſandi fixa, per *Samech* appellatum, æquè ac priores, in terreſtrium particularum ſeparatione ſitum eſſe.

*Neque alia ratio eſt, in fermentatione ſalis Tartari cum proprio fermento, Tartaro ſcil. crudo*, cujus Acidum dum cum Alcali Alcaliſati ſalis Tartari conjungitur, *Terra* præcipitari debet figens; quam ſe deprehendiſſe non diffitetur Cl. *Langelottus* inſipidam, *epiſt. ſuæ* p. 6.

Quamvis verò ſal Tartari Alcaliſatum, cum Tartari crudi acido conjunctum, amiſſione Terreſtrium particularum, Alcaliſati ſalis formam exuat, Volatile tamen ejus nondum innoteſcit; quòd ſub jugo hactenus Acidi Tartari contineatur, prout in ſuperioribus experimentis, volatiliſatum ſal Tartari ſub jugo ſpiritus ſalis Acidi ſ. Aceti. *Volatile ergò illud Urinoſum, quod impetratur, non tam è ſale Tartari, quam Tartaro crudo profectum eſſe exiſtimandum eſt*: cum ſal Tartari, hoc loco ſe habeat ad Tartarum crudum, prout ad ſal Ammoniacum; de cujus capite mortuo, quæ ſupra dicta ſunt, ſi cum his conferantur res tantò patebit clariùs. Ac præterea probabilitas quædam his accedit ex eo, quòd *è ſolo Tartaro crudo*, absque ſale Tartari, *ſolius Aluminis crudi, anaticâ proportione, additione*, teſtimonio *Cl. Daniel. Ludovici, impetrari poſſit, ſal Urinoſum penetrantiſſimum*. Deinde cum Sal Tartari volatile *Excell. Langelotti*, prorſus inodorum ſit, uti ipſe coram faſſus eſt, manifeſtiſſimum hoc indicium

dicium eſt, volatile ejus, à particulis quamvis terreſtribus liberatum, ab Acido tamen Tartari, hactenus fixatum eſſe. Cœpi ergo cogitare, annon volatile illud, Tartari crudi potiùs ſoboles ſit, quàm Alcaliſati Tartari. Neque ideo in epiſtola mea ad *Cl. Langelottum* obſcurè tuli, in dicta fermentatione, primariò quidem non ipſum Alcaliſatum Tartari volatiliſari omnimodè; ſed Tartarum potiùs crudum. Quod cùm paulò duriùs dictum viſum fuerit *Illuſtriſſ. Societati Regiæ*, volui hîc paucis ſententiam meam clariùs explicare.

Ex allatis igitur experimentis, æquè ac rationibus manifeſtò ſatis patet; quod per *ſolam Terreſtrium particularum ſeparationem*, Alcaliſata Salia fixitatem ſuam exuant; & *volatilia* reddantur; Unde ſimul innoteſcit, ſponteque ſua fluit; *terreſtres particulas*, Ignis vehementiori colliquatione, Alcali Sali conjunctas, tantæ Alcaliſatorum ſalium *fixitatis* cauſas fuiſſe.

In hac verò *fixorum ſalium volatiliſatione*, *ac præcipuè ſalis Tartari*, cum tot Celebres etiam Viri dies ſæpè ac noctes conſumpſerint, paucis quæſo de uſu ejus liceat monere, cujus ſpe inducti, tot labores ſuſceperint.

Maximi ingenii *Helmont*. c. xv. de Febribus, præter alia loca, maximis *hoc Sal extollit laudibus*, *& cùm de uſu ac nobilitate liquoris Alcaheſt quædam attuliſſet*, *addit*: *Quod ſi verò ad hoc Ignis arcanum non pertingatis*, *diſcite ſaltem Salem Tartari reddere volatilem*, *ſic intimas nacti eritis rerum eſſentias.* Alia elogia, videantur apud alios; quibus tamen, neſcio quantùm tribuendum ſit. Ego certè liberè fateor, ut ſentio; aut majores noſtros Philoſophos, ſub nomine Salis Tartari volatilis, aliud occultare voluiſſe; aut certè exitus promiſſis non reſpondere. Nemo namque credo (aliorum ſalvis ſententiis) experimentum afferre poterit, Metalli cujusdam, ope volatiliſati ſalis Tartari radicaliter ſoluti; aut aliam quoque, è vegetabilibus ſaltem paratam eſſentiam, quæ ope aliorum Alcalium Volatilium Urinoſorum parabilis non foret: quid ergò peculiare à cæteris Volatilibus ſalibus poſſidebit, cum æquè Urinoſum ſit ac illa?

Neque Cl. *Langelottus*, ſatis ſufficienti jure, prærogativam ejus

præ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

adeòque Alcali ſanguinis humani quamvis propriâ formâ gaudeat (nullum enim, adeò purum eſt Sal Alcalinum, quod non ſeminali quâdam aciditate imbutum ſit; alioquin, uti in ſubſecuturis, oſtendetur, in aquam Elementalem relaberetur) à potentiori Spiritus Vini aciditate ſeminali tamen, ſuperetur. Quemadmodum *ſi ſali Tartari Alcaliſato, affundatur Spiritus Nitri, potentior hujus Spiritûs, aciditas ſeminalis, Cryſtallos format, non Rhombi, cryſtallis ſalis Tartari competentis figurâ, ſed Nitri potiùs oblongis ſtiriis conſpicuas.*

Adeoque figurarum hæc diverſitas, diverſitatem ſeminum indicans, docet nos, ipſa etiam *Alcalia Urinoſa, ſpecificam quandam à ſe invicem obtinere differentiam.*

*Hæc* tamen ſeminalis alcalium volatilium *differentia, in Curatione morborum non adeò attendenda videtur*, cùm Alcalia omnia tantillum ſaltem ſeminis poſſideant, quo impediri poſſit, ne ſpontè in aquam ſeu principium ſuum reſolvantur, adeòque vacua ſint, *ſeque ad certorum morborum cauſas habeant, ut materia ad formam*, h. e. *indifferenter, ad hoc vel aliud hoſtile acidum abſorbendum.*

Neque proinde audiendus videtur *Helmontius*, hanc docens inter Spiritum Urinæ, & ſanguinis humani, differentiam: quod poſterior Epilepſiæ medeatur, prior non; *cùm Experientiâ conſtet; ſpiritum ſalis Ammoniaci, Urinæ ſobolem, in convulſivis motibus præcavendis, vel ſedandis, non adeò ſpernendum eſſe.*

Quare *alcali Tartari urinoſum*, ex Alcaliſato Tartaro per terreſtrium particularum ſeparationem profectum, quamvis à cæteris urinoſis ſalibus ſpecificè differat, ratione ſeminis nempe, quod in Acido Tartari, à cæterorum Acidorum ſeminibus diverſum eſt. *Neque ideo tamen tanta præ cæteris urinoſis ſalibus ipſi Prærogativa debetur*, cùm nullum hactenus allatum ſit, tam egregiæ virtutis ejus experimentum, ſive in corporum ſolutionibus, ſive morborum curationibus, propter quod aliis volatilibus ſalibus jure anteponi debeat.

Atque hæc, *de Alcalibus volatilibus quæ dicta ſunt, eadem quoque*

*que*

*quæ de vegetabilium Alcaliſatis accipienda ſunt.* Neque enim tanta revera eſt inter iſta differentia, uti plurimi opinantur, ut propterea magnus illorum delectus habendus ſit. Ità *fruſtrà in Alcaliſato Abſynthii quæritur*, quæ in Abſynthio ante Calcinationem fuit virtus; *neque Alcaliſato Euphraſiæ, ulla ineſt ſpecifica oculos ſanandi vis; neque Rutæ Alcali aut Lavendulæ, eæ, quæ herbæ inerant inſunt virtutes*; ſed cuncta, *quemadmodum ſapore non differunt*, ut nec peritiſſimus parandorum ſalium artifex eadem diſtinguere ſciat, *ita nec operandi rationem diverſam obtinent*, *cuncta* nempe variis vitioſis fermentis corrigendis inſerviunt; *neque Rutæ Alcaliſatum aut Lavendulæ, minus Stomachicum eſt quàm Abſinthii.* Cum enim præterea à veritate valde alienum ſit, dari certa vegetabilia, certis humani corporis partibus Idiocratica quâdam facultate dicata (de quibus hîc dicendi locus non eſt) minus decebit; illas virtutes in Alcaliſato, ſeu violento Igne, exuſto ſale, percontari, quas recenti Vegetabili ineſſe, affirmare non audebamus. *Seminales enim vegetabilium Virtutes, Ignis violentiâ non poſſunt non in auras abiiſſe, minimâ ſaltem illarum quantitate ſuperſtite, quæ impedit, ne ſponte in aquam reſolvantur ſalia*; quod fieret, ſi omni ſeminali Acido privarentur.

Verùm tantillà ſeminis pars, quamvis ſpecificam quandam Alcaliſatorum ſalium differentiam cauſetur, medicamenti tamen operationem non faciat diverſam, ut e. g. in Intermittentibus Febribus, *Alcaliſatum Abſynthii, Alcaliſato Centaurei minoris, ſive Hyperici præferendum ſit.*

Quæ cùm reverà ita ſint, *non* poſſum admirari ſatis *curioſitatem illorum, qui Clyſteribus, apoplecticis applicandis, non verentur admiſcere ſal rutæ*, aliorumque pro Cephalicis vulgò habitorum vegetabilium. Sic error errorem parit. *Dum enim falſo ſibi perſuadent, Rutam Cerebri morbis medelam afferre ſpecificam*; ruunt in alium; Rutæ nempe Alcaliſato ſali eaſdem, quæ ante calcinationem aderant, ineſſe ſpecificas Virtutes; & tandem in tertium; Poſſe nempe Alcaliſatum Rutæ, putatitias. Virtutes, laboranti cerebro, etiam Clyſteribus (quorum tamen ultra valvulam inteſtinalem nulla operatio) communicare.

Rutæ certè ad Cerebrum, non eſt magis ſpecifica virtus, quam talorum leporis, ad Cerebri convulſivos motus ſedandos: *nemo verò facilè dixerit; oſſiculis pedum, cum cerebro tantam intercedere affinitatem, ut huic medicaminis rationem tribuere auſit.* Quomodo enim hoc modo *Cranium humanum* Cerebro medicamentum eſſe, Jure affirmari poſſit? aut cujuslibet vegetabilis, vel alius rei, cum qualibet humani corporis parte, ſpecificam congruentiam fingere licebit. *Certè ſi Ruta v. g. eandem morbi cauſam, quam in cerebro offendit, offenderet in ſiniſtri pedis pollice, mederetur ipſi*, adeoque non minori jure cum pollice pedis ſiniſtri affinitatem habere dici poſſet, quàm nunc cum Cerebro. Sed de his obiter. Hæc enim peculiarem ſibi poſtulant operam, quia brevibus explicari ſatis non poſſunt: ſufficiat ſaltem notaſſe paucis; *Alcaliſatorum ſalium tantum delectum habendum non eſſe*, neque etiam Fixorum. v. g. Salis Tartari volatiliſata ſalia, præ cæteris quid obtinere, quod prærogativa dignum ſit.

Atque hæc de Alcaliſatorum ſalium volatiliſatione allata, adeò arbitramur eſſe evidentia, ut nullus dubio locus eſſe poſſit. Neque excogitari unquam modus poterit, Alcaliſata ſalia volatiliſandi, qui non in terreſtrium particularum ſeparatione conſiſtat.

Quod ipſum quoties cogito, non poſſum ſatis admirari, *Zvvelferum*, Virum, in Pharmacopolarum erroribus emendandis, ſatis ſtrenuum & felicem, in Alcaliſati Tartari volatiliſatione tamen, adeò graviter lapſum, ut cùm hæc ſcriberet, omnis ferè Philoſophiæ oblitus fuiſſe videatur. Quod invitus ſcriberem (neque enim defunctos jam Cl. Viri manes turbare animus eſt) niſi & hodie quosdam Viros, Clariſſ. etiam, hoc ipſo ſeductos adverterem. Ita verò ille Pharmacopææ Regiæ pag. 247. *Tartarum Calcinatum, & in Cella collocatum, ſponte ſuâ in liquorem limpidum, ponderoſum, & ſalinum, reſolvendum vel liquandum eſt (Oleum Tartari aliâs dictum) Liquor hic, in Retorta, ſeu Alembico vitreo humili, ſuper Igne arenæ, abſtrahatur ad ſiccitatem Salis in reſiduo manentis: Relictus hic Sal, porrò in cella collocatus, nonnunquam aſtris etiam expo-*

*ſitus*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

vuntur) quæ ſi abſtractâ aquâ, Aëri denuò expoſitæ fuerint, ſeminalibus particulis conſumptis, ipſe in aquam reſolvuntur. Atque hoc repetitur toties, donec Acido ſeminali omni, penitus deſtructo, ceu parte formali, nudam materiam h. e. Aquam elementalem conſpiciamus. Cui quæſo quænam inſignes ineſſe poterunt virtutes medicamentoſæ? *Mirum profectò eſt, virum, adeò in veterum, aliorumque erroribus aperiendis ſedulum, ſal Tartari volatile, ab elementali aquâ diſtinguere non potuiſſe.* Et reverâ hìc videmus, quantum obſint Experimenta, citra rationem, Cauſarumque inveſtigationem conſiderata. Nubem nos faciunt accipere pro Junone, ut interdum ea æſtimemus, quorum poſtea, ſi cognoverimus, nos pœnitere poſſit.

Præter hoc igitur, quod in præcedentibus de Alcaliſato Sale jam demonſtratum eſt; non præexiſtere illud formaliter ante Calcinationem in miſto, patet nunc in dicto experimento *Zwelferiano*, eadem in aliud prius, Aquam nempe elementalem reducibilia eſſe; quò ipſo veri principii rationem amittunt. Neque hoc de Alcaliſatis tantùm Salibus; ſed & aliis, è quorum colliquatione Alcaliſata produci, in antecedentibus demonſtravimus, accipiendum eſt. Adeòque Tria illa Chymicorum, *Sal*, *Sulphur* & *Mercurius*, propter rationes allatas, *nullo modo principia naturalium rerum, vera & genuina, dici poſſunt.*

Poſtquam igitur in antecedentibus oſtenſum, *nec Quinarium* Modernorum; *nec Quaternarium Peripateticorum*; *nec Ternarium Paracelſiſtarum*, Principiorum numerum, ſibi conſtare poſſe: *Videndum nunc erit, quid Binario noſtro*, Veritatis ac Soliditatis inſit: cùm non ſufficiat, quæ pro veris hactenus corporum principiis haud meritò habita ſunt, indicâſſe, niſi & quænam pro veris habenda ſint, explicetur. Quod quidem expediviſſe arbitrabimur, ubi cuncta ſublunaria ex *Aqua* & *Seminibus* beneficio *fermentorum* ſ. *Spiritus Univerſi* conjunctis, compoſita eſſe demonſtraverimus.

Qui rerum generationem, progreſſionem dicunt à Non-Ente ad Ens eſſe maximum certè errant errorem, ſi per Non-Ens intellexerint *Negativum*, ac non potiùs tale quoddam, quale cæteroquin *Priva-*

*Privativum*, Scholæ appellare conſueverunt; quod, etſi reverà quid poſitivi ſit, nondum tamen eſt id, quod eſſe debebat & poterat. Ex hoc enim rectiſſimè rerum Generationes incipere dici poſſunt, cùm contra ex Nihilo negativo, nihil unquam naturaliter quicquam productum ſit.

Prima quidem rerum productio fiebat, citra ullam præexiſtentem materiam, ex Nihilo negativo, ab omnipotenti Ter Optimo Terque Maximo Deo, virtute verbi ſui efficaciſſimi FIAT. Ita enim dicit *Geneſeos ſcriptor Moſes*: cùm dixiſſet Deus *Fiat Lux*, factam eſſe lucem, &c. quam productionem, *Creationem* appellare ſolemus. Cùm verò; pro abſoluto ſuo arbitrio & Voluntate, creâſſet Deus creaturas, non ſimplices, ſed compoſitas, ex ejuſmodi Principiis; quorum inteſtinis diſſidiis, individuo, non quidem neceſſaria annihilatio, ſed mixti diſſolutio tamen & interitus imminere poſſet, quò tandem individuis ſingulis extinctis, ſpecies ipſæ omnes (utpote quæ extra & citra individua non exiſtunt) ad interitum feſtinâſſent; adeoque mundus hicce univerſus, adeò affabre in Sapientiſſimi, Optimi & Potentiſſimi Creatoris gloriam exſtructus, ante corruiſſet, quàm Creatoris Bonitas, Sapientia, Potentia, exinde cognoſci potuiſſet: *placuit ei, pro immenſa ſua Sapientia, rebus corruptioni obnoxiis, Virtutem infundere ſeſe multiplicandi, ſibique ſimile generandi*, ut quam individuis perpetuitatem denegârat, eandem ſpecies poſſiderent.

Hoc ipſum clarè ſatis explicat *Moſes*, dum Univerſi Creatorem abſoluto ſex dierum Opere dixiſſe ſcribit, *Creſcite & multiplicamini*. Quorum prius *Creſcite* individuorum conſervationi dictum videtur, ut illa augmentum capere ac nutrire poſſent: poſterius verò *multiplicamini* ipſas rerum ſpecies concernere credo, cujus beneficio, rerum generationes expediantur, ut idem ex ſeipſo renaſci quaſi, & ſimile procreare poſſit, generatione verâ & univocâ. Clarioribus verò verbis ipſum expreſſum legimus verſ. 11. c. 1. Gen. *Germinet terra germen, herbam producentem ſemen; arborem fructiferam facientem fructum juxta ſpeciem ſuam, cui inſit ſemen ſuum.* Atque ab illo ipſo temporis, quo hæc dicta erant, articulo: in

in hunc uſque diem, hæ naturæ leges obtinuerunt, ut cuncta individua ſui in ſpecie conſervationem quærerent.

Generatio itaque rerum creationem ſecuta, certè ex non-ente nullo modo initium ſumit, ſed illis particulis; quibus virtute verbi benedictionis, illa ſeſe multiplicandi vis inſita eſt; entibus reverà poſitivis & realibus.

Hæ verò particulæ, Generationum principia, non inſunt omnibus eædem; ſed quælibet ſpecies, in producendo ſui generis individuo, ſpecificum, à cæterarum ſpecierum omnium ſemine, diſtinctum ſemen poſſidet. Ita in ſemine hominis nulla deprehenditur potentia producendi Leonem, neq; contra Leoni ſemen erit, homini producendo aptum. Neque in ipſo v. g. Homine, ſemen propriè unicum eſt & omninò ſimplex; ſed prout ad humanum corpus efformandum variæ concurrunt partes Organicæ, tam internæ quàm externæ, quarum conjunctione humani corporis fabrica exſtruitur; ita neceſſe erit, ſingulas partes, propriam ſibi virtutem formatricem agnoſcere, adeòque hanc formatricem virtutem compoſitum quid eſſe; non quidem in ordine ad ſubjectum v. g. Hominem producendum, cujus intuitu reverà ſimplex eſt, quia potentia, quæ ipſi ineſt, particularis eſt, & determinata ad unicum actum; hominem ſolum, nec aliud animal Leonem, equum, canem producendum; ſed in ſe conſideratam, ad diverſas partes individui, quarum ratione, compoſitam dicendam eſſe videtur. Neque enim, eadem numero formatricis virtutis particula, quæ cerebrum exſtruxit; & brachio vel manui producendis apta erit. Neque ſtomachum, Cor, Hepar, aut pulmones, quæ fabricarunt particulæ, externis corporis differentibus muſculis, vel etiam inteſtinorum convolutionibus figuram largientur. Aut ſingulis his, univerſalem quandam potentiam, aditam ſpecie diverſos actus, ineſſe dicendum erit. Quo conceſſo, ſponte ſua ſequetur, ex uno eodemque humano quoque ſemine, diverſa ſpecie animalia produci poſſe. Nam ſi ſingulæ formatricis virtutis particulæ, adeò indifferentes ſunt, ad actus ſpecie diverſos producendos, quid prohibet, quominus integrum ſemen, cujus partes ſunt particulæ iſtæ, indifferenter quoque ſe habeat ad animalia

lia

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

particulæ graminis carneæ, muſculoſæ, bovis carni appoſitæ ſaltem, cartilagineæ cartilagineis, tendinoſæ tendinoſis &c. nutrimentum, propter particularum quoad ſubſtantiam ſimilitudinem, præberent? Nemo quidem hoc dixerit, qui præſertim attenderit, non ſolum bovem graminibus veſci, verùm & oves, equos, inſecta varia, ipſumque hominem.

Nam & antiquiſſimis temporibus, ante plenam fructuum, frumentorumque copiam, horumque commodam præparationem, homines radicibus ac herbis variis ſponte naſcentibus, enutriti fuerunt, hodieq; Indiæ Occidentalis Incolæ, è radice certa panem coquunt, *Caſſaba* ipſis dictum, quotidianum cibum; nosque Europæi, frequentiſſimè lactucis, variisque graminum generibus veſcimur; & *adhuc* acerrimè *diſputatur, quisnam cibus vegetabilium an animalium, nobis magis proprius & competens ſit*. Aſt in dictis animalium ſpeciebus, maxima partium difformitas eſt. Quamvis enim in iis, quoad partium integralium communem naturam, qua v. g. oſſa brutorum, non minus oſſa ſunt, quàm hominis, cæterorumque animalium, & caro ovilla, & à bovilla conceptu communi non differat; Oſſa tamen, ab oſſibus diverſorum animalium, proprio quodam conceptu, aliud quippiam & Proprium obtinent. Et ipſam ovillam carnem, à bovina, vel Gallinæ, multum differre ſapor & odor docent. Tum verò præcipuè Inſecta, viridantes frondes & prata depaſcentia, à cæteris jam allatis animantibus immane quantum, & naturæ proprietate, & organorum formatione diſtant, & tamen eadem hæc communi cum cæteris animalibus nutrimento, conſervantur.

Quòd ſi igitur, tot diverſarum figurarum & proprietatum cauſas, è gramine repetere vellemus, quid quæſo de gramine fiet? nonne dicendum eſſet; in gramine latere tot animalium non ſimilares ſaltem partes, verum etiam Organicas, *brachia, pedes, cor, hepar, pulmones, caput, &c.?* quod valde ſenſuum & Rationis teſtimonio abſurdum foret. *Quis* enim *neſcit, quot diſtet paraſangis natura plantarum, ab animalium.*

*Vim ergò hanc animalium*, ac v. g. *bovis formatricem, non tam extra corpus bovis, in gramine quærendam eſſe, quàm potiùs in ipſo animalis corpore, & quidem ſingulis ejus partibus, diverſam collocandam eſſe.*

Ratio

Ratio ſuadet: ut diverſæ animalis partes, contineant quiddam, quod in aliis partibus reperire non liceat; cujus beneficio alimentum adductum in naturam hujus v.g. Renum non verò Pulmonum mutetur; Quô ipſo alimentum per ſe cæteroquin indifferens, ad hanc vel aliam partem nutriendam, ita determinetur, proprioq; quodam partis ſigillo, ita inſigniatur, ut non poſſit non, hanc partem neceſſariò nutrire.

Atque ejuſmodi ſigillo proprio inſignitum alimentum, alterius partis ſigillum vel etiam Ideam nunquam ſuſcipiet, niſi à potiori quodam & potentiori fermento, debilius ſuppreſſum fuerit. Quod potiſſimùm contingit in ventriculis animalium, ſtrictè ſic dictis.

*In ventriculum hominis, ſi deſcenderit Caro muſculoſa, v. g. ovis, proprio fermento & Idea inſtructa*; ſed debilior, quam ut fermento ſtomachi potenti & manifeſtiſſimo reſiſtere poſſit; *ſuperatur, & quæ ovilla caro erat, fit humana.* Eodem modo Ventriculus canis, oſſium commeſtorum fermentum, & Ideam ſuperat, ut & muſculoſæ carni nutrimento eſſe poſſint. Neque alia ratione gramen propria Idea & fermento (quid per fermentum intellectum velimus in ſubſecuturis pluribus explicabitur) inſignitum; à fortiori v. g. bovis ventriculo ſubigitur, talique Idea notatur, quâ ad ſolum bovem, non aliud animal nutriendum, determinatur. Idem gramen ſi in equi vel Inſecti ventriculum, vel huic quandam analogam partem, delapſum fuiſſet, & horum naturam induiſſet.

Neque novâ Idea ſaltem in ſtomacho ſtrictè ſic dicto, veſtiuntur alimenta, ſed quilibet etiam muſculus, tendo, nervus, arteria &c. brachium, item pulmones, renes, hepar &c. propriam virtutem poſſident, quâ ex communi cæteroquin alimento, proprium faciunt.

Atque hujus *formatricis virtutis natura, quàm admiranda ac omninò Divina eſt*; ita nihil à priſcis etiam Philoſophis, cognitu magis habitum eſt difficile; quàm quid ſit in ovo, quod ipſum reddat fœcundum; quid in conceptu, quid in ſemine, quod iis fœcunditatem afferat? Ipſe *GALENUS libro de fœtus formatione*, fruſtra ſe id, à ſui ſeculi Philoſophis diſcere conatum fuiſſe profitetur, nec quo animus ſciendi cupidus ſatiaretur, apud eos inveniſſe; atque adeò triſtitiâ magnâ affectum ſe fuiſſe, conqueritur, & proinde inveſtigare cœpiſſe; anne certam quandam, circa animalium gene-

rationem rationem invenire poſſet ; inveniſſe autem nullam : atque ideò omnes Philoſophos rogat , ut ſi quid veri invenerint , hoc citra invidiam ſecum communicent.

Ex iis verò , qui in tam mirando opere , quantum quidem humano ingenio conceſſum eſt, cognoſcendo , acutiſſimi ingenii ſui nervos intenderunt ; quamvis fuerint , viri aliquot nunquam ſatis laudati , quorum induſtriâ & indefeſſis laboribus , maximæ circa hanc rem obſcuritates ſublatæ ſunt , quorum caput eſſe poteſt , incomparabile *illud & immortale Britanniæ decus HARVEJVS , cujus de Animalium generatione & circulatione ſanguinis , qui ſcripti ſunt libri , clarè ſatis loquuntur , quis quantusque fuerit.*

Virtutem tamen illam formatricem ( aliorum ſalvis ſententiis ) ſemen in utero explicantem , fœtum formantem , formatum & in lucem editum , in ſtatutæ magnitudinis , terminum extendentem , feliciſſimè omnium aſſecutus fuiſſe videtur *MARCVS MARCI* , in aureo illo *de Ideis Operatricibus libello* , Cujus ſaltem fragmentum quoddam , octo tantùm Capita continens , ad nos pervenit ; cætera libri ſecundi capita , hominum invidia ac veritatis odium ſuppreſſit , ut lucem non viderint , digna cæteroquin quæ omnium Philoſophorum manibus dies noctesque tererentur. Quanquam & hodie ſint , qui de hac MARCI MARCI hypotheſi , admodum ſiniſtrè ſentiant , quam fortè ne intelligunt quidem , atque propterea vitio mihi vertent , ſi è ſubſecuturis , *Marcianæ* , circa virtutem formatricem ſententiæ , me in aliquibus favere adverterint. Aſt de his parum ero ſollicitus , quid de me , vel de *Marco Marci* ſentiant. Adeòque cùm natura ſeminum mihi explicanda ſit , veſtigia ſequar & hypotheſin tanti viri , nobilemque illam de Ideis doctrinam , obſoletam ferè , & denſis tenebris obvolutam , in lucem producam , ſi fortè in aliorum animis , quoddam ulterius in illas inquirendi deſiderium , & ardor excitari poſſet.

Cum igitur in antecedentibus veſtigia quædam collegerimus ; è quibus cognoſci poſſit , cuilibet corporis animalis particulæ , non organicæ ſolùm , verùm etiam ſimilari , propriam quandam virtutem ineſſe ,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

rationem, ſed capſula ſaltem quædam ejus eſt, quâ cuſtoditur verum ſemen, ne externis aëris vel ventorum pateat injuriis; adeò ut omnium ritè Philoſophantium ſententiâ, ſemen 2800. ſaltem ſui corporis habeatur pars, de quibus in ſubſecuturis fortè pluribus.

Non immeritò quoque *Formæ* nomen ipſi competit, cùm quod Formali cauſæ communiter tribuitur; quòd nempe *unione ſui cum materia det eſſe rei, & rem à re diſtingui faciat*: huic jam dicto ſemini, vel etiam Ideæ competat, & ſoli quidem; ut nihil unquam in naturali corpore vel cogitatione etiam comprehendi queat, cui nomen iſtud potiori jure tribui debeat. Hæc enim Idea eſt & ſeminalis Virtus, quæ Unione ſui (partis formalis) cum aqua ſimplici, ceu parte materiali, dat eſſe rei; quâ deſtructâ & ſeparatâ, corpus naturale in aquam Elementalem denuò relabitur (uti in ſubſecuturis volente Deo demonſtraturi ſumus. Et eadem quoque, rem facit à re diſtingui. Quòd enim *roſam* v. g. *à lilio* diſtinguere nobis liceat, vel ex animalibus, *bovem* v. g. *ab equo*, præter propria interna, externi quoque explicatæ Ideæ termini faciunt. *Seminis igitur*, *Ideæ vel formæ* in poſterum ſi quæ mentio facta fuerit, *pro ſynonymis* hæc haberi velim. Cujus natura ſi paucis verbis ſit explicanda, non diſplicent illa *Severini* octavo capite quæ habet. Semen eſt *vitale principium, in ſe continens ſpiritus mechanicos, & Tincturas univerſæ anatomiæ propriæ ſpeciei, quibus ſuum ſibi fabricant corpus, colores, ſapores, qualitates, magnitudines, figuras & reliqua officiis conſentanea.*

Cujus Ideæ, tam in animalibus quàm vegetabilibus explicationem, antequam pluribus aggrediamur; de *Formæ* hujus origine, tribus ſaltem verbis monere liceat unde proficiſcatur; cùm inter celeberrimos quoque viros acerrimè ſuper hac re diſceptetur. Quorum ſententias recenſere omnes, & tædium tibi afferret Lector, & inutilis eſſet labor, quùm ab aliis hoc ipſum ſat præſtitum ſit. Neque tamen præterire hoc poſſum, quam non admittenda ſit ſententia illorum; qui cœlum ſine ullo ſemine, multas proferre tum animantes, tum ſtirpes; ſemen, gignendis rebus materiam concinnè duntaxat apparare, & inſtruere, Cœlum verò in apparatam illam ſpeciem,

ſpeciem, ſummam perfectionem immittere, vitamque ſuſcitare in omnibus, docent. Cujus ſententiæ Dux præcipuè ac Autor eſt, *Fernelius* in lib. *de abditis rerum cauſis*; qui clarius adhuc mentem ſuam alio in loco explicat, dicens: *Animantium ſtirpium lapidum & metallorum omnium, quæcunque & fuerunt & eſſe poſſunt formas, una Cœli forma poteſtate comprehendit, & innumerabilibus illa gravida formis, omnia gignit & fundit ex ſeſe.*

Verùm, ſi virtus iſta formatrix ab externo quodam, ſemini communicaretur, neque adeò in ſemine generantis revera exiſteret, ſequeretur, ſemina v. g. hominis, lupi; recipere ſaltem formas, adeòque potentiam illorum paſſivam eſſe; cùm ſolius formæ ſit agere. Unde manifeſtiſſimè colligeretur; corpus illud hominis, lupi, ſemen appellatum indifferens eſſe, ad cujuslibet animalis, bovis vel canis formatricem virtutem ſ. Ideam ſuſcipiendam. Adeòque quid impedit, quominus è ſemine quandoque humano, bos aut canis productus fuerit; aut contra è ſemine bovino, vel canino, homo prodierit? cùm cunctis his materialem ſaltem rationem habentibus, indifferenter quævis, non animalis tantùm ſed vegetabilis etiam Idea, à Cœlo imprimi potuiſſet. Quibus ſi quis regereret; obſtare aptitudinem materiæ, ad hanc potiùs, quam aliam formam ſuſcipiendam, ut hoc bovis ſemen, contineat quiddam præparans idem ad determinatam Ideam ſuſcipiendam; confiteretur hicce formam quandam, & virtutem formatricem reverâ in hominis ſemine præexiſtere, ante illam infundendam à Cœlo formam. Et cùm ſub infinitis ferè Cœli locis, innumerarum quotidiè ſpecierum, innumera individua producantur, neceſſe foret, aut univerſalem quandam cunctarum v. g. bovis vel canis formam, per terrarum orbem univerſum, ubi boves vel canes generantur, eſſe diffuſam, è qua ſingula harum ſpecierum individua ſemina, determinationem ſui & formam caperent; aut ſingulæ formæ ſingula quotidiè comitarentur individua.

*Atque hoc quidem poſteriùs, ſi ita revera eſſet, formæq; extra individua exiſterent, quid ad hominis vel canis generationem opus eſſet homine vel cane* (uti jam monui) cùm formæ ſit ſolius agere & determinare

mate-

materiam, neque ullum contra materiæ in formam jus competat; neque homo generaret hominem, vel bos bovem, generatione univocâ vera & completa. Neuter n. produceret effectum ejuſdem ſpeciei, quòd formam, ſpeciem conſtituentem, non largiretur, ſed tantillum materiæ ſaltem, principium ad rerum generationem, incompletum. Si priùs verò, ſpecies totidem & univerſales formæ omni tempore in hunc inferiorem globum infundi per Aërem deberent, quòd immediatus agentis cum patiente debeat eſſe nexus, & ſingulis momentis prolificum ſemen effundatur; adeòque aër quem haurimus innumeris formis plenus eſſet. Quæ ſi ita ſint, non culpandus adeò erit *Pythagoras* à brutorum carnium eſu, diſcipulos ſuos dehortans, quòd defunctorum ſeparatas formas in illas emigrare crediderit, modo ab aëre quoque ipſos abſtinere docuiſſet, cui formæ nondum, cum materia conjunctæ inſint, ne cum aëre attracto, lupi vel vulpis forma ſimul attrahatur.

*Superiorum quidem Cœleſtium corporum in hæc ſublunaria & inferiora, magnam vim eſſe, mirandumque conſenſum, negari non poteſt.* Videmus enim quotidiè, *pro varia Lunaris corporis, ad ſolem facie,* non aëris ſaltem variare tempeſtates; maris item fluxus ac refluxus tardiores fieri aut celeriores; *verùm animalia etiam modò incrementum capere, modo detrimentum pati,* corpora item quædam in primam materiam reduci. Sole verno tempore ad nos redeunte, quæ prius ſopita & mortua videbantur, non vegetabilia solùm ſed animalia etiam, novam vitam accipiunt, novosque generationis motus, ſeminaliumque Idearum explicationes moliuntur. *Aſt verò propterea ipſas formas à Cœlo rebus naturalibus infundi, dici non poterit.*

Cœlum, res ortas jam propriaque formâ & Idea imbutas promovet ſaltem, non verò ipſam ſpeciem conſtituit. Et ſi omnem Cœlorum in rerum generatione virtutem, paucis exhibere libuerit, dicendum eſt; *infundi ab iis, & conſervari motûs quoddam vitale inſtrumentum, quod torpeſcentes cæteroquin Ideas motu ſuo excitet, explicet, nutriat.* Cujus jam particulam quandam, cuncta prolifica & fœcunda ſemina poſſident, per traducem acceptam; quâ ſi eſſent deſtituta ſemina, ſterilia eſſent cuncta. Hoc à *Coſmopolita* vocatur

occultus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*tem ſemen* &c. Atque ab illo temporis momento, factum e
cuncta generantia individua, poſtquam juſtam & definitam, c
ris ſui figuræ extenſionem, aſſecuta eſſent; in circulum quaſi
rent, & quàm à parentibus acceperant, ſeminalis Ideæ particu
hanc & poſteris ſuis communicarent. Quod in animalibus
ac vegetabilibus toto die obſervamus; quæ tum demum ab A
*tele* perfecta dicuntur, cum ſemen illorum aptum eſt, ſimili ſub
tiæ producendæ.

*Quæ igitur ſpecies cunctæ ab univerſi hujus creatore creatæ in
cipio ſunt, illæ hodie per Idearum ſeminalium traducem, in indivi
conſervantur.* Rationalis verò *animæ propagationem, an ſit ex
duce, an verò creetur quotidiè*, tot ſunt non Philoſophorum tan
ſed Thologorum quoque Excellentium, à ſe invicem diſſiden
opiniones; tot utrorumque non ſpernendæ rationes, ut cujus i
tentiam deſcendendum ſit, non adeò facilè ſit, judicatu; u
hîc quisque ſuo ſenſu, modô divino verbo non contrario;
hæc diſceptatio non ſit hujus loci, ubi Formatricem ſaltem,
humani tantum, ſed brutorum quoque corporum, & vegetabil
virtutem, explicare animus eſt. Atque hæc de Natura ſemi
Ideæ in genere dicta ſufficiant, videamus igitur his præſuppo
eandem paulò intimiùs, accedendo propiùs, ad tria iſta diverſa
gna, *Animalium* nempe *Vegetabilium*, *Mineralium*.

x *Animalium* igitur ordine unicum nobis proponemus *Homi-*
iquam cunctorum nobiliſſimum. Cujus in utero generatio-
& in lucem editi nutritionem, ſi rectè oſtenderimus, Ideam-
ninalem humani corporis, clarè explicuerimus, quid de cæte-
, animantium generatione dicendum ſit, obſcurum eſſe non
. Brevitati verò, quantum citra obſcuritatem fieri poterit
imus, ut B. Lectori anſam ſaltem concedamus, intimius ac
s hæc inſpiciendi.

Quemadmodum itaque cunctæ animalium ſpecies, peculia-
ibique propriam, ac ſpecificam Ideam ſeminalem poſſident,
rarum ſpecierum ſeminalibus Ideis eſſentialiter differentem;
ique in Hominis ſemine, talem ſpecificam Ideam, ſoli homi-
erando aptam agnoſcemus. *Cùm verò ad humanum fœtum*
*endum*, (quemadmodum nec ad reliquorum animalium ge-
onem) *unius ſexûs, vel maſculini vel fœminini opera non ſuffi-*
*d conjunctio requiritur maris & fœminæ*; operæ pretium, imò
arium erit hîc inquirere, quid quantumque uterque ſexus
& fœminæ, ad humani fœtus formationem conferat.

*Mari* quidem, *in generatione*, *vim activam*, nemo hacte-
iod ſciam adeò audax fuit, ut denegare auſus fuerit. Quid
activi fœmina ad generationem conferat, acriter hactenus
atum eſt ab iis, qui patientis inſtar & recipientis ad agens il-
habere, ſeu ut *Ariſt.* dicit, inſtar materiæ ſaltem ad formam
nderunt, ita ut fœmina præter locum calidum ſ. uterum, &
inem fœtui nutriendo aptum, nihil amplius largiretur. Ve-
njurii iſti ſunt in ſexum fœmineum licet ſequiorem, cùm &
a ad generandum vis ipſis non deſit. Quamvis enim fœmi-
l fœtûs nutritionem in utero, ſanguinem afferant; malè exin-
ncludunt adverſarii; nihil ipſas ad generationem quoque ejuſ-
conferre poſſe. Nulla enim in his contradictio, aut dubium
, quin in fœmina ſimul ſtare poſſint; quanquam, quæ Effi-
s rationem habent particulæ, eædem materialis cauſæ vicem
uſtinere, ultrò largiendum ſit.

 Neque

Neque ullius roboris argumentum eſt illud, quòd eodem tempore quo mas pubeſcit, ſemenque poſſidet, prolificum, in fœminis etiam menſtrua ſolvantur, tanquam virili ſemini reſpondentia, adeòque hæc fæminea menſtrua tanquam materia, cum maſculino ſemine tanquam formali cauſa ad generationem ſufficiant, neque fæmininum ſemen adſit aut requiratur; cùm menſtruus iſte in juvenculis ſolutus ſanguis, ſignum ſaltem quoddam ſit fœcunditatis, quo innoteſcit nobis, viro maturam eſſe virginem, non quòd præter hoc materiale, nullum in fæmina & formale generationis principium, ſ. ſeminalis Idea reperiatur. Hæc enim ſeminalis ſui ſexus Idea, quamvis revera ante menſium quoque fluxum fæminis reverà inſit, (uti ſtatim patebit) ad ſui tamen pro fœtu generando explicationem, hactenus planè inepta eſt, niſi à maſculini ſeminis ejuſque Ideæ motore (de quo poſtea) moveatur ſ. fœcundetur; & præter hoc menſtruus ſanguis verſus uterum rapi obſervetur.

Cum enim ad fœtus productionem non ſufficiat Ideam ejusdem ſeminalem utero concepiſſe, niſi nutrimentum quoque adfuerit, quod trinam ipſi dimenſionem *Longitudinem*, *Latitudinem* largiatur & *Profunditatem*, quam ex ſe Idea non habet. *Soluti in juvenculis menſes maturitatis indices ſunt, eâ ratione, quòd ſignificent præter Ideam fæminei ſexûs, nutrimentum quoque fœtus adeſſe, adeòque maſculino ſemine accedente fœcundo, perfectè fœtum nutriri poſſe.*

Sed relictis his diſputatiunculis oſtendamus; *fæminas præter nutrimentum, ceû materiam fœtus reverà virtutem quandam plaſticam & activam, ad generationem conferre, haud ſecus ac mares.* Plurimæ quamvis partes ſint fæminini corporis, quarum ſitus, nexus, & conformatio à maſculini corporis partibus nihil ferè omninò differat, multæ tamen nihilominus ſunt, quarum cum maſculini corporis membris, nulla ferè convenientia. Organa enim generationi dicata fæminini ſexûs, haud parum à virilis ſexus organis, differunt, docente illorum anatome. An verò credi poterit, harum à virilibus differentium partium Ideas, in maſculino ſemine præexiſtere potuiſſe?

Quo-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Quale narrat exemplum M. M. c. 8 propè oppidum *Bitterfeld* ac diſſe. Repertum ibi fuiſſe Vitulum in agro *ait*, oculis, auribus, & na bus humanis inſtructum, rictu & pectore vitulino, cruribus anteri ribus vitulinis, poſterioribus humanis. Idem eodem capite ex *Eraſ Roderodamo* refert, *Mulierem quandoque in* locis deſertis, à ſociis abeu tibus derelictam, lamentis ac ejulatibus omnia complevisſe quib latebris ſuis excitatum inuſitatæ magnitudinis Simium, ad muliere acceſſiſſe, illamque non reluctantem, quod vitæ potiorem quàm p dicitiæ curam haberet compreſſiſſe; mulieremque ſobolem enixa patri quamvis magis ſimilem (unde tamen conſtat; quandam etia matris ſimilitudinem, minorem quamvis, in fœtu obſervatam) Ide ex *Plutarchi ſympoſio ſapientum* refert, in ædes *Periandri* illatum i fantem, ex homine & Equa natum, cujus Caput, collum & man hominis eſſent, cætera equi, ejulatus infantis. Cui Similis eſt il quam de adoleſcente narrat Caprario ex *Æliano*, qui cum elegantic capræ ſe commiſcuiſſet, monſtrum inde editum caprina habens cru & faciem humanam.

E quibus omnibus haud obſcurè patet, *& fœminino ſexui, ſen nales ineſſe Ideas*, Si enim ſolis hæ ineſſent maribus, quomodo humano ſemine, in Equæ, Capræ vel vaccæ uterum delapſo, fœt prodire poſſet, & humanis & caprinis equinisve membris inſtruct aut dicendum foret, humanum ſemen ad diverſas ſpecies produce das, indifferens eſſe; aut in ſolius caloris uterini capræ vel eq poteſtate eſſe, membris figuram dare: quod utrumque, qu contra omnem rationem eſt ac experientiam, tam erit veriſſimu fœminas non ſecus ac mares activè ad fœtus formationem c currere.

*Quæ cum ita ſint, ſolùm virile ſemen, ad utriusque ſexus p pagationem non ſufficit, ſed fœmininum quoque requiritur.* In maſ lino quidem ſemine, omnium organorum, quæ ad perfectum ho nem requiruntur, *Ideæ continentur*, ſed nonniſi proprii ſexus, in antecedentibus jam monitum, quemadmodum pariter in fœ nino ſemine cunctorum perfecti hominis organorum Ideæ in duntur, ſed fœminini ſexûs

Har

Harum verò ſeminalium Idearum propria loca, ſi in utroque ſexu inquirantur, utrobique eundem videntur tenere locum proprium, teſticulos nempe, quamvis externa capſula ſ. folliculo, quo ſe nobis videndas præbent, non parùm diſcrepent. Virile equidem ſemen liquidum eſt ſ. fluidum, teſtantibus iis, qui pollutionibus tentantur nocturnis. *Quæ forma ipſi conceſſa videtur, ut ad locum generationis remotiorem, ſe uterum tantò faciliùs penetrare poſſit*; quod in fœmininis neceſſarium non erat; utpote quæ intra ſe generant adeoque quod ad fœtus generationem conferunt ſemen, in alium extra ſe locum ejaculandum non ſit. Non deſunt, tamen, è viri etiam doctis, qui & fœmininum ſemen, liquidi inſtar ac feroſioris humoris fluidi eſſe hactenus arbitrati ſunt.

Perſuaſum hoc ipſis eſt; ab humore illo, in fœminarum teſticulis reperto, quem coëuntes mulieres, in uterum non ſine inſigni voluptate deſcendere fatentur, atque hunc pro vero ſemine habuerunt, cùm virili in utero conjungendo. Quam ſententiam ſecutus quoque eſt Celeb. *Veslingius*, fœmininum ſemen aquoſo lacti conferens; & *Riolanus* idem ſero lactis paulò craſſiori comparandum eſſe docens. Alii inter quos *Guintherius*, cùm inter diſſecandum humorem huncce, copioſiùs prorumpere ac fundi conſpicerent, ut copiâ ſuâ ſectionem impediret, verum ſemen fœmininum ſe obſervaſſe rati ſunt. *Aſt verò, quod tantorum virorum pace dixerim, fœminini ſeminis longè alia ratio eſt.* Humor namque dictus ſeroſus, non circa teſticulos ſaltem fœmineos reperitur, ſed in ipſa quoque Vagina uteri; cujus glanduloſæ partes, perpetuo liquore madent, tùm congreſſus tempore præcipuè; ut quandoque uxoratos audierim, liquorem hunc copioſiùs prorumpentem, pro fœminino ſemine, à ſe in coitu percepto, habuiſſe. *Tantum verò hunc à veri ſeminis natura abeſſe exiſtimo, ut ſaltem pro lympha quadam, membranoſas uteri partes humectante, habendus ſit, eaſdemque ad extenſionem aptas reddente*; quod propter varias rationes, tùm verò præcipuè faciliorem fœtûs in lucem editionem, neceſſarium erat.

Neque alium uſum eſſe putem illius liquoris, in ipſis teſticulis reperti, quàm ut *ova humana, teſticulis, tanquam capſulis* (de quibus

ſtatim

ſtatim) *contenta, integrique fœminini corporis organici Ideam continentia*, perpetuò humectet, illorumque vigorem conſervet, ne continuo internarum partium ac præcipuè uteri calore tandem arefacta, ad generationem inidonea reddantur, quin loco moveri nequeant. Quem uſum ipſa oſtendit. Natura nil fruſtra agens, dum ſatis copioſa vaſa lymphatica, per uterum, Teſtes & Tubas uterinas errantia fecit.

Quare fæminini ſeminis ſi veram aliquam deſideramus cognitionem, alia via incedendum erit. Recentiorum namque Anatomicorum induſtria, ac inter illos Cl. *Regneri* de *Graaff* in fæminini corporis organorum penetralibus perſcrutandis ſedulitas, docuit nos, *muliebres teſticulos, nil niſi Ovaria eſſe, maximam ovorum copiam complectentia*, ad ſingulos fœtus formandos deſtinatorum, *adeò ut vivipara non minus ab ovo originem ducere, quàm ovipara dicenda ſint. Teſticulorum horum muliebrium ſeu ovorum*, qui plenam anatomen deſiderat, legat anatomicos recentiores:- neque enim hujus loci eſt hæc recenſere, quæ toties ab aliis dicta ſint.

*Hoc ſaltem hic notabimus unicum, non reperiri in fœminis ſemen aliud, quàm quòd in veſiculis illarum ſeu ovis continetur Teſticulorum.* Hæ enim liquorem quendam continent limpidum, & ſperma, quod theca quædam eſt, ac proprius veri ſeminis locus. *Hic limpidus liquor, Ideam in ſe continet, organorum fœminini corporis omnium, integram.* Quod profectò vix fidem mereri videretur, poſſe tam anguſtis ſpatiolis, tot partium integras ſignaturas contineri, niſi ſatis conſtaret; verum & genuinum ſemen, minimam ſaltem particulam eſſe ſui corporis ac omni ferè corporea mole carere.

Quibus probè conſideratis, facilè erit explicatu, quid quantumque, uterque ſexus ad fœtus generationem conferat, & quomodo utriusque ſeminis conjunctio ſ. fœtus conceptio fiat. *Fœmina nempe verùm & genuinum largitur ſemen ovo contentum. Mas autem ſemen confert nullis externis tunicis munitum, ſed fluidum terminisque ſolutum, inſtar lactis candidum.*

Conjun-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Epilepticis motibus obnoxios & proles iiſdem laborantes generare; Arthriticos, Calculoſos Phthiſicos, hæreditate quadam in poſteros, ſuum morbum transferre. *Et quod majori admiratione dignum eſt, ipſæ externæ parentum maculæ, certis partibus corporis inhærentes, in eandem fœtus partem propagantur, veluti Olera, Piſa, Lentes, à quibus* integræ familiæ Cicerones, Piſones, Lentuli, nomina ſua mutuatæ ſunt, quod fieri nunquam poſſet, niſi partis ejus cui macula affixa, Idea ſimul in fœtum derivaretur.

*Inopinato fœdioris rei adſpectu perterrita prægnans, ſi quod ſui corporis membrum percuſſerit, maculam inde quandam in fœtum transfert; & quidem non promiſcuè in quamvis partem, ſed illam quæ percuſſæ matris parti exactè reſpondet. Ita ſi tetigerit,* luculentiori & inopinatâ flamma perterrita mater, partem quandam faciei, fœtum dabit, cujus facies rubra quadam macula imbuta ſit. *Eandem* ſi fortè mus terruerit, fœtus in lucem prodibit, notam poſſidens, muris cuticulam exactè referentem, pilis quoque veſtitam, eâ quam mater imprudenter etiam tetigerit parte. In quibus ſimilibusque quamvis fortiſſimæ matris Idearum impreſſioni ſ. imaginationi multum tribuendum ſit (cujus ratio deinde afferetur) quod tamen certa quædam fœtus pars, hæc & non alia afficiatur, non aliunde repetendum videtur, quàm quòd Ideæ membrorum fœtûs, particulæ ſint, Idearum partium matris, unde fit, ut quæ prægnanti exteriùs contingunt, eadem & fœtus ſentiat.

Cùm enim ſemen humanum omnium partium ſignaturas continens, in homine generetur, neque verò Idea v. g. brachii; Cordi, vel alii membro formando, apta ſit, ſequetur; non eſſe proinde, è qua humani corporis parte ſemen cujuslibet partis generetur; ſed neceſſe erit, ut ſeminis particula, è qua brachium v. g. in fœtu formatur, ſit particula Ideæ & ſeminis habitantis in brachio parentis, & Idea cordis in fœtu, particula ſit Ideæ cordis parentis & ſic deinceps.

*Exiſtimem verò, has ſingularum partium particulares Ideas, per univerſum corpus perreptanti ſanguini imprimi, atque hujus auxilio, tanquam vehiculo quodam ad generationum organa teſticulos deferri.*

Cui

Cui fidem facit, quòd in humano ſanguine, reverâ ejuſmodi Ideas exiſtere aliquoties deprehenſum ſit, ab iis præcipuè, qui eundem recentem & calentem ſpiritibusque adhuc turgidum, cucurbitâ exceperant, ad ſpiritum aliudve medicaminis genus inde parandum. Obſervarunt namque in eo varias humani corporis ineſſe Ideas, ac tandem quoque phantaſma quoddam humanum, mugitum quendam edens non ſine terrore adſtantium, *quale Exemplum in Borelli Obſerv. legi poterit, aliorumque. Neque verò fieri hoc unquam potuiſſet, niſi hæ Ideæ revera in ſanguine exſtitiſſent; niſi quis præſtigiis Dæmonum hæc accepta referre malit.* Quod quotidiè ab ignara naturalium plebecula, fieri videmus, ut quorum rationes ac cauſas non ſtatim aſſequuntur, hæc Diabolo tribuant; cum tamen reverà naturales Cauſæ adſint. Injurii certè in univerſi Creatorem, cujus opera quæ nobis in ſui cognitionem inveſtiganda dedit, turpi quâdam deſidiâ, aut negligunt omninò, aut ſuperficies ſaltem externas, nulla interiorum penetralium ratione habitâ, contemplantur.

*Eaſdem in ſanguine exiſtentes Ideas demonſtrant & alia.* Memoriâ namque digna eſt hiſtoria, quam refert *Beckerus in Microc.* ex *VVeinrichio, de puella quadam Vratislavienſi*; quæ mollior & Junior, cum à carnifice latronem publicè capite truncari ſpectaret, rei fœditate territa, in Epilepſiam incidit; cui tollendæ cùm plurima hinc inde comportata remedia non eſſent, *quiſpiam ex vulgo autor erat*, ut felinum ſanguinem biberet: bibit miſera; aſt in feliciſſimo eventu: felis enim naturam ac mores, ſimul cum ſanguine hauſiſſe viſa eſt, ut paroxyſmo ingruente, voce, ſaltu, geſtu feles imitaretur, mures in ſilentio venaretur, anguſtiſſimisque foraminibus murium adſtaret. *Quod quidem ſolis Ideis felini ſanguinis tribuendum erit.* Quamvis enim in hac puella, mores ſaltem felini obſervati ſint, nullâ cæteroquin partium mutatione factâ (unde quis colligere poſſet, non ab Ideis & ſignaturis corpus formantibus, hujus rei cauſam repetendam eſſe, ſed anima potius quadam in felino ſanguine latente) conſtat tamen, omnium, quæ ab animalibus ratione carentibus fiunt, rationes, ab organorum varia formatione & diſpoſitione fluere: *ita ut ſi feles eadem cum canibus reſpirationis ac oris organa*

*haberent, latratura eſſent canum inſtar, aliasque canum actiones imitatura.* Quorum organorum, cum formatrices cauſas Ideas eſſe demonſtraverimus, rectè me facere confido, ſi operationum, organorum beneficio peractarum cauſam, in ipſas Ideas referam tanquam priorem ſeu mediatam cauſam. Præſertim, cùm & tale & quid obſervemus in hominibus, quorum mores & ingenia mirum in modum à ſe invicem diſcrepant, ut alii planè ſtupidi ſint, alii contrà ingenio valeant. Non quod hujus aut illius anima rationalis perfectior ſit aut ſapientior cæterorum animabus (minimè gentium) ſed propter ſolam organorum perfectionem aut vitium. *Si enim ſeni ejuſdem eſſent perfectionis Viſûs* v. g. *& auditûs organa, non minùs accuratè videret & audiret ac juvenis*: quod quidem adeò verum eſt, ut & ipſos hominis mores ac ingenium è vultu quis legere poſſit.

Quæ cum ita ſint reverà, & organorum Ideæ in ipſo ſanguine obſerventur, probabilis ratio reddi poterit, quare *Fauſtina M. Antonii* Philoſophi uxor, filium enixa ſit in omnem ferociam ac crudelitatem proclivem. Cum enim gladiatoris cujuſdam hominis crudelis quem deperibat, ſanguine calido hauſto, ſtatim cum marito concubuiſſet, *Commodum* peperit, crudelis ac gladiatorii animi hominem, qui gladiatoriis cruentisque pugnis Romanam Rempublicam ferè attrivit. Neque alia erat *ratio Caligulæ Imperatoris*, ſcelerum crudelitatisque immanitate nulli ſecundi, cujus morum nil à patre, nil à matre profectum erat, ſed à ſola quæ ipſum lactaverat, Nutrice. Hæc enim præterquam quòd ipſa crudelis eſſet & barbara, ſæpiſſimè oras mammillarum ſanguine tingebat, infantemque exſugere permittebat, quo ipſo tantam in illo ſanguinis ſitim excitaverat, ut ætate provectior, ne infinitâ quidem multorum hominum cæde expleri poſſet, quin de ſicca etiam & gladio, ſanguinem lamberet, ſæpiusque optaret, ut unum toti orbi Caput eſſet, ut ſic unico ictu truncari poſſet.

*Quare non omni periculo carere videtur Chirurgia illa Transfuſoria dicta* (quod obiter hîc ſaltem adverti poteſt) *quòd metuendum ſit, ne præter occultorum, morborum ſemina, peſſimorum ſimul morum veſtigia*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*n eſt, exſectis teſtibus Eunuchos tamen prolifico ſe-*
*minas impragnaſſe, forte in veſiculis ſeminalibus*
*xſectionem generato.*

ut diximus, in utroque ſemine integra hominis
are neutrum ſibi ſoli ad generationem ſufficit;
ctio requiritur. Quod quidem ova illa fœmi-
n continentia, attinet; *accidit nonnunquam, ut*
*nis ad uterum delabantur, citra congreſſum cum*
uandoque etiam contingit, quibus menſtrua
nantur ova. Hæc tamen quamvis ad uterum
tionis proprium, intumeſcunt quidem & exten-
, Chorion & Amnios cæteroquin dictæ; fœtus
*tum in Gallinis ova fiunt ſubventanea; in fœminis*
quare fœtus horum ovorum non perficiantur,
: Ideis deſit Motor explicans, & nutrimentum
onens, tantæ virtutis & actionis, quanta ad hoc
. Ideæ enim quamvis partibus figuram dime-
amen evolvere non poſſunt, niſi externo quo-
itur, *Calido* cæteroquin *Innato* dicto, cujus quæ
im naturalium generationibus actio, in ſubſe-
pluribus dicetur.

ni ſeminis innatum Calidum, per ſe debilius eſt,
olvendis ſufficiat. Ideas cæteroquin humani cor-
um certe pro fœmineo ſemine demonſtrando ar-
grique fœtûs rudimenta, in carnoſis Molis haud
Anatomicorum docent teſtimonia, tum præ-
NGII, qui infantem molâ circumdatum obſer-

tor, Cervum circa finem Septembr. in Venerem ruentem, adeò robuſtum reddit, & audacem ferè, ut aliàs timidior, non canes ſaltem, ſed & homines adoriatur. Ejusdem, unico ſaltem coitu, facta jactura, generoſiſſimum etiam Caballum adeò debilitat, ut largiori quoque cibo, vix amiſſas vires recipiat.

Ejus diſpendio Eunuchi maſculam vocem & naturam exuunt, & fœmininam induunt. *Hic inquam ſpiritus eſt, hoc Calidum, hic motor & explicator inertium alioquin & mortuarum Idearum.* Qui niſi ovum fœmininum fœcundarit, molæ potiùs & ova ſubventanea, quàm animalia naſcentur. Hujus ergò fœcundatoris, Calidi, in muliebri ſexu penuriâ fit, ut ova fæminina absque maſculino ſemine nunquam perfectum fœtum edere poſſint.

Cùm verò *maſculinum ſemen* tantâ Calidi hujus innati copiâ turgeat, ac præter id ipſum, *integri hominis Ideam maſculinam revera complectatur*, qui fit quòd mares non poſſint intra ſe generare, ſed ejaculatio ſeminis requiratur in uterum? aut quare nunquam, vel minimum formati fætûs veſtigium, in vaſis ſeminalibus maſculinis inventum ſit, prout quandoque in Tubis Fallopianis extra uterum obſervatum? Cujus ratio præter loci anguſtias, explicandis ad juſtos ſibi terminos Ideis, nimis arctas, hæc potiſſima eſt; *quòd ideæ ſeminis Maſculini confuſæ ſint, neque eum intra ſe ordinem obſervent, quem Ideæ fæminini ſeminis*: Idque ob liquiditatem & fluiditatem, quâ nullum certum ordinem ſervare poſſunt; ſed hinc inde inter ſe fluctuant. Quod metuendum in *fæminino ſemine* non eſt. Hoc ſi quidem, *quamvis & ipſum humidum ſit, veſiculâ tamen ſeu teſtis ovorum ita munitum eſt*; ut quem in illo ſeminales Ideæ, naturalem ſitum nactæ ſunt; hunc retinere poſſint. Quare hæ Ideæ fæminini ſeminis, ovo ſuo incluſæ, ſe habent regulæ inſtar ad Ideas ſeminis maſculini, cujus beneficio, quæ confuſæ ibi omninò erant ideæ, in ordinem rediguntur, ut Ideæ capitis, diverſum ſortiantur locum, ab illo, ubi crurum Ideæ poni debebant.

*Quæ quod ita ſint, & monſtra docent, nefandâ certè & Diabolica Venere è maſculini ſeminis humani & fæminini bruti cujusdam conjunctione,*

*ctione, nata.* Quorum membra, etſi propter diverſæ ſpeciei Ideas commixtas, utriusque animalis corporis, mixtas ſignaturas poſſideant; ita tamen conjuncta ſunt, ut quæ in maſculino humano ſemine caput formare vel brachium debebant Ideæ, ad easdem in fœminino ſemine Caput vel brachium forturas applicitæ ſint. Ita monſtrum illud *Bitterfeldianum*, cujus in antecedentibus mentio facta eſt, oculos, aures & nares habebat hominis; rictus verò & pectus erant Vituli, anteriores pedes humani; poſteriores Vituli. Nec facilè quis unquam viderit monſtrum, ſpecierum mixtione productum, cujus Ideæ Capitis fuerint conjunctæ cum ideis pedum alterius ſpeciei & contra. *Maſculinum itaque ſemen cùm ad ſeminis fœminini ideas tanquam normam applicetur, & hoc ipſo in ordinem redigatur, facilè patet; quare ſolùm ad fœtus productionem inutile ſit*: ſpiritus verò ille motor ſ. Calidum innatum ſeminis, explicare quidem poteſt Ideas ordinatas; confuſas verò in ordinem redigere potis non eſt.

Atque hîc non ſatis poſſum mirari *Paracelſi* & audaciam & impietatem, *quod ſpermata maris & fœminæ, phiolæ indita, fimoque impoſita, homunculum productura doceat*, menſtruo ſanguine usque dum perfectus ſit, nutriendum. Auſim namque hoc dicere; *Paracelſum* talem homunculum naturaliter productum, nunquam nec feciſſe nec vidiſſe; quòd verum ignoraverit ſemen fæmininum, liquorem illum feroſum (cujus jam facta mentio) falſò cum ſui temporis Philoſophis, pro ſemine habens, *adeoque verum Fœmininum ſemen cum Maſculino, nunquam conjungere potuerit.*

Et ponamus, conjunxiſſe illum vera & genuina ſemina, Motorem tamen ſpiritum ſ. *calidi innati* particulas, Ideas ſeminales explicantes, ita incarcerare non potuit, quin ſubjectum ſuum deſererent, adeoque ſemina omnino infæcunda redderentur. Quid verò hujus fœtus, menſtruo ſanguine, nutritione ineptius? An verò extravaſatus, adeoque ad putredinem proclivis ſanguis, nutriendo & non potius exſtinguendo fœtui aptus erit? Anne exſiccabitur ſanguis colore fimi equini? *Sed fabulæ ſunt & quidem impiæ & abſurdæ*, præſertim cùm hoſce homunculos omnia ſcire docet, quæ alii homines ignorant.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

niente. *Quare quotidiè videmus*; *has, im-*
*āle refertum ſanguinem habent, concipere qui-*
*fœtum, manifeſtâ potentiorique alimenti acidi-*
iemadmodum *qui hecticâ febri laborant*, non
cunt, quòd ſingularum partium *calidum in-*
umentum, *à manifeſta quadam ſanguinis aci-*

*videtur, quare* Jud. XIII, 3. 4. uxorem *Manuah*,
atrem, alioquin ſterilem, ſeqq. verbis à vini
ngelus Domini. *Sterilis es & absque liberis*;
*m: Cavè ergò ne bibas vinum nec immundum*
namque aciditas (in antecedentibus ſatis
tate ſua alimentum fœtus corrumpit, ut aci-
xplicans nutriensvè Calidum, omninò ſuffo-
ccidat. *Probatur hoc iis medicamentis*, *quæ*
*tr. perlar. Corall. rubr.* Quæ abortus cauſæ,
ductuum obſtipatione, aliisque cauſis pro-
licari poſſent, niſi prolixum nimis futurum

n de nutritione hominis, extra uterum jam
dum eſt; *quod nulla ibi opus ſit facultate ſpe-*
*ice aut Expultrice alimentorum, ſed totum nu-*
*ato partibus Calido dependeat.* Idem Cali-
dum

dum eſt; quod coquit in muſculis brachii quàm quod in pedibus: nec differt calidum Hepatis à calido Lienis, &c. Coctio verò & alimentorum appoſitio fit; ratione coagulantis, Calidi innati, aciditatis (cujus rei veritas è ſubſecuturis Sole clariùs patebit) quæ, alimentum indifferens cæteroquin, ad varias ac diverſas partes nutriendas, mutat in ſubſtãtiam certè partis, pro Idearum diverſitate. Quare rectè dicebat HIPPOCRATES, *quemlibet muſculum ſuum habere ventriculum.* Quemadmodum enim, in ventriculo cunctorum animalium, v.g. hominis *Calidum* quoddam reperitur *ſ. Acidum manifeſtum fermentum*; quò ritè conſtituto, appetitus naturaliter viget; deſtructô ſeu debilitatô appetitus petit, quod vulgus tum ventriculi frigiditati (Not. propter Acidi fermenti defectum) tribuit: Quod item calidum, ſemine jam proprio inſtructum, varia diverſæ naturæ alimenta, carnes varias, piſces, (& in canibus ipſa oſſa) ita coquit, ut in hujus animalis, hominis, non alius ſubſtantiam convertantur: Ita quilibet Muſculus, ſuo quoque ventriculo fermentum continet, quô ſanguini ad certum quidem animal nutriendum jam determinato; ad diverſas tamen animalis partes hactenus indifferenti, ſpecificum ſigillum ac Idea partis imprimitur, ut non poſſit aliam niſi hanc nutrire partem.

Sanguis igitur ad os advectus, oſſeam duritiem ac figuram capit à calore loci; quemadmodum in Canibus idem Os in ſanguinem redit. Si idem pervenerit ad Hepar, Lienem, &c. utrobique in talem ſubſtantiam convertitur, quæ eſt Idea loci, unius tamen innati calidi beneficio. Atque hæc alimentorum appoſitio ſ. Nutritio provehit gradatim hominem, Ideas extendendo, ut definitam magnitudinem aſſequatur.

Habent enim non animalia tantùm, ſed vegetabilia etiam *certas quantitatis ſuæ*, & *magnitudinis leges*, quas naturaliter non impedita attingunt, neque transgrediuntur. Cujus ratio, etſi difficulter demonſtrari poſſe videatur, probabilis tamen admodum apparet illa Excell. M. *Marci, è virtute ſpeciei ſeu Idearum* quæ eſt petita ratio; ita ut unicuique tanta moles convenire dicatur, quanta virtute con-

tinetur in confuſa ſpecie, ad quam ſenſim evoluta, ubi metam attigit perfectæ evolutionis, ulterius nequeat evolvi. Cùm enim ſpecies evolutione ſua incrementum fœtui det primum, dabit & finem. Et cùm eadem det figuram, dabit & certam magnitudinem (ſine qua non eſt figura) pro ſua qua evolvi poteſt virtute. Deus quoque omnia fecit numero & menſura.

Ab hac tamen determinata menſura & perfectione humani corporis, interdum deficit magnitudo, ſervatâ ſpecie humana, & *Pumiliones*, aut *Pygmæi* dicuntur: aut illam transgreditur & excedit, & *Gigantes* ſalutantur.

*Pygmæos* quidem reverà exiſtere, recentiorum æquè ac Veterum relationes docent, *Cauſa* verò juſtâ *minoris magnitudinis* nulla eſt alia, quàm *ſpeciei evolutio impedita*, ut debitam menſuram aſſequi non valeat. Quod quidem duplici ratione contingere poſſe, autumat magni ingenii *Marcus Marci*, vel ratione *nutrimenti*, vel ratione *ſpeciei*. *Ratione nutrimenti*, cùm impurum eſt, & v.g. manifeſtâ quadam peregrina & hoſtili aciditate depravatum. Tum enim ab hoc innatum, illud cunctarum partium *Calidum*, *Acidumque*, quod Ideam hominis, ſpeciemque univerſalem, ad juſtam menſuram explicare debebat & evolvere, ab actione impeditur & feriari cogitur. Quemadmodum enim in utero materno, primis fœtûs apparentibus, ſignaturis, nutrimento vitiô, evolutionis Organum *innatum Calidum* omninò ita ſuffocari poteſt & ſupprimi, ut tota hominis Idea ſimul deleatur, *& abortus fiat*; aut ſi certam ſaltem fœtûs partem afficiat, affecta partis Idea deleatur, ut mutilus prodeat fœtus; quidni à ſimili alimenti vitio, in homine jam extra uterum conſtituto, Idearum explicator, ſimulque ipſa Idea ita impediri poſſint, ut progredi ampliùs non liceat.

*Ratione ſpeciei* verò incrementum impediri poteſt, *quando Idea imaginationi impreſſa*, miſcetur cùm virtute fœtûs formativa, cumque ea ita coaleſcat, ut determinet illam, non ratione figuræ ſaltem, ſed molis etiam ita ut, quæ ad majorem evolutionem apta erat Idea, propter arctam cum Imaginativa colligationem, infra juſtos magni-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

lecta, reſpondens huic fœtus pars, non vero alia afficiatur.

Atque huic imaginativæ Ideæ, ſemini impreſſæ, quantum *virium* tribuendum ſit, quotidie obſervamus. *Huic enim ſoli tribuendum eſt, quòd integras ſæpè nationes ſolo adſpectu à ſe invicem diſcernere valeamus: Italos nempe à Gallis, hos ab Hiſpanis, atque hos ab Hebræis.* Cùm enim ſingularum nationum prægnantes mulieres, quotidie nonniſi propriæ gentis, viros intueantur, horumque ſpeciem fortius hauſtam ſibi imaginentur; fœtus enituntur omninò ſimiles. *Ita Chriſtianos non eſt difficile à Judæis diſcernere.* Quod ſi verò Chriſtiana mulier uterum gerens, toto geſtationis tempore à Chriſtianorum adſpectu arceatur, ut neminem niſi Judæum conſpexerit, affirmare auſim, hâc imaginationis vi, fœtum proditurum, Judæo magis quàm Chriſtiano ſimilem. Quod idem contingeret candidiſſimæ etiam mulieri gravidæ, inter Æthiopes viventi.

Durat verò hæc Imaginativa Idea, uſque dum ſuperveniens alia potentior, illam ſuffocet. Cujus rei non poſſum non notatu dignum afferre exemplum, quod non ita pridem alicubi contigiſſe, ab amico fide digno, mihi communicatum. *Videbat fœmina quædam prægnans* primaria, *Æthiopem* inopinatò accedentem, & exhorreſcebat tàm inexpectatô acceſſu, ut animi ferè deliquium pateretur. Ex adſtantibus unus, quòd inſignem imaginationis vim probè perſpectam haberet, prudenter metuebat, ne fœtus aliquando edendus, nigrâ cute veſtitus prodiret: author itaque erat adſtantibus, ut lavarent fœminam totam, ſi forte impreſſa fœtui Idea, ſuperveniente aliâ deleri poſſet. Lavatur fœmina, ſecuraque redditur, nullum jam, poſt lotionem nigrorem, in fœtu obſervatum iri. Peracto geſtationis tempore, fœtum enixa eſt candidum quidem, aſt nihilominus aliquot in locis, impreſſi ſibi nigroris veſtigia oſtendentem. Obſervabantur enim omnia adhuc loca nigredine imbuta, quo diligens lavantis manus non pertigerat; interſtitia nempe digitorum, manuum æquè ac pedum, Inguinis, ac præter hæc unus in dorſo locus, cæteræ partes omnes, omni nævo liberæ videbantur.

Hujus

Hujus itaque Æthiopis à prægnante fortiter concepta nigroris Idea, fœtui jam revera impreſſa erat; neque illum deſeruiſſet, niſi lotione iſta fœditatem certò ablui, fortiter apud ſe concepiſſet mater, adeòque iſta prior ab hac poſteriori ſuppreſſa fuiſſet; quod nigroris veſtigia docebant.

*Neque hanc imaginativæ Ideæ vim, ignorant mulierculæ prægnantes ipſæ. Hinc à fœdarum rerum adſpectu, meritò oculos non tantùm & animum avertunt*, ne ſpeciem illarum fortiori contemplatione & imaginatione conceptam, fœtui imprimant; *ſed & in ea quæ pulchra ſunt oculorum aciem ſæpiùs dirigunt, ut concepta pulchritudo in fœtum derivetur*: quare intuentur ſæpius aliarum pulchros infantes, conceptamque hanc Ideam tanquam ſigillum quoddam proprio fœtui imprimunt, non fruſtraneò eventu.

Actus verò imaginationis, motionesque appetitus ſenſitivi, & matri & fœtui imprimi, pulcherrimo exemplo ſuo demonſtravit *Patriarcha Jacob*; qui in fraudem ſoceri ſui *Laban, bacillos modò concolores, modò variegatos, ovium conſpectui opponendo, agnos impetrabat ejuſdem cum bacillis coloris.* Quem imitantur hodie illi, qui in magnorum Principum aulis equorum curam habent; qui ut equos adipiſcantur, elegantibus quibuſdam maculis, pilisque exoptati coloris ornatos, depictos, tali ratione equos, coëuntibus equarum oculis opponunt, & quæ hauſta imaginatione ac concepta ab equa idea eſt, fœtui quoque imprimitur, pullusque naſcitur optatis maculis coloribusque imbutus.

Quare cum tanta ſit in fætus formatione Idearum conceptarum vis, quidni majoris cujuſdam Gigantis conceptæ Ideæ, ſeminique impreſſæ, aliquid tribuendum virium, eſſet. Cùm præterea conſtet, *tantam quoque imaginationis vim eſſe; ut non colores tantum varios fœtui imprimere poſſit; ſed monſtroſas quoque ac à ſpecie omninò diſſimiles alienasque figuras ſ. Ideas inducere.* Cujus quamvis aperta ſint apud varios auctores teſtimonia, notatu tamen digna admodum ſunt, *quæ recenſet M.M. de fœmina gravida*, inſigni deſiderio agreſtis pomi affecta: cujus cùm à marito aſſidente, illudque tanquam noxium

fœminam uterum gerere cogitantibus, ad caput [illegible]
dendum, poſteà invitaretur; pudor tamen dolorisque acerbitas, ipſam de menſa ſurgere fecerunt; ſurrexit ergò incœnata; continuas lacrymas fundens, *cubitoque capiti admoto*, (*uti mœſti ſolent*) *nil niſi piſcem illum meditabatur*, in feliciſſimo certè eventu. Peperit namque infantem, cujus caput non prorſus humanum, ſed ex dimidio piſcem referebat: illâ parte, *quæ cubito matre innitente fuerat compreſſa*, ita ut ipſum quoque os in duo ſemiora, inque partes humano ori & quale carpioni eſt, aſſimiles, divideretur: quin & color Cyaneus, & ſquamarum ſimilitudo eidem ineſſent. *Tanta vis eſt conceptarum Idearum, quidni in magnitudine quoque determinanda?* Et hæc de *vi Imaginationis* obiter dicta ſufficiant.

*Progrediamur ad alia, & quidem ad Fœtus pluralitatem explicandam.* Cùm enim ad numeroſam prolem concipiendam, unicus ſæpè maris cum fœmina congreſſus ſufficiat, non immeritò *quæritur, quænam hujus pluralitatis Cauſa ſit?* An in maſculino ſemine, jam diſtinctæ reverà ſint plurium fœtuum Ideæ: *an verò, quod ad unicum fœtum generandum aliàs determinatum videbatur, ita in utero ab extrinſeco quodam dividatur, ut pluribus ſufficere poſſit*: quod quidem poſterius, verò ſimilius videtur. Neque tamen ex ſeptenis in uteri cavitate loculis diſcretis, fœtus pluralitatis ratio petenda eſt, ut totidem fœtus, non plures fæminam concipere poſſe, credendum ſit; cùm tales loculi nullibi reperiantur. Ingenioſiſſ. M. *Marci* plurimum hîc *radiorum Idealium*, propter materiæ inæqualitatem, *refractioni* tribuit; quæ ſenten-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Quare in plurium ovorum fœcundatione, ita res ſe habet; ut ſingulis Ideis fœminini ſeminis, convenientes maſculini ſeminis applicentur, adeoque maſculinum ſemen, alioquin unum, propter ovorum pluralitatem multiplex fiat & numeroſum. *Manifeſtiſſimum hujus rei exemplum videmus in ſemine Galli. Gallus enim ſi ſemel ſaltem gallinam compreſſerit, plura ejus ova fœcunda reddit, adeò ut integrum ſæpè annum fœcunda ova pariat, diverſi ſexûs*: quod fieri non poſſet, niſi galli ſemen in tot divideretur particulas, quot ova, & exinde pulli naſcerentur. Atque hæc breviter de fœtûs pluralitatis cauſis dicta ſufficiant.

Quàm antequam deſeramus doctrinam, *paucis quoque pluralitatem partium, in fœtu præter naturam nonnunquam obſervatam, conſideremus*. Contingit enim quandoque, fœtum eſſe natum bicipitem, quatuorve brachiis, ac totidem pedibus inſtructum. *Cujus cauſam* etſi ſæpè laudatus M. M. itidem radiorum Idealium refractioni tribuat, pace tamen tanti viri, fieri poſſe exiſtimo, ut & alia hujus rei ratio ſubſit. *Quare breviſſimè ſequenti modo hancce rem ſe habere arbitror*: In conceptione fœtûs maſculinum ſemen, confuſum alioquin à fæminino ſemine tanquam regula in ordinem reduci jam ſuperiùs dictum eſt, ita ut Idea Capitis ſeminis maſculini, applicetur Ideæ capitis fæminini ſeminis, brachia brachiis, crura pedesque, cruribus pedibusque. *Quod ſi ergò contigerit, Ideam v. g. capitis, maſculini ſeminis, non ritè appplicari Ideæ capitis fœminini ſeminis, aut in partem aliquam dextram vel ſiniſtram declinare, fit; ut bina capita humeris extantia cernamus*; aut amborum ſeminum Ideis cruralibus, haud juſto ſibi invicem applicatis, quaterna crura prodeant. *Ita* enim quæ conjunctæ particulares Ideæ unicam ſaltem partem formare debuiſſent, nunc diviſæ, ſingulæ explicantur, numerusque partium præter

naturam

augetur ; quale quidem non in homine ſaltem, ſed brutis
bſervatur. *Ita non ita pridem hîc Hamburgi equus oſtende-*
*'o pedibus inſtructus , cujus præter jam dictam, nulla videtur*
*lia.*
: de numero partium fœtus aucto : *quid de imminuto dice-*
que enim rariùs contingit deficere interdum partem, quam
xcedere. Quod itidem hîc loci, ante paucos dies videre
*Adoleſcens nempe erat Gallus, utroque brachio à nativitate deſti-*
*ibus tamen omnia illa obiens munia , quæ manuum miniſterio*
*r fieri ſolent.* Cujus defectus, quæ ſint Cauſæ, paucis ex-
plicare. Magnam quidem imaginationis, conceptarum-
ım vimeſſe,in antecedentibus demonſtratum eſt; quibus iiſ-
ue, in partium defectu non parvam efficaciam tribuendam
mamus; ita ut ſi fæmina uterum gerens viderit, fortiterque
it objectum hominem aliqua parte mutilum, Ideæ conceptæ
tilatæ, in fœtu quoque deleatur: nihilominus tamen præter
iores cauſæ aliæ ſunt, è quibus hæc res commodius expli-

n enim Ideæ fœtus non aliter explicentur, quâm ſi bene-
*li* ejus *innati*, *motoris* ac *coagulatoris*, advectæ alimento-
ulæ, iisdem apponantur, atque trinam dimenſionem lar-
Contingere poteſt, ut alimentum, ad certam partem non
adeoque Idea illius partis, propter alimenti defectum
cetur, ſed emarceſcat. *Vel etiam alimenti vitio, tale*
*re poteſt.* Quemadmodum enim manifeſto acore imbu-
ntum, integram humani corporis formandi Ideam omni-
uere potis eſt, unde abortûs cauſam in antecedentibus
*us.* Ita fieri poteſt, ut particulæ quædam nutrimenti
vel loci ſeu uteri ratione impuræ, acidæ atque ad nu-
ineptæ, tenelli fœtûs certam partem afficiant, Ideam
um plenè efformatam ſuffocent, *ſuppreſſo* ejus *explicatore* ;
*a idea , ſuffocatoque motore , neceſſariò parti moriendum eſt.*
revera eo ut dixi modo , ſe habere poſſint ; tuo L. B. ju-
rbitrio, uti omnia, committo.

Fff ff 2 Quare

Quare ab his tandem ad aliam properemus quæſtionem, & quidem ad *Cauſas differentiæ ſexus* cujus paucis hæc reddi ratio poteſt ac demonſtratio. Ad fœtus generationem, utriusque ſexus ſemina ſ. Ideas concurrere, in antecedentibus demonſtravimus; modum item conjunctionis ac explicationis addidimus; quibus præſuppoſitis concludendum videtur; *ſexûs diverſitatem à prævalentibus Ideis ortum habere*, ita ut, ſi maſculini ſpermatis forma potentior fuerit, fœmininum ſemen ſubjugetur, & fœtus maſculinus inde naſcatur: & *contra Fœminino ſemine, maſculinum ſubjugante, fœmina proles generetur.* Quod ſi verò contigerit, utriusque ſeminis parem eſſe potentiam, fætus formetur ab utroque ſexu participans. *Quemadmodum quotidie hoc videmus, quomodo debilior forma à potentiori ſubjugetur.* Ovilla caro propriam ſuam poſſidet formam, quâ à cæteris carnibus omnibus realiter diſtinguitur; *comeſta tamen à lupo in hujus carnem transmutatur, adeoque propter formam potentiorem ſupervenientem ovilla caro eſſe deſinit.* Pari modo, ſi eadem ovilla caro comedatur ab homine, cujus potentior forma debiliorem ovillæ carnis formam ſubjugabit, inque ſuam humanam naturam eandem trahet; quod ipſum ſupra jam explicatum eſt.

Atque hæc, de Animalium ac præcipuè hominis ſemine ſeu Ideis, harumque in utero explicatione & nutritione dicta ſufficiant. Progrediendum nunc eſſet ad ſemina vegetabilium demonſtranda, niſi unicum adhuc circa animalia reliquum eſſet, quod non facilè, ſicco (ut dicitur) pede, prætereundem cenſeam. *Cum* enim cuncta animalia, eâ lege hanc mundi ſcenam intrent ut eadem aliquando exeant, ſ. morti ſuccumbant, cui cuncta viventium individua obnoxia ſunt, breviſſimè ſaltem lubet conſiderare, *quisnam ſit ſeminalium Idearum in morte ſtatus*, præcipuè cùm viventium generationes ex illarum evolutione jam repetierimus.

Quemadmodum verò ex antecedentibus patet, ſeminales Ideas, per ſe, ſuâq; ſponte nunquam iri explicatum, niſi motor quidem acceſſerit, torpentes illas alioquin, ac omnino ſteriles excitans & fœcun-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*ſe, atque adeo cum vita non deſtructas* eſſe. Solis vero calor, quie-ſcentibus his Ideis ſpiritum motorem infundit, quem per mortem aliôquin amiſerant, ut denuò nutriri poſſint ac vivere. *Eodem modò Ranæ contritæ, & in lutum reſolutæ, hyberno tempore; æſtivo ſole accedente, reviviſcunt.* Quas quidem è ſolo limo, Solis calore, nullo proprio præexiſtente ſemine aut Ideis, factas formatasque non pauci ex eruditis etiam opinantur, ita ut generationem hanc vocent Æquivocam, quod effectus diſſimilis ſpeciei producatur. *Sed pace aliter ſentientium, nunquam è ſolo limo, Solaris caloris beneficio producta rana eſt.* Quæ enim hæc foret in luto potentia ad ranam, & quidem ad hanc potiùs quàm aliud animal producendum? *Sed ſi quandoque contigerit, in luto ſolaribus radiis incubantibus ranam formari, peculiares ac propriæ, in luto latuerunt Ideæ ranarum formatrices, è contritis ac putrefactis, lutoque commiſtis ranis profectæ.* Quibus probè conſideratis, patet, Ranarum mortuarum Ideas ita non eſſe deſtructas, quin Sole motore reviviſcere poſſint. *Ægyptii* & Inſulæ *Madagaſcar* incolæ locuſtis veſci dicuntur, atque è carnibus ipſorum putrefactis denuò locuſtæ naſci: *at verò unde hoc?* anne ultrò largiendum erit, locuſtarum comeſtarum, atque ab Ideis ſeminalibus humanis, in ſubſtantiam humanæ carnis commutatarum Ideas, ne per tot quidem digeſtiones deletas omninò eſſe; ſed ſub jugo ſeminalium Idearum humanarum integras perſtitiſſe. *Cui non abſimile eſt, illud, quod de anatibus refertur. Hæ cum ſerpentibus ſæpius veſcantur, putrefactæ æſtivo tempore in ſerpentes reſolvuntur.* Cujus rei, præter aliorum teſtimonia, teſtem habeo Virum fide dignum oculatum, qui ab illo tempore quo hæc in anatibus fieri obſervavit, ſemper ab illarum carne abhorruit; *adeoque & hoc experimento innoteſcit, Ideas mortuorum animalium non deleri, ſed ſupereſſe adhuc vitâ extinctâ.* *Ardeæ* luciis nutritæ in lucios reſolvuntur;

Carpio-

arpionibus in carpiones: *Anguillæ non aliter ac ſerpentes*, ad *putrigenem etiam coctæ, locoque debito repoſitæ in plures alias anguillas eunt.* Alia *Cancrorum*, aliorumque reſuſcitatorum animantium xempla, paſſim apud autores videri poſſunt.

Quæ cuncta, etſi apertiſſimum teſtimonium præbeant, *Ideas mortuorum cadaveribus revera ſuperſtites eſſe*; maximè tamen hoc otatu dignum erit, in *defunctorum hominum* etiam *cadaveribus*, *Idearum ſuperſtitum* ſigna obſervari. De *ſanguine humano* in antecedenbus notavimus, quòd in ejus deſtillatione variæ interdum humarum partium Ideæ viſæ ac obſervatæ ſint. Sed quid dicemus de s, quæ *Borellus* habet, poſſe nempe in phiolis licitâ Necromantia, atrem, avum, atavum, totamque proſapiam, imò antiquos Romaos, Hebræos & quemcunque volueris, umbratili quadam Reſurctione in lucem revocari, cum propriis figuris, modo eorum cines oſſaque ſervaris? *Quæ certè adeò in Naturæ videntur poteſtate racata eſſe, ut dubio circa hæc nullus locus eſſe poſſit.* Quod ſi enim ſeinales Ideæ animantium brutorum, aliis etiam potentioribus foris ſubjugatæ, ſalvæ perſiſtant, *quidni Ideæ humani corporis, ſolo more Spiritu deſtitutæ, integræ in Cadavere quoque perſiſterent?* Et ut cam prout ſentio, Phantaſmata illa, in Cœmiteriis ſub noctem nſpecta, non ſemper pro *Spectris* Diabolicis, nec etiam Angelom bonorum apparitionibus habenda videntur, cùm naturaliter uandoque contingere poſſit, Ideas corporis mortui, *beneficio cenalis cujuſdam caloris elevari*, quæ non nocturnô ſaltem, ſed diurnô iam tempore ibidem conſpicerentur, ſi per majorem Solis lucem eret, quæ eadem & Sydera cœleſtia de die inconſpicua reddit. *eque tamen & hoc negârim, Diaboli illuſionibus interdum tale quid ntingere, ut hominum credulorum ſuperſtitionem augeat, tandemque ſerè decipiat, & in ſuos caſſes pelliciat.* Fieri namque poteſt, perittente Deo, ut Diabolus corporis cæteroquin oculis, quia Spiri eſt, inviſibilis, demortui corporis ſeminalibus Ideis indutus, certn perſonam, *Samuelem* nempe aliumve referat, cujus ideas inerit.

*Quæ, cùm ita ſint, quis non gaudeat, in nobis demortuis etiam,*

*futuræ,*

*convicti*, *aliter ac ſolent ac ſuum a corpor...*
Cùm enim hi, Scripturæ ſacræ autoritati, parùm aut nihil ferè t
buant (*quod dolendum ſanè!*) ac præterea ipſam reſurrectione
nunquam fieri poſſe arbitrentur: *obmuteſcent profectò, ſi ejus po*
*bilitatem ac probabilitatem, è cauſis naturalibus demonſtrabilem oc*
*ſuis viderint.* Et quidni *poſſibilis* ut *mortuorum reſurrectio*, cùm ide
numero ſemen, aut etiam Ideæ formatrices, quæ nos movente c
lido innato formârant in utero materno, in ipſis etiam de mortu
rum cadaveribus reliquæ ſint, quieſcentes jam, quòd motore Spir
deſtitutæ ſint; quem ſi ab omnipotenti Deo receperint, quidni r
vam vitam acciperent & è mortuis reſurgerent? Ita enim ipſe De
apud Prophetam Ezechiel. c. XXVII. *Vaticinare fili hominis*, *d*
*cens Spiritui*; *Sic ait Dominus Jehova*: *A quatuor ventis*, *adv*
*Spiritus & perflato interfectos iſtos ut vivant.* *Et ingreſſus eſt in i*
*Spiritus*, *& revixerunt*, *ſteteruntque ſuper pedes ſuos*, *copiæ mag*
*quam plurium.*

*Neque tum nova Idearum ſeminalium*, *à parva ſtatura ad ma*
*rem*, *evolutione opus erit*, *prout in utero materno fiebat*; ſed evol
jam integra Idea, *prout mortis tempore erat*, reſuſcitabitur. Atq
adeò idem numero, qui cecidit Petrus, reſurget, & quod *Hiob*
cit, eadem numero cutis & caro hæc oſſa circumdabit; hi oc
videbunt Dominum. *Horum namque oculorum*, *horum oſſium*, *h*
*jus cutis carniſque Ideæ ſeminales*, *in demortuorum cineribus late*
Quare cùm viderimus, demortui hominis corpus Terræ viſcerib
mandari, non aliter exiſtimandum eſt, quàm ſi ſemen quodd
Terræ concredatur, cui omnipotens Deus, motorem Spiritum a
quando afflando, fœcunditatem redditurus ſit: ut quemadmod
granum tritici v. g. proprio motore ſ. Calido innato præditum, S
liſque Calore excitatum, verno tempore germinare incipit; ita
hoc noviſſimo die è Terra denuò reſurgere poſſit.

Atq

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

tegri vegetabilis ſignaturam, continens.

*ıidem Idea totuplex erit, quotuplicia ſunt ipſa vegetabilia.* *alviam* v. g. externâ quoque ſignatura à Rore marino, lliis diſcernere queamus, quod diverſa utrique ſit figu- erminis comprehenſa, *neceſſe quoque eſt: utrique proprias cæterorum vegetabilium omnium Ideis, ſpecificè differen-* deò tot eſſe ſeminalium formatriciumque Idearum ſpe- ınt vegetabilium.

*ificæ, ac integræ vegetabiles Ideæ, illo corpore, quod ſemen vocamus, continentur, tanquam capſulâ quâdam.* Neque m in antecedentibus monitum, & poſtea pluribus di- rum illud corpus pro vero ſemine habendum eſt; *cum ſuum minimam ſaltem, quoad quantitatem, rationem* ligebat verò tali thecâ ſemen, tum ut ab externis non , tùm etiam, ut in illa commodè citra confuſionem re- , prout in antecedentibus circa ova muliebria monui. hanc internam ſeminis ſignaturam corporis ac mentis re liceret, ſolo aſpectu judicare proclive futurum eſſet, e planta, è ſeminalibus iſtis Ideis quandoque evolutis, .

ıtio *vero harum*, quomodo fiat, ſi quis ſcire volet, *præ- neceſſe eſt è ſubſecuturis, cunctis fœcundis ſeminibus con- ırticulam aliquam lucis, ſulphuris vitalis, quod omnium ionum, motûs, nutritionisque ſit principium.* Vegetabile n in terram quando projicitur, aqueo humore maden- ıa Idearum ſeminalium capſula molleſcit, ut majus ſpa- ccupare poſſint; atque tum externus Solis calor, ejuſ- otore ſeminum Spiritu, originis & naturæ, motu ſuo xcitat, mobilem illam ſeminum particulam *lucis* & *ſul-*

*phuris*,

*phuris*, quæ mota, incipit, vi Sulphuris propria, propter aciditatem coagulativa, (de qua in ſubſecuturis) Aquam elementalem coagulare, in ſubſtantiam pro Idearum varietate variam: atque hanc, tanquam nutrimentum Idearum ſpatiolis interponit, *quô ipſo explicantur Ideæ, ut foras demum prodeant, & evolvantur ad certum quantitatis terminum.*

Ut verò uno intuitu quaſi, hanc *vegetabilis* ſeminis *Ideam* obſervare poſſis L. B. conſideres quæſo, è plantarum ſeminibus, artificioſa inſtitutâ vegetatione, quæ ad candelæ calorem inſtitui poſſit, illarum luculentiſſima demonſtratio.

*Plantarum hæc ſeminumve vegetatio, à pleriſque Reſurrectio earundem appellatur*: at pace illorum minùs commode & verè. *Reſurrectionem enim omnem, neceſſe eſt prægreſſam eſſe mortem*: ſequeretur itaque, è mortuis planè h. e. infœcundis ſterilibusque ſeminibus, talem Idearum productionem produci poſſe: *quod tamen naturæ vires ſuperat, ac contra Experientiam eſt.* Niſi enim Spiritus ille vivificans ac movens, fœcundationis etiam origo, reverà ſemina inhabitaret, nunquam profectò talis Idearum ſublimatio fieri poſſet. Sine illo enim omnis motûs expertes ſunt & ſteriles. *Hoc verò vitam largiente Spiritu, præſente ſeminibus, quomodo mortua dici poterunt?* Si verò non hoc, quomodo reſurrexiſſe dicentur? quare nonniſi *vegetatio* quædam *ſeminum* eſt, quâ innatum ſeminum calidum excitatum, externi caloris auxilio, *Ideas ſeminales vegetabiles* movet ac elevat. *Ipſa hujus vegetationis ἐγχείρησις hodie plurimis non ignota, cum publicis expreſſa typis extet. Omnes verò hujus deſcriptiones, ſequentem communem ferè habent rationem cum Cl. Tackio.*

Recipiunt maturum plantæ cujusdam ſemen, idque ſereno cœlo ſub diocollectum, & in mortario vitreo contuſum, Cucurbitæ vitreæ injiciunt, cujus longitudo plantæ longitudini reſpondeat, orificiumque habeat anguſtum, ut ſigillari poſſit. Cucurbitam obturatam ne quidquam evaporet, aſſervant, donec veſperâ ingruente, Cœlum diſpoſitum videant, ad fundendum iſtâ nocte rorem. Quibus obſervatis contuſum ſemen tabulæ vitreæ imponunt, & hac in

radiis exponunt; pluviali verò aëre, in hypocauſtis aſſervant, donec omnia ſigna fuerint completa. Ita tandem admoto vaſi calore effigies ac Idea quædam exſurget plantam exactè referens, cujus ſemen dicto modo diſpoſitum fuerit, eadem verò calore remoto iterum evaneſcet. *Talem, excitandi Ideas vegetabilium modum, tenent ferè omnes ut dixi, paucis ſaltem ab aliquibus mutatis.*

Neque verò potentius ullum excogitari poteſt experimentum, ad efficaciter demonſtrandum; in plantarum ſeminibus, verè ac realiter exiſtere, integram integræ plantæ ſignaturam. *Ratio verò operationis omnis, è natura Roris petenda eſt.* In hoc enim continetur particula quædam, ſpiritûs illius, univerſum hoc vivificantis, quem ventus portat in ventre ſuo, occultum, ſed abſolutè neceſſarium, vitæ cibum. Hic calidum illud ſemini innatum, fœcunditatis principium, excitat ad motum, occultamque fermentationem, quâ Idea ſeminis, ab externa terreaque mole ſ. capſula ſua liberatur, ut ab externi caloris particularum motu, terreis particulis relictis, elevari poſſit.

*Plura ejusmodi experimenta, reperiuntur apud varios, ut illorum magnum cumulum huc afferre, neque gratum neque neceſſarium futurum*

*rum.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*materiam, in ſuam propriam ſubſtantiam*; quod certè ſeminalem
lam vim arguit.

Et, quod Metallicorum ſcriptorum autoritate & experientia
rmatum eſt; *Ferri* mineræ, omni ferè ferro exhauſtæ, cer-
norum intervallis, denuò repletæ reperiuntur. *Neque verò*
*rri regeneratio fieri unquam poſſet; niſi ſeminale quoddam ferri fer-*
*um, in illo loco deliteſceret*. Idem in *ſtanno* obſervatur, nec non

Atque ſi ullum ex mineralibus ſemen eſt, pro cujus poſſeſſione,
eſſi, nocturni diurnique labores ſuſpiciuntur, *Auri certè ſemen*
Ita enim *Augurellus*:

*Semina ſunt auri, quamvis abſtruſa recedant*
*Longius, & multa nobis quærenda labore.*

*auri ſemen* quamvis reverà ac realiter in auro vulgi contineatur;
bile tamen hoc habetur à Philoſophis ad opus Philoſophicum,
l vulgi aurum mortuum ſit & infœcundum. Quamvis enim
m vulgi, tantæ ſit ductilitatis *ſ. ſulphur ejus ſeminale*, adeò ma-
ducentis ſequatur: ut ſi per magna argenti maſſa deauretur, at-
illa poſtmodum diſtrahatur in filum, crinis magnitudinem æmu-
, inauratum, defuturum citiùs ſit filum attenuandi ingenium ar-
, quam auro colorandi vis: ad alia tamen metalla, ſeminali ſuâ
ıprægnanda ineptum eſt, quòd ſulphur ejus ſemel coagulatum,
ûs imposterum potentiam amiſerit & fæcunditatem, adeòque
tuum ſit. Quare ex alio ſubjecto neceſſe eſt, ut ſemen hocce
atur, de quo videantur alii.

Semini huic tribuenda eſt, *vis aurifica* à Philoſophorum turba
perè deſiderata. *Quemadmodum enim tritici ſemen habet fa-*
*tem, aquam vegetabilem ſeu communem convertendi in ſuam ſub-*
*iam*: ita quoque ſemini auri, ineſt facultas, commutandi aquam

quandam adepti: quanquam rationibus nitantur valdè leviculis, quas ſatius fuiſſet tacuiſſe: Philoſophi enim manſiſſent. *Vel enim dicunt Formas rerum eſſe immutabiles, ac unius Dei proprium formas dare rebus, & datas mutare & transformare.* Quo dubio ſemetipſos produnt, quàm omninò ſenſum non capiant Philoſophorum, cui tamen tanto conatu contradicunt. *Quis enim unquam hæc negavit Philoſophus? aut quis dixit, ipſas formas ſubſtantiales eſſe in alias transmutabiles, aut poſſe has ab hominibus produci?* contrarium potiùs illi docent, qui veræ Philoſophiæ præcepta hauſerunt. *Semina certè ipſa in alia ſemina mutari non poſſe, ipſi probè norunt*; eundemque ortum non à creaturis ſed ipſo Creatore proficiſci. Neque tamen illos fugit, ſemina debiliori motore innato Calido inſtructa; ab alio ſemine, potentiori motore prædito ſuperari, & ſub jugum mitti poſſe, quod ipſum variis ſimilibus Naturæ operationibus edocti ſciunt. Neque etiam ignorant; formas à Deo creatas, materiales præcipuè, artis auxilio, non tantum in actum duci poſſe, ſed ſeparabiles quoque ita eſſe, ut ſubjecto ſuo relicto in aliud migrare, illudque debiliori formâ ſuppreſsâ informare poſſint. Quod ipſum ex antecedentibus aliquo modo clarum eſſe poteſt. Certè Pythagoras formarum Metempſychiſin docens, alio ſenſu intelligi non debet. Sed hæc non adeò ſunt hujus loci.

Vel Synodorum objiciunt autoritatem, decernentium; *Infidelem eſſe hunc, & quovis pagano deteriorem, qui credat fieri poſſe, ut aliqua creatura in meliùs aut deterius transformetur, niſi ab ipſo Creatore, qui omnia fecit*, &c. Aſt verò quomodo transmutatio illa Philoſophica intelligenda ſit, jam dixi, ac prætereà, haud raro contigit; ea damnata eſſe falſitatis à conciliis, quæ ſequentibus annis veriſſima reperta ſunt, veluti expertus eſt is, qui Antipodes dari dixerat.

Vel etiam Diaboli oggerunt inſidias, quibus obnoxii fuerunt ſæpius, qui operi huic Philoſophico operam darent. *Hoc verò negandum quidem non eſt, Diabolum hujus mundi Principem, divitiarumque injuſtarum præſidem, avaris animis, haud intermiſſis inſidiis clandeſtinisque*, extremum exitium minitari, cum adverterit præcipuè non tam ad divini nominis gloriam teſtandam, ſed proprios avaros

oculos

*ſtas divinas ordinata, procul a nobis*

artem nobiliſſimam afferri quæ ſolent, cuncta certè leviſſima ac minimi momenti, neque adeò digna, ut in iis labefactandis horæ malè collocentur. Præterea verò ipſo philoſophorum ſe ſecretum majus eſſet, horum tenebris obvolutum intellectum, ſtam ſemel, citrà rationem etiam ſententiam, tenaciſſimè tene neque ultra ſenſus ſapere cupientem, in melius transmutare u cuſſis tenebris lucem videre queant. Hoc enim ſolius Dei eſt. *Quare & hæc de mineralium quoque ſeminibus dicta ſufficia*

Atque adeò in triplici iſto Naturæ Regno, *Animali vege & Minerali, particulas quasdam reverâ ineſſe demonſtravimus, minales Ideas, ad quarum normam ſ. regulam, cuilibet ſemini impr ea generantur, quæ quotidie generantur.* Hæc verò, quamvis plus juſto mea mihi placet cauſa) adeò evidentia ſint, ut de illi nemo dubitare poſſit, *plurimos tamen quotidiè videas ea ſalte veris habere, quæ externis ſenſibus, proh! quàm fallacibus ſæpè m percipiuntur*; illa verò quæ mentis oculis intueri debebant, fe gligant contra *Scaligeri* monitum; ea *quæ longius ab externis ſe recedunt, diviniora eſſe* docentis, qui adeoque his, parvam fide bebunt. Quos tamen denuò monitos velim: Si fortè molis dam quantitatem, verò ſemini hactenus tribuerunt, hanc ſuam tent ſententiam, firmiterque teneant; molis quantitatem in ſe

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

virtutem, adeò parva veſpæ proboſcide capi, atque in tantillum foramen, quale ab ejuſmodi ictu eſſe ſolet, implantari. Quare hæc firma ſtabit theſis, quâ hanc tandem circa ſemina præter ſpem prolixiorem doctrinam claudemus: *Semina triplici Naturæ regno reverà ineſſe; propter molis tamen exiguitatem inviſibilia eſſe, oculis vulgi nempè, non ſapientum.* Quod ne quem terreat, audiat quæſo Illuſt. *Baconem*, nov. org. §. 50. ita dicentem; *Longe maximum impedimentum, & aberratio intellectus humani, provenit à ſtupore & incompetentia & fallaciis ſenſuum; ut ea quæ ſenſum feriant, illis quæ ſenſum immediatè non feriunt, licet potioribus præponderent. Itaque contemplatio ferè deſinit, cum adſpectu, adeò ut rerum inviſibilium exigua aut nulla ſit obſervatio. Itaque omnis operatio ſpirituum in corporibus tangibilibus incluſorum, latet & homines fugit.*

Explicatâ igitur ſeminum natura duo adhuc nobis facienda ſunt & demonſtranda. *Primò enim oſtendendæ erunt particulæ iſtæ, quarum appoſitione Ideæ nutriantur, ac molis quandam quantitatem nanciſcantur, itemque viſibiles fiant.* Per ſe enim hæcce omnia ipſis ſeminalibus Ideis non inſunt, ſed alimenti demum auxilio eidem accedunt. *Demonſtrabimus verò; unum ac Catholicum cunctorum vegetabilium, animalium, mineralium eſſe nutrimentum, AQUAM nempe Elementalem, in quam etiam ſingula corpora ultimatò reducibilia eſſe, oſtendemus.*

Deinde verò, cum Aqua Elementalis, ſemetipſam in tot formas transmutare non poſſit; neque etiam ipſæ ſeminales Ideæ, ſuoptè auxilio præſtare hæc poſſint, cùm eædem ipſæ, omnis motûs actionisque expertes ſint, *ac motorem quendam deſiderent* (ſine quo ſteriles omninò eſſent) *fœcundantem illas ac evolventem: explicabimus motorem huncce, coagulantem Aquam in corpora, pro Idearum varietate ſpecificè differentia, qualisque naturæ ſit, clarè oſtendemus.* Cujus veritatem invictis trademus rationibus ac Experimentis, demonſtrando; quòd, quemadmodum hujus coagulatoris beneficio, *cuncta corpora materialiter, ex aqua nativitatem ſuam habent:* ita eodem coagulatore ſeparato, à corporibus, eadem cuncta denuò in aquam relabantur. Quibus, ut ſpero, feliciter peractis, noſtris

circa

circa naturalium rerum Principia meditationibus, finem imponemus.

Quod igitur primum attinet membrum, demonſtremus primò locô, *vegetabilia materialiter nihil niſi aquam eſſe, & aquâ enutriri.* Ad vegetabilium quidem conſervandum vigorem, aquam non commodam tantùm ſed neceſſariam quoque eſſe, etiam illi norunt, qui extra rerum naturalium ſolidam cognitionem conſtituti, agrorum curam habent. *Quemadmodum enim, gratos inter ſolis calores quæ cadit pluvia, cunctas plantas flaccidas alioquin, mirificè reficit ac erigit*; ita contra æſtivo urente ſole, deficiente verò aquâ pluviali, emoriuntur gramina, cunctaque vegetabilia, propter nutrimenti defectum. *Homini ſano, & cujus ventriculi, ſingularumque partium fermenta integra ſunt, ſi per aliquot dies cibus ſubtractus fuerit; tandem moriendum ipſi certò erit, propter fermentum acidum.* Non aliter accidit in plantis in quibus fermentum illud *Calidum, acidum, ſolis filius* (de quo in ſubſecuturis plura dicentur) quamvis integris planè viribus deprehendatur, aquæ tamen velut nutrimenti defectû emarceſcunt. Cui morbo ipſi medicinam afferre ſolemus, quando æſtivo tempore, hortulos noſtros irrigamus aquâ, quô ipſo nutrimus plantas & à marcore præſervamus. Sed afferamus alia hujus rei ac potiora teſtimonia.

Egregia certè mechanica eſt, quam Incompar. habet *Helmontius Compl. & miſtion. Elem. figm.* §. 30. *quâ demonſtrat, omnia vegetabilia immediatè & materialiter è ſolo aquæ elemento prodire.* Cœpit enim vas terreum, in quo poſuit, terræ in clibano arefactæ libras ducentas, quam madefecit aqua pluviâ, illique implantavit truncum ſalicis, ponderantem lib. 5. ac tandem exacto quinquennio, arbor inde prognata eſt pendens 169. libras & circiter uncias tres. Vas autem terreum, ſolâ aquâ pluviâ vel deſtillatâ ſemper ut opus erat maduit. Ac ne quidem computavit pondus Foliorum quaterno autumno deciduorum. Tandem iterum ſiccavit terram vaſis, & repertæ ſunt eædem libræ ducentæ, duabus circiter unciis minus. Libræ ergò 164. *Ligni, corticum, radicum, è ſola aqua* ſurrexerunt. Quod quidem reverâ ita eſſe debuit. Præter aquam enim & ter-

ram, nihil hic fuit, quod materia Salicis eſſe poſſet. Terra verò non eſt mutata in ſalicem, quia eodem planè pondere & quantitate perſtitit. Quare affuſa *aqua* fuit quæ à fermento ſeminis in lignum, corticem, radices, folia, mutata; tantum ſalici incrementum & pondus materialiter dedit.

Cui Helmontiano omninò fere ſimile eſt illud ab *Illuſt.* ac *Incomp. Boyleo* notatum, *Chymiſt. ſcept.* p. 52. Juſſit ipſe, hortulanum ſuum convenientem bonæ terræ quantitatem effodere, & in fornace exſiccare, ponderare, immittere ollæ fictili, quæ ferè æquam cum fundo haberet ſuperficiem, eique ſelectum ſemen, Indicum Peponis genus, quod feſtinanter creſcit, inſerere, nonniſi aqua pluvia ſ. fontanâ quotidie irrigandum. Neque ſine delectatione incrementum plantæ, licet intempeſtivè conſitæ, humani corporis craſſitiem tum æquantis ſe obſervaſſe dicit. Curavit igitur effodiendam ab hortulano plantam ac ponderandam, & peponi cum pediculo & foliis, trium librarum pondus fuiſſe compertum eſt: Excoctæ Terræ uti antea, æqua planè priori quantitas deprehenſa eſt. Hocce experimentum *ſubjungit Vir Illuſt.* æſtivo tempore à ſe reiteratum, atque tum peponum pondus decem librarum cum ſemiſſe repertum eſſe, ramuſculos cum radicibus habuiſſe quatuor libras, duabus unciis ſubtractis, Terram exſiccatam verò, nihil ferè de priori ſuo pondere amiſiſſe. Unde verò quæſo te L. B. tantum peponi pondus? *annon è ſola aqua?* Si verò non; affer velim tertium quoddam præter aquam & terram, cui pondus ejus ac incrementum accepta ferri debeant. *Ex nihilo enim Negativo tale quiddam generari non potuit*: præter aquam verò nihil hîc fuit, quod frequenter additum conſumptum fuiſſet. *Terræ enim quantitas, imminuta non eſt deprehenſa.* Quare *Aqua* ſola, fuit materialis peponis cauſa; *ac pepo materialiter nihil aliud quàm Aqua ab Ideis ejus ſeminalibus in talem ſubſtantiam commutata.*

Quæ cùm ita ſint, facilè patet, quid de cæteris dicendum ſit vegetabilibus. Cuncta nempe hæc, ne unico quidem excepto, *ſolâ aquâ* nutriuntur, & materialiter nil niſi aqua ſunt. *Aqua* verò ſ. pluvia ſ. fontana in terram delapſa, juxta Celeb. *Helmontium*

primò,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ominùs tamen *aqua* in illis, virtute fœcundorum ſeminum, mutatur in Oſſeas particulas, pingues & ſanguineas etiam. Gramina cuncta materialiter nil niſi aquam eſſe, jam demonſtratum. His tamen Solis & potu *aquæ*, enutrita *vacca*, quot habet diſſimilares partes & eſſentialiter diverſas, oſſeas, carneas, membranoſas, pingues, lacteas, ſanguineas? Quas particularum ſpecies & ſeminales Ideas, etſi vacca jam in prima ſui formatione habuerit; nemo tamen dixerit, tantam ſingularum ſpecierum molem, vaccam in principio poſſediſſe: cùm conſtet, nutrimenti beneficio, tantum ipſi incrementum contigiſſe. Jam verò nutrimentum ejus *Gramen* eſt, ut & *aqua*. Gramen verò ipſum mera eſt *aqua* materialiter, quo ipſo ſequitur, nutrimentum vaccæ originaliter & materialiter meram *aquam* eſſe elementalem. *Aqua* ergò pro ſeminalium Idearum in ſingulis ſpecie differentibus partibus Vaccæ exiſtentium diverſitate, abit modò in oſſa, modo in carnem; hancque, pro fermentorum ſeminalium diverſitate variam, modò in lac, ſanguinem &c. *E quibus neceſſario ſequitur, oſſa vaccæ, carnem, lac, ſanguinem materialiter meram aquam eſſe.* Neque hoc, de vacca tantùm, exiſtimandum eſt, ſed cæteris quoque animalibus brutis.

Quanquam enim non omnia bruta animantia, ſolo *gramine* veſcantur & *aquis*, ſed ipſis etiam animalibus, quale eſt Leo, Lupus: Neque canes etiam, uti eſt in proverbio, graminibus delectentur; nec tamen deſinunt *ſola aquâ* nutriri. Oves, quibus inſidiatur Lupus, ſolo gramine ac aquis contentæ ſunt, his nutriuntur, ex his in iis partes ac præcipuè Lac generatur, quod certè quoad materiam *Aqua* eſſe non deſinit; atque adeò cum agni illarum ovillo lacte enutriantur, uſquedum gramina concoquere valeant, non minùs aquâ nutriuntur, quàm cùm majores facti graminibus veſcuntur.

Quare omninò dicendum eſt, & ipſam ovillarum *carnium, oſſium, membranarum, lactis, ſanguinis*, cæterarumque partium omnium ſubſtantiam, materialiter meram *Aquam* eſſe. *Hiſce ergò ſi nutritur Lupus, certè Aquâ nutritur, & ipſe materialiter aqua erit.* Ex iis enim conſtamus quibus nutrimur. Par ratio eſt in Canibus. Oſſa

enim

enim quibus nutriuntur, reverà aqua ſunt, uti jam Vaccarum exemplo ac ovium demonſtratum eſt; quanquam & aliis carnibus aquâ tamen & gramine enutritis veſcantur, unde & canes ipſos materialiter aquam eſſe neceſſarium eſt.

Quæ cum ita ſint, quid de *homine ipſo* dicendum erit? Veſcitur hic, & nutritur cibis è Vegetabilium ordine ac animalium depromptis, & in pluribus locis ſolius aquæ potu ſitim ſedat: Triticum & ſiligo panem ipſi præbent, *cibum profectò ad vitam noſtram ſuſtentandam adeò convenientem, ut ſi ſolus hic ac puræ aquæ elementalis copia, per omnem vitam cuipiam ſuppetat, nullam ex fame, mortis neceſſitatem metuendam habeat*, quin propter ſimplicem ejusmodi victum, vitâ fruiturus ſit, non tot corporis animique morbis obnoxiâ, ſed citra ægritudinem (ſi Deo ita viſum fuerit) definitum à Deo vitæ terminum, hilari animo expectare poſſit, quem pauci palato indulgentes attingunt. Neque tamen corpus noſtrum deſtitueretur, particulis carnoſis, oſſeis, cæteriſque, quamvis animalium carnibus non veſceremur. Triticum verò, & ſiliginem ſolâ *aqua* nutriri & conſtare materialiter, in præcedentibus dictum eſt. Panis ergò ex his factus, *aqua* erit materialiter, qui in homine pro ventriculorum ac ſeminum in iis deliteſcentium diverſitate; variarum partium formam accipiet, non quod aqua eſſe deſinat; ſed quod ſingularum humani corporis partium *fermenta* (*motor*, *Calidum*) per *ſemina*, ſcenam ſuam ſub uno iſto *aquæ elemento* luſura ſint: Atque adeò homo ipſe quantus eſt, materialiter tamen nil niſi aqua futurus ſit.

Præter panem verò; & carnibus animalium veſcitur homo, quæcunque tamen illa tandem ſint, Vegetabilibus tamen enutrita fuerunt, gramine; cujus quæ natura ſit, jam dictum.

Nutrit verò *Aqua* cuncta nutrienda duplici ratione; vel *Immediatè* vel *mediatè*; *Immediatè aquâ nutriri diximus* cuncta *Vegetabilia*, uti & Mineralia, de quibus in ſeq. Item *Piſces*, quod quidem clarè ſatis explicatum arbitror. *Mediatè illa nutriuntur animalia terreſtria.* Antequam enim his dare alimentum commodum poſſet, graminis formam accepit, vel etiam in alius animalis ſubſtantiam jam transformata eſt.

Panis

extra animalia conſtituto. Minime gentium. Ita vero docet idem. *Panem frumenti, ſi ſub fimo equino calido, quis poſuerit, per* 9. *vel* 10. *dies, generatum inde iri carnem commixtam ſanguini*, quod ipſum anili certè fabulæ affinius, quàm verò experimento videtur; quæ nonniſi è ſeminalium virtutum proficiſci potuit ignorantia. Seminalium enim Idearum rationes, qui mediocriter ſaltem calluerit, facilè fatebitur, vim illam commutandi alimentum in ſubſtantiam humanæ carnis, non in alimento, utpote materiali cauſa, cujus per ſe ac propriè nulla activa potentia eſt, poſitam eſſe; ſed in ipſis partibus hominis nutriendis ſedem ſuam habere. Quod ipſum ex antecedentibus, de Natura ſeminis quæ dicta ſunt, obſcurum, eſſe non poteſt; atque adeò firma iſta ſtat ſententia; id ipſum quod ex pane nos nutrit, non magis in ſe continere potentiam ad carnis generationem determinatam, quàm ad oſſis cæterarumque partium, ſed eſſe indifferens ad cunctas nutriendas; determinari verò, à ſemine cuivis parti proprio, ac præterea nil niſi larvatam aquam eſſe.

*Mineralia* verò quod attinet, non levia certè ſunt teſtimonia, quæ demonſtrant, & hæc *non minus ac Vegetabilia & Animalia ex aquis nata eſſe.* Incomparabilis certè *Helmontius* tit. *de Elem.* ita inquit. *In terra fraceſcens aqua, ſemen locale vel inſitum acquirit, ideòque vel in liquorem (Leſſas) ad omnem plantam vel in ſuccum (Bur) mineralem tranſit, juxta ſpecies per directionem ſeminum electas.* Cujus ſenſus breviter hic eſt, quòd aqua pro fermentorum ſeminumque diverſitate, in diverſa ſpecie corpora coaguletur; à *Vegetabili* ſemine in ſucum *Leſſas* dictum, proximam cunctorum Vegetabilium materiam; à *Minerali* in *Bur*, Metallorum materiam proximam. *Bur* igitur hocce, cum è ſententia *ingenioſiſſ. Viri*, Aquæ productum; materia ſit metallorum, ſequetur omninò; & ipſa metalla prima generationis ſuæ principia materialia, aquæ debere. *Bur* verò hocce, idem laudatiſſ. *Helmontius* alio in loco *Magno oportet*

nempe

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

ibeat in principio circa *aquam* monuimus, neminem cogi poſſe. Illuſtriſſ. certè *Boylæus* propter incredibilem experimentorum Helmontii veracitatem non temere ipſi denegandam judicat. Metallorum item corporum, materialem cauſam ipſum *Mercurium* vulgi eſſe, in antecedentibus diximus, quod ipſa ſalibus ſuis coagulativis orbata, in Mercurium denuò reſolvantur. Cujus egregium quoddam experimentum non ita pridem demonſtravit Clar. *Lancelottus* ex Antimonio, & quidem Regulo ejus: Rei poſſibilitatem, rationibus ac cauſis operationis adductis, confirmavimus in fine Epiſt. ad Clar. D. *Langelottum*. Quare ſi cætera quoque metalla, in Mercurios ſuos redacta fuerint, ſeparatis ſulphuribus, atque iidem Mercurii per reſiduorum adhuc Sulphurum ſequeſtrationem in *aquam* redigantur, habemus quod quærimus. Et certè ipſum *Mercurium* in aquam reſolvi poſſe, celebrium Philoſophorum experimenta ac teſtimonia dubitare nos non ſinunt. Neque ignoti mihi ſunt amici qui aurum ipſum in Mercurium poſſunt redigere per Mercurium, ſeu Latonem flavum albeſacere, quibus tamen omnibus quantum cuique placebit adhibere fidei; cuique integrum eſto, neque cùm ullo ſuper hac re digladiari animus eſt.

*Sulphura* itaque Mineralium omnia, ſi accendantur, in ſpiritum abeunt acidiſſimum, qui ab Alcalibus fixis ſ. alcaliſatis ſalibus Tartari ſcil. abſtracti, omni poſſunt aciditate ita exui, ut præter Elementalem *aquam* nihil relinquatur. Ipſum verò Alcaliſatum ſal, quod Acidum ſalem in ſe abſorpſit, crebriùs per deliquium ſolutum, & phlegmaticâ parte, aliquot vicibus ſeparata, tandem omninò in puram aquam Elementalem convertitur: quod ipſum de cunctis, uti dixi, Mineralium *Sulphuribus* intelligendum eſt.

*Silices* quoque in liquorem reſolvi poſſe, in principio & quidem §. de *Terra* diximus. *Calx* item *viva* ſalia habet, per deliquium quæ ſolvi poſſunt, & in aquam reſolvi.

*Animalia* quoque, quemadmodum ex *aqua* tanquam prima materiali cauſa, ortum ſuum traxiſſe, in antecedentibus demonſtratum eſt; ita quoque eadem in aquam denuò convertibilia eſſe ultimatò oſten-

oſtendendum erit. Mortua quidem animalia, quando putredinem concipere obſervantur, in aquoſam reſolvuntur materiam, quâ etiam ferè diffluunt. Notatu dignum tamen experimentum *Helmontii* eſt *de Formarum ortu* §. 56. quo Lunæ tribuit, ſingularem illam vim demortua animalium corpora in aquoſam mucilaginem reſolvendi. *Rana enim* dicit, *ſi ſub plenilunio atrociſſimo hyemis borea effodiatur, abluatur, & baculo alligetur in agro, ſequenti manè reperitur alba quædam & transparens mucilago, liquatum Tragacanthum referens, & figuram ranæ.* *Idem* affirmat §. 54. *de homine ac bruto demortuis; hæc ſi una ſaltem nocte pernoctarint* (dicit) *ſub Luna, ſequenti manè cadaver putrilagine diffluet*, quô ipſo patet; *animalia* poſtquam ex *aqua*, corporis ſui nutrimentum nacta ſunt; adeòque materialiter nil præter aquam ſunt, retrogradâ tandem viâ in eandem remigrare. Aquarum cæteroquin non parvam copiam in *animalibus* exiſtere, vel inde obſervare licet, quod illorum partes, citra aquarum additionem ſi Igni expoſitæ fuerint, in proprio ſucco ſufficienter bulliant. In quo ſucco, reverâ particulæ quædam ſunt meræ aqueæ, ad quas demonſtrandas, ſola pinguium ſeu oleoſarum partium ſeparatio requiritur facillima. *Aqueæ* verò particulæ ideò ſaltem *formaliter* ſuperſtites ſunt, quod ab Ideis ſeminalibus nondum determinatæ ſunt, ad certam partem, Excell. *Helmont.* phlegma hocce, prout etiam in vegetabilibus, *Mercurialem* partem vocat, nondum à ſemine maturatam. Oleoſæ verò ac pingues particulæ, arte in meram aquam priori ſimilem reducibiles ſunt. Quod ſi enim cum ſale conjungantur Alcaliſato, cum illo in ſaponem abeunt, & deſtillata phlegmatica prodeunt: aliquoties verò ab ejusmodi alcaliſato ſale abſtractæ in meram abeunt *aquam* Elementalem. Quod ipſum de omnibus animalium pinguedinibus notandum eſt; quòd crebrâ circulatione cum ſale Tartari in aquam convertantur.

Spiritus verò ille Urinoſus, è ſanguine animalium qui etiam impetrari poteſt, in antecedentibus dictum eſt, quòd naturâ ſuâ ſit Sal quoddam volatile in phlegmate reſolutum. Jam verò, ex ejusmodi Urinoſi Salis Volatilis cum acidis particulis colliquatione, Alcaliſatum Sal fixum prodire, pluribus experimentis demonſtratum eſt.

Quod Alcaliſatum Sal facilè p. d. & tandem *in aquam* Elementalem reſolvitur; quô ipſo ſequetur; & ipſum *Sal volatile*, materiam Alcaliſati ſalis, ſimul revera in aquam converti. Alioquin Urinoſum hocce Sal, evidenter ſatis è Sale Tartari ſeparari poteſt, uti notum eſt; Non ſeparatum verò, cum illo abit in aquam Elementalem: atque adeò ipſi etiam Urinoſi animalium ſpiritus, ſeu Salia Volatilia eſſentialiter à Vegetabilibus non differentia, eodem modo in aquam redigi poſſunt. Evidens quoque teſtimonium eſt, è fuligine vegetabilium quod peti poteſt. In hac ingens ſatis deprehenditur Urinoſorum ſalium copia, ut etiam Sal Ammoniacum, ope ſpiritus Salis, ex ea parari poſſit: calcinata tamen hæc, in Sal fixum abit, ac tandem *aquam* Elementalem.

Quæ *cum ita ſint, Sanguis, Urnia, Sudor, &c. cuncta in aquam reducibilia ſunt.* Neque aliter ſe res habet in ſolidis ſubſtantiis. Ex his quæ eliciuntur cuncta, vel inſipida ſunt adeoque *aquea*; vel ſapida ſ. *ſalina* & quidem vel volatilia *Alcalia*; vel *acida* pinguia &c. cuncta materialiter nil niſi aqua. *Terreæ* verò partes, è calcinatis durioribus partibus, oſſibus v. g. reſiduæ, teſte fide dign. *Helmontio*, in aquam non minùs reduci poſſunt, beneficio liquoris *Alkaheſt*.

Ipſa tandem *Vegetabilia*, quemadmodum ſolâ aquâ nutriuntur, adeòque materialiter nihil aliud ſunt quàm *aqua*: ita & in *eandem* reduci poſſunt ultimatò. Partes enim præcipuè, in quas *vegetabilia* Ignis artisque ope dividi poſſunt, ſunt *ſpiritus* vini, *Oleum*, *Sal fixum*, *Volatile*, *Tartarus*. Tartarus herbarum, in ſuccis earundem deliteſcens, calcinatus, in ſal abit alcaliſatum; Hoc verò Alcaliſatum, ſi Aëri expoſitum fuerit, p. d. ſolvitur. Liquorem huncce Tartari, Retortæ inditum, ſi deſtillaveris, phlegma quidem ſeu *aquam* impetrabis ſale in fundo relicto, quem denuò ſi p. d. fluere permiſeris, novam phlegmatis partem accipies, quod reiterari toties poterit, donec totum ſal alcaliſatum, in meram *aquam* elementalem converſum fuerit, *quam immeritò à Zvvelffero pro Sale Tartari Volatili haberi, in præcedentibus demonſtravimus.*

*Olea* verò *Vegetabilium*, ſi cum Alcalibus fixis conjuncta fuerint, abeunt cùm iisdem in ſaponem, ac ſi tandem crebriùs abſtracta fuerint,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

rum virorum judicio, nil niſi *aqua* fuit, è quâ primo Limus, & deinde ſolida *terra* ortum traxit. *Homerus*, *Oceanum* & *Thetin* primos facit Deorum parentes, & Deos inducit jurantes per *aquam* ſtygiam, quaſi per rem omnium vetuſtiſſimam & honoratiſſimam.

*Thales* quoque, primus Philoſophorum in Græcia, aquam dixit rerum omnium principium, docente hoc *Seneca*. Natural. Quæſt. 13. l. 3. his verbis. *Aqua ait Thales valentiſſimum elementum eſt, hoc fuiſſe primum putat, ex hoc ſurrexiſſe omnia.*

Neque docere voluerunt aliud Majores noſtri veteres illi admodum & Antiqui fabula iſta de *Proteo*. Huncce enim *Proteum* narrant Poëtæ *Neptuno paſtorem* fuiſſe, eundemque *Senem* & *vatem*. Vatem ſc. præſtantiſſimum & veluti Ter. Maximum. Noverat enim non *futura* ſolummodo, ſed *præterita* & *præſentia*, adeò, ut præter divinationem, etiam omnis *Antiquitatis & omnium ſecretorum Nuncius* atque interpres eſſet. Morabatur autem ſub *ingenti ſpecie* ibi ei mos erat ſub meridiem gregem ſuum *Phocorum* numerare, atque deinde ſomno ſe dare. Qui autem opera ejus in aliqua re uti volebat; is non alio modo apud eum valere poterat, niſi eum manicis comprehenſum *vinculis conſtringeret*. Ille contra ut ſe liberaret in omnes *formas* atque rerum miracula, *Ignem*, *Plantam*, *feras*, ſe convertere ſolebat, donec tandem in *priſtinam formam* reſtitueretur. Egregia profectò fabula ad ſignificandum; *aquam cunctarum viſibilium rerum principium eſſe materiale* nempe. *Protei* enim *perſona*, *aqua* ſignificatur, omnium rerum poſt DEUM antiquiſſima. In Hiſtoria enim creationis mundi, ſacer Philoſophus & Hiſtoricus, poſt DEUM, æternum, Efficientem mundi cauſam, *aquarum* meminit, ſuper quas ſpiritus Dei ferebatur. *Neptuni mancipium* dicitur Proteus; aquarum enim præſidem & Dominum Neptunum fingebant Poëtæ.

Ingens *ſpecus* eſt cœlum. *Pecus* ſive Grex *Protei* nihil videntur aliud, quam *Animalium*, *Plantarum*, & *Metallorum ſpecies*, quorum materialem cauſam, ſolam *aquam* eſſe, ſufficienter ſatis in antecedentibus demonſtratum eſt. *Protei* verò operâ, nemo uti poterat,

niſi

niſi *vinculis ante conſtrictus* fuiſſet; hoc eſt, non converteſur aqua in diverſas ſpecies, niſi Spiritus quidâm adfuerit univerſi, coagulans ipſam juxta ſeminalium Idearum diverſitatem in corpora ſpecie diverſa (de quo ſpiritu in ſubſecuturis.) Quibus ſpeciebus abſolutis, ſub *meridiem* nempe, quando altiùs pergi non poteſt, *ſomno* ſe dat *Proteus* ſeu quieſcit, donec tandem in *priſtinam formam* reducatur, hoc eſt, corpora ex *aqua* formata, in *eandem* denuò reſolvantur, quod in antecedentibus ſufficienter quoque à nobis præſtitum arbitramur.

Quare nunc tandem, non Experimentis ſaltem manifeſtiſſimis, oſtendimus, particulas illas ſive alimentum Ideis ſeminalibus appoſitas, quantitatemque molis quandam ipſis largientes, meram *aquam* eſſe; ſed autoritate etiam Divinâ hanc ſententiam niti, ex *Moſe* ſapientiſſimo Philoſopho attulimus. Neque Antiquos Philoſophos (forte ex *Moſe* edoctos) *Hermetem*, *Heſiodum*, *Homerum*, *Thaletem*, &c. aliter ſenſiſſe; neque *Poëtarum* veterum fabularum involucris; ſententiam aliam reconditam fuiſſe, luculentur demonſtravimus. Quibus tam Divinis quàm humanis teſtimoniis, ipſiſque ſenſibus, ſi quis aſſenſum præbere dubitet, cum hoc non fruſtra litigabimus; qui enim tot Experimentis, graviſſimiſque teſtimoniis ſe moveri paſſus non fuerit, hunc certè nihil movebit; aut enim Ratio ipſum deficiet, aut pertinax quoddam impiumque contradicendi ſtudium vexabit.

Ultimum igitur hoc reſtat *unicum*; *ut demonſtremus*, *virtutem illam*, *coagulantem aquam*, *in ſolida corpora*, & applicantem Ideis ſeminalibus, in antecedentibus demonſtratis. Cujus realem exiſtentiam, ortum, vires, determinationem docebimus.

Quemadmodum verò, præter experimenta, antiquorum Philoſophorum ac præcipuè Moſis autoritate, uſi ſumus ad oſtendendum; *aquam* cunctarum rerum materiale principium eſſe; ita non incongruè nos facturos confidimus, ſi breviter oſtenderimus; unanimem hunc præcipuorum Philoſophorum antiquorum conſenſum fuiſſe, *dari Spiritum quendam cuncta procreantem* (DEUM verò tanquam

tum virorum judicio, nil niſi *aqua* fuit, è quâ primo Limus, & deinde ſolida *terra* ortum traxit. *Homerus*, *Oceanum* & *Thetin* primos facit Deorum parentes; & Deos inducit jurantes per *aquam* ſtygiam, quaſi per rem omnium vetuſtiſſimam & honoratiſſimam.

*Thales* quoque, primus Philoſophorum in Græcia, aquam dixit rerum omnium principium, docente hoc *Seneca*. Natural. Quæſt. 13. l. 3. his verbis. *Aqua ait Thales valentiſſimum elementum eſt, hoc fuiſſe primum putat, ex hoc ſurrexiſſe omnia.*

Neque docere voluerunt aliud Majores noſtri veteres illi admodum & Antiqui fabula iſta de *Proteo*. Huncce enim *Proteum* narrant Poëtæ *Neptuno paſtorem* fuiſſe, eundemque *Senem* & *vatem*. Vatem ſc. præſtantiſſimum & veluti Ter. Maximum. Noverat enim non *futura* ſolummodo, ſed *præterita* & *præſentia*, adeò, ut præter divinationem, etiam omnis *Antiquitatis & omnium ſecretorum Nuncius* atque interpres eſſet. Morabatur autem ſub *ingenti ſpecie* ibi ei mos erat ſub meridiem gregem ſuum *Phocorum* numerare, atque deinde ſomno ſe dare. Qui autem opera ejus in aliqua re uti volebat; is non alio modo apud eum valere poterat, niſi eum manicis comprehenſum *vinculis conſtringeret*. Ille contra ut ſe liberaret in omnes *formas* atque rerum miracula, *Ignem*, *Plantam*, *feras*, ſe convertere ſolebat, donec tandem in *priſtinam formam* reſtitueretur. Egregia profectò fabula ad ſignificandum; *aquam cunctarum viſibilium rerum principium eſſe materiale* nempe. *Protei* enim *perſona*, *aqua* ſignificatur, omnium rerum poſt DEUM antiquiſſima. In Hiſtoria enim creationis mundi, ſacer Philoſophus & Hiſtoricus, poſt DEUM, æternum, Efficientem mundi cauſam, *aquarum* meminit, ſuper quas ſpiritus Dei ferebatur. *Neptuni mancipium* dicitur Proteus; aquarum enim præſidem & Dominum Neptunum fingebant Poëtæ.

Ingens *ſpecus* eſt cœlum. *Pecus* ſive Grex *Protei* nihil videntur aliud, quam *Animalium*, *Plantarum*, & *Metallorum ſpecies*, quorum materialem cauſam, ſolam *aquam* eſſe, ſufficienter ſatis in antecedentibus demonſtratum eſt. *Protei* verò operâ, nemo uti poterat,

niſi

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

mus. *Anaxagoras* cenſuit omnia fuiſſe prius confuſa & [illegible], deinde acceſſiſſe *mentem* quæ ea diſtinguendo & ſeparando mundum effecit. *Homerus* præter *Oceanum* ſeu Aquam *Thetin* quoque ſive Cœlum, primos Deorum parentes faciebat. *Stoici* aſſerebant omnia quæ ſunt in mundo, uno Divino Spiritu procreari, regi atque contineri; quod idem *Virgilius* elegantiſſimis hiſce verſibus expreſſit:

*Principio Cœlum, ac terras campoſque liquentes*
*Lucentemque globum Lunæ Titaniaque aſtra*
*Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Hunc fortè Spiritum intelligendo *Heſiodus*, *Amorem* docuit mundi eſſe principium, quem eundem *Plato* Animam mundi vocavit. *Gentiles* ut eſt apud *Plutarchum*, Spiritum quendam eſſe univerſi, Igneum, non habentem formam, in quamcunque tamen ſe voluerit transmutantem (de quo etiam *Zoroaſter* & *Heraclitus* loquentes, omnia ab unico *igne* genita eſſe docebant, contenderant. Hinc etiam *Orpheus*, cœlum medium Spiritus hujus ignei lumine illuminatum *Ætherem*. Dixit, quaſi *Æthaërem*, ſeu ardentem Igneumque Spiritum) Præter hæc verò, notatu digniſſima eſt, ac jucundisſima pariter fabula illa veterum Philoſophorum de *Cupidine* excogitata, quâ certè, uti ſolent fabularum involucris, *ardua rerum naturalium myſteria tegere ne vulgo ac indignis pateant*; maximum circa Naturæ incunabula rerumque principia, ſecretum tacitè docuerunt; quod breviter non pigebit explicare; monendus tamen ante es B. L. per *Cupidinem* hoc loco non eſſe intelligendum juniorem illum, *Veneris* filium, Deorum natu minimum, ſed majorem quendam, ante conſtitutas ſpecies exiſtentem. Fabula ipſa ſequenti modo ſe habet.

Nar-

Narrant ſapientiſſimi majores noſtri, *Amorem* omnium Deorum fuiſſe antiquiſſimum, atque adeò omnium rerum; excepto *Chao*, quod ei coævum perhibetur. *Chaos* verò à priſcis etiam *Cœlum* appellatur, nunquam tamen Divino honore aut Dei nomine inſignitum reperitur. Atque *Amor* iſte prorſus ſine parente introducitur; Ipſe autem cùm Cœlo vel *Chao* miſtus, & Deos & res univerſas progenuit. A, nonnullis tamen, ovo prognatus, incubante *Nocte* traditus eſt. Ejus autem attributa ponuntur; ut ſit *infans perpetuus*, *cæcus*, *Nudus*, *Alatus*, *Sagittarius*. Vis autem ejus præcipua & propria, ad corpora unienda valet, etiam claves Ætheris, Maris, & Terræ ei deferebantur. Ita narrant Philoſophi Antiqui, ſequenti aſt modo ſe intellectos volunt.

Per *Amorem* intellexerunt *ſpiritum* quendam univerſi, Mundi principium; affirmante idem *Heſiodo*, uti in proximè præcedentibus diximus, ita dictum, quod Spiritui huic inſatiabilis appetitus inſit, innumeris formis ſeu ſeminalibus Ideis ſe conjungendi, juxtaque illarum differentias ſpecificas, indifferens cæteroquin alimentum, Elementalem *aquam* coagulandi. *Sine parente* hic introducitur; quod ipſum ſignificat; nullam prorſus Spiritus hujus eſſe cauſam naturalem cùm naturalibus cauſis aut rebus omnibus prior ſit. (*Deum* verò tanquam cauſam omnium primam & *Naturam naturantem* ſemper hic excipimus) unde omnium rerum antiquiſſimus habebatur, excepto *Chao* quod ei coævum perhibebatur, hoc eſt, *aqua* excepta; hæc enim univerſi hujus ſpiritus coæva extitit, docente ita ſancto Philoſopho ſtatim in principio, ubi ante rerum creationem *ſpiritus* & *aquarum* meminit, dicens: *Spiritus Dei, ferebatur ſuper aquas*. Ipſe autem *cum Chao miſtus res univerſas progenuit*, *id* eſt, Aqua hujus coagulatoris ſpiritus beneficio, juxta ſeminum ſignaturas in omnis generis corpora, *Vegetabilia, Animalia, Mineralia* coagulata eſt, quod ipſum ex antecedentibus aliquomodo conſtare poteſt, ubi ſeminum ſignaturas ſeu Ideas fusè demonſtravimus, oſtendimusq; *componendo* ac *reſolvendo* res naturales; cunctarum materialem cauſam aquam, eſſe. Coagulatorem denique Spiritum explicandi, hic auſpicati ſumus initium. *Nocte tamen incubante ovo* natus *Cupido* dicitur. Nox enim ſeu *tenebræ* rerum creationem præceſſerunt. Ita enim *Moſes*: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*; & deinde addit: *& Spiritus Dei, ferebatur ſuper aquas.*

quam cunctarum cauſarum primam hic ſemper præſupponimus) *quo mediante cuncta vivant & conſerventur; cujus item auxilio, aqua coaguletur in ſolida corpora pro ſeminum varietate varia.*

*Hermetem Triſmegiſtum*, præter aquam, Spiritus quoque cujuſdam tenuis, intelligibilis meminiſſe in antecedentibus jam monuimus. *Anaxagoras* cenſuit omnia fuiſſe prius confuſa & indigeſta, deinde acceſſiſſe *mentem* quæ ea diſtinguendo & ſeparando mundum effecit. *Homerus* præter *Oceanum* ſeu Aquam *Thetin* quoque ſive Cœlum, primos Deorum parentes faciebat. *Stoici* aſſerebant omnia quæ ſunt in mundo, uno Divino Spiritu procreari, regi atque contineri; quod idem *Virgilius* elegantiſſimis hiſce verſibus expreſſit:

*Principio Cœlum, ac terras camposque liquentes*
*Lucentemque globum Lunæ Titaniaque aſtra*
*Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Hunc fortè Spiritum intelligendo *Heſiodus*, *Amorem* docuit mundi eſſe principium, quem eundem *Plato* Animam mundi vocavit. *Gentiles* ut eſt apud *Plutarchum*, Spiritum quendam eſſe univerſi, Igneum, non habentem formam, in quamcunque tamen ſe voluerit transmutantem (de quo etiam *Zoroaſter* & *Heraclitus* loquentes, omnia ab unico *igne* genita eſſe docebant, contenderant. Hinc etiam *Orpheus*, cœlum medium Spiritus hujus ignei lumine illuminatum *Ætherem*. Dixit, quaſi *Æthaërem*, ſeu ardentem Igneumque Spiritum) Præter hæc verò, notatu digniſſima eſt, ac jucundiſſima pariter fabula illa veterum Philoſophorum de *Cupidine* excogitata, quâ certè, uti ſolent fabularum involucris, *ardua rerum natu-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Repetit hoc *Hermes* item ac præter hos *Thales Mileſius*; hic enim interrogatus; utra prior fuiſſet nox aut dies? reſpondit; priorem fuiſſe *Noctem*.

Eſt verò *infans perpetuus* ſeu puſillus, *Cupido*. Univerſi enim iſte *Spiritus*, particulis conſtat valde minutis, non adeò grandi corporis mole, qualis ætate provectis competit præditis. *Cæcus* eſt, ſpiritus enim dictus, non habet formarum delectum, cui potiſſimum ſe conjungi malit, ſed cœcorum more ruit in cuncta obvia. Ita in *Vegetabilia*, *Animalia* & *Mineralia* horumque ſemina, citra providentiam influit, movens cuncta ac explicans.

*Nudus* eſt; Neque enim Vegetabilium, Animalium aut Mineralium ſemina in illo latent; ſed tùm quando veſtitur demùm, & corpus aſſumit, coagulatus, ad normam ſeminalium Idearum, in varia corpora. Hinc eſt, quod aliquibus *informis* dictus ſit hic ſpiritus; & tamen *Omniformis*. *Informis* quidem quod actu nullam formam habeat; *Omniformis* autem, quod indifferens ſit & aptus, ad omnis generis formas, quieſcentes cæteroquin & ſteriles, movendas & fœcundandas. *Alatus*; velox enim eſt iſte ſpiritus, & celerrimè per aëra, alis quaſi ac pennis portatus, in hæc ſublunaria ac inferiora defertur. *Sagittarius* tandem; quia virtute ſua in diſtans agere cernitur; quemadmodum, qui ſagittam in diſtantia loca emittunt.

Hæc erat Gentilium Philoſophorum circa *univerſi ſpiritum*, cunctorum ſeminum motorem, & fœcundatorem ſententia, quem cum *Chao* miſtum cunctarum naturalium rerum efficientem cauſam Phyſicam dicebant. *Moſes* tamen ab ipſo univerſi Creatore ita edoctus, expreſſis verbis exſertoque digito hunc ſpiritum oſtendit, dicens: *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.*

Per hunc *Spiritum*, quid potiſſimum intellectum velit *ſacer Philoſophus* diverſiſſimæ ſane Doctiſſimorum virorum ſententiæ, quas ad tria potiſſimum capita, *Doctiſſimus* redegit *Pererius Comm.* in 1. *Cap. Gen.* §. 60. & ſeq. *Prima* erat *Tertulliani*; hic enim in libro, quem ſcripſit adverſus *Hermogenem*, contendit, per ſpiritum Domini hoc loco non Deum, ſed *ventum* ſignificari. Quæ interpretatio maximè proba-

probatur *Theodoreto*, qui in quæſtione 8. ſuper Geneſin putat, *Moſen* his verbis ſignificaſſe, Elementum *aëris* ſicut tradiderat Elementum *Terræ* & *Aquæ*. Illud autem *Ferebatur*, ait; *demonſtrare mobilitatem & agitationem naturalem ipſius Aëris ſeu venti vel naturalem Aëris ſitum, qui eſt, undique ſupereminere aquis, ipſas circumdando.*

*Altera* interpretatio eſt fermè omnium *Patrum* tam *Græcorum* quam *Latinorum*, per Spiritum Dei hoc loco, vel ſolum, vel præcipuè ac principaliter ſignificari *Spiritum ſanctum*. *Tertia* interpretatio eſt, per Spiritum Domini ſignificari non Ventum, nec Spiritum ſanctum ſed *vim & impetum, & efficatiam quandam vitalem, & fœcunditatis plenam, aquis impreſſam, à Deo.* Ita ſentit *Chryſoſtomus* homil. 3. in Geneſin. *Auguſtinus* autem in *libr.* ſuper *Geneſin* imperfecto c. 4. ait; *per Spiritum Dei tria poſſe intelligi*; vel *Spiritum Sanctum*, vel *ventum ſive Aërem*, vel *vitalem quandam creaturam*, qua univerſus orbis viſibilis movetur atque continetur. Hæc cum recenſuiſſet ſupra laudatus *Pererius*, lectoris quidem arbitrio exiſtimandum relinquit, in cujus ſententiam deſcendere malit; neque tamen *primam* & *tertiam*, ſecundum ſenſum literalem; *ſecundam* verò ſecundum ſenſum miſticum, maximè ſibi probari diffitetur.

Neque verò neceſſariam eſſe, ut per *Spiritum Domini* ſemper intelligatur *Spiritus Sanctus* ſive Ipſe *DEUS*, *Trinitatis Perſona*, quam plurima ſacra Scripturæ loca oſtendunt. Quando enim *David*, Pſalm. 147. dicit: Flabit *Spiritus* ejus (*Domini* nempe) & fluent aquæ; nemo profectò dixerit; Spiritum Sanctum dicto loco intelligendum eſſe. Frigore enim conglaciatæ aquæ immediatè non à Deo ſed Solis calore deliquantur & diffluunt. *Eſaias* c. 40. v. 7. ita habet: Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia *Spiritus Domini* ſufflavit in eo. Ubi *Spiritus* ille *Domini*; nullâ ratione accipiendus erit, pro Trinitatis Perſona ſed *vento* potiùs. In his ac pluribus aliis Scripturæ dictis, cum *Spiritus Domini*, uſurpetur; aut pro *vento*, aut *vitali quodam robore*, rebus certis creatis, quid impediet, quo minus locum illum *Geneſeos* c. 1. v. 2. cum *Chryſoſtomo* & *Auguſtino* intelligere liceat *de vi & impetu & efficacia quadam vitali ac fœcundante aquis impreſſa?* præcipuè quidem, cum manifeſtiſſimis pateat Experimentis; ejusmodi

vitalem vim, Elementalem aquam coagulantem, hodiernum etiam & in hunc uſque diem reverà exiſtere. Tum verò tantò potiori jure hoc licebit, quod *Moſes* primo illo capite *Geneſeos* hiſtoricè referat, Mundi, rerumque naturalium creationem, neque figurato locutionis genere, quale in Cantico Canticorum eſt, utatur, ſed res geſtas ſaltem referat; unde nulla *neceſſitas*, quare Spiritus ille Domini, pro ipſa Dei Perſona accipi debeat. An non verò myſtico ſenſu, pro Spiritu Sancto piè ſatis accipi poſſit; nullum quidem inter Theologos eſt dubium: modo qui ita ſentiunt, non mordicus ac præfractè ita eam contendant Scripturæ eſſe propriam, ut aliam quamlibet, ſuæ, vel adverſam vel diverſam, contendant Scripturæ eſſe contrariam. Malè enim de Scriptura merentur certè (judicium eſt Doctiſſimi *Pererii*) qui loca, ſalvâ Chriſtianâ fide, variarum ſententiarum ac interpretationum capacia, ad ſuæ opinionis & ingenii anguſtias coarctare volunt, ſæpiusque dimicant obſtinatè pro ſua potiùs, quàm Scripturæ ſententiâ, cùm tamen monente Div. *Auguſtino* c. 18. l. 1. in Geneſin; *non tam eam, quæ noſtra eſt, quàm quæ Scripturarum eſſe comperta fuerit, noſtram eſſe velle debeamus.*

Quemadmodum enim docente eodem *Auguſtino*, ſi ratio contra Divinarum ſcripturarum autoritatem redditur, quantumlibet acuta ſit, fallitur veriſimilitudine, nam vera eſſe non poteſt. Ita manifeſtæ certæque rationi, ſi velut ſacrarum literarum opponitur authoritas, non intelligit, qui hoc facit: & non Scripturæ ſenſum, ad quem penetrare non potuit, ſed ſuum potiùs objicit veritati, nec quod in ea, ſed quod in ſe ipſo, velut pro ea invenit, opponit. Et in hoc certè cunctis elaborandum, circa Moſis hiſtoriam creationis occupatis, non Theologis minùs quàm Philoſophis eſt, ut nihil conſtanter ſentiant dicantve, quod repugnet manifeſtis Experimentis & Rationibus Philoſophiæ vel aliarum diſciplinarum. *Vero* enim *verum* ſemper *congruit*, nec poteſt veritas ſacrarum literarum veris rationibus & Experimentis Naturalis Philoſophiæ (cujus ipſe DEUS non minus autor eſt) eſſe contraria. Quare & idem *Auguſtinus* autor nobis eſt, ut quicquid ſapientes hujus mundi, veraciter de natura

rerum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

*Spiritum illum Domini*, capit. illo primo Moſis, pro virtute quadam fœcundante ſemina, ac Aquis eperimus, quem aliàs *Cæleſtem Spiritum*, in hæc a, appellare conſuevimus: Item *Ignem Uni-* & plura ejus nomina alia, inſubſecuturis vide-

rò *præcipuè ſunt*; *breviſſimè* quantum citra obſcu-erit, de hoc Spiritu dicenda: *Primò*, Origo ejus *einde* Nomina ejus varia explicanda; *Tertio*, oſten-em cauſam eſſe perfectionis, omnium rerum, & quomodo, quâve virtute corpus aſſumat, & aquam odo idem ſpecificetur; & quod ejus ſeparatione cuncta in Aquam Elementalem redeant.

uidem quod attinet, non hic quærimus primam, idam; ſed ex quo potiſſimum fonte, opere crea-d hunc uſque diem in ſublunaria hæc, haud inter-Atque hunc dicimus eſſe *Solem*. Hic enim niſi vitalem illorum vim, per totum orbem ſpargeret, is neceſſariò & ſubito emoriendum eſſet. Quam-, ex præexiſtentibus generentur ſeminibus, uti in-fusè ſatis demonſtratum eſt, *ſemina tamen nunquam tionis deducerentur*, *ſed æterno ſopita ſomno quieſce-re quodam Spiritu inſtructa eſſent explicante eadem.* piritus particula per traducem propagatur, ne-ien, uſque in extremam ſui annihilationem, at eret Spiritûs hujus tantilla particula, vegetationis ſolvendo, niſi à *Solaribus* radiis incubantibus mul-

ipſa vigorem ſuum amittunt? *aves, ac præcipuè hirundines, omni vitali Spiritu ſufflaminato, ad maris littora, ſenſus omnis motusque expertes quieſcunt?* Aſt verò redeunte iterum verno tempore, ad nos *Sole*, bone Deus! quæ quantaque mutatio rerum obſervàtur. Semina germinare incipiunt, & veternum excutiendo, ad motum ſe accingunt; Variique generis vegetabilia herbæ arbores foliis ſuis floribusque ornatæ, è tumulo reſurgunt. Animalia hirundines, motum ac ſenſum recuperant. Quicquid denique orbis habet vitæ capax, vita donatur.

Quæ certè omnia, abſente ac præſente *Sole* fieri videmus. *Unde inevitabilis nos cogit neceſſitas; tenuiſſimas, maximeque mobiles ſubſtantias, ſ. Spiritum quendam Univerſalem vitæ plenum, in ſolis radiis exiſtere, ut concludamus*; qui ejusdem cum illo, in fœcundis rerum Seminibus præexiſtente naturæ ſit, alioquin non poſſet hunc movere. Quod ipſum cum obſervarent Sapientiſſimi Majores noſtri, dicebant elegantiſſimè certè; *Solem verno tempore parentem ſuum ſenio aggravatum, & ex hyberno frigore admodum debilem, & ponè emortuum calefacere & vivificare.* Neque verò vis alia eſt & diverſa, quam *Aſtra* largiuntur, à Solarium radiorum virtute; cùm enim ipſa eandem à Sole acceperint, eandem reddunt.

Cùm itaque cuncta ſemina univerſali hoc motore orbata ſterilia eſſe viderent, iidem Majores noſtri, *ad hominis generationem non hominem tantum requiri* docebant; *Sed Solem quoque.* Non quòd hunc crederent ſemen humanum cœlitus ad nos deferre, ſed ut ſemina hoc ipſa fœcunda reddi docerent, ſterilia cœteroquin.

Poſuiſſe verò hunc *vivificantem* & *Igneum Spiritum* Summus rerum Creator ideo in *Solis* globo videtur, ut ex eo tanquam adſpectabilis mundi centro ſ. medio vivifica vis, tantò commodius in cœtera univerſi corpora dimanare poſſet. Eſt Igitur *Sol* in macrocoſmo, quod *Cor* in Microcoſmo, & virtus ab utroqe defluens, ſpecie eadem. Vis enim vitalis cordis ſ. *Innatum Calidum* communiter dictum, eſt tanquam rivulus ab univerſali fonte *Sole* emanans, omniaque

*torem*, *innatum* cuilibet ſemini *calidum* moventem. Necem hancce Aëris elegantiſſimis certè Experimentis demonſtravit nobilis Dn. *Otto* de *Guericke*, in *Experimentis* ut vocantur *Magdeburgicis*. *Uvas hic vaſi* vitreo immiſit, aëremque extraxit atque obſervavit, omnem ſaporem easdem amittere. *Idem*, *Paſſerem aere* privato vaſi, inclusit, qui illicò, aperto noſtro Spiritum ocilius ducere viſus eſt, tandem verò ſine omni anhelitu diſtento roſtro ſtetit, hocque oris habitu immutato quietus omnino, cordis flamma exſpirante, ipsâ vitâ privatus concidit. Quemadmodum enim, uti jam laudati Dn. de *Guericken alio experimento edocemur*, flammâ candelæ exceræ albæ factæ, ſimilique vaſi impoſitæ, pedetentim una cum exſucto aëre contrahitur & conglobatur, nec tandem cum cœruleo colore ad cacumen Ellychnii pro extinguatur, propterea quod in locum extracti cum aere lis Spiritus, ejusdem ſubtilioris licet, cum flamma materiæ ad turæ; flamma Ellychnii concedat: *Ita quoque flammula noſtra talis, certo certius ac ſubito quidem extingueretur, niſi à vitali Spiritu conſervaretur & multiplicaretur.*

C

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*Solem* quidem formaliter calorem non habere, aut Igneum eſſe, ſed eminenter tantùm, acerrimè diſputant *Peripatetici*, quo jure aut veritate ipſi videant. Longè certiora ſunt Experimenta illorum, qui *Solem igneum eſſe* dicunt *formaliter talem*; quomodo enim quæſo alioquin Solares radii concentrati, illa præſtarent omnia, quæ Ignis culinaris? Et præterea manifeſtiſſimè hoc docent obſervationes Celeberrimorum Mathematicorum, *Ottonis* de *Guericken*, *Kircheri*, *Riccioli*. *Solem* nempe, circa proprium axem, incomprehenſibili celeritate *motum*, *beneficio teleſcopiorum ſæpius obſervatum eſſe vehementer ebullire, & ab hac vel altera parte in formam montis protuberare, interim autem ſe ſubito in ordinariam rotunditatem convertere*, haud aliter ac ſi intus concepta intrinſecus luce rumperetur, & in fulguris morem, effulgeret, jubare momentaneo ſubſultans, flammamque emittens; quibus quid poteſt eſſe manifeſtius? ac proinde, quidni univerſi Spiritus à Sole indeſinenter, in & per cuncta diffuſus Ignis appelletur.

Deinde etiam, omnes ac ſingulæ iſtæ miſti particulæ; quæ ad velociſſimum motum concitatæ, Ignem noſtrum culinarem conſtituunt; olim hujus univerſi Spiritus particulæ fuêre, & à ſolari globo emanârunt; unde neceſſario ſequitur; & ipſum Ignis fontem Igneum eſſe; quanquam in certo mixto, quæ ſunt Ignis particulæ jam determinatæ ſint, à proprio mixti ſemine, unde *Particularis hic Ignis* appellatur à Philoſophis, quemadmodum ille nondum certo individuo inſitus *Univerſalis* nominatur.

Hinc docebant ſapientiſſimi majores noſtri; *cuncta propter incluſum in ſe Calorem vivere & nutriri*; hic enim rebus cunctis, attactu etiam frigidiſſimis ineſt, & à vulgaris Ignis calore, ſolâ particularum quiete, aut potius motu tardiori diſcernitur, actionum cæteroquin naturalium autor unicus. Atque ex his quoque intelligitur; *quare idem Spiritus dicatur inextinguibile & incombuſtibile Sulphur*, hoc enim naturâ ſuâ eſt *Ignis* quidam *latens*, *motu* ad conflagrationem *excitandus*; illud verò univerſi *incombuſtibile* eſt, propter indeſinens & ad diem noviſſimum uſque, à *Sole* ſuppeditandum alimen-

mentum. In *animalibus* potiſſimum appellatur *Calidum innatum*; quod hujus Ignis particula, animalium ſeminales Ideas comitetur in ipſum animalium uterum usque, fœcundet illas, explicet, alimentum apponat, adeoque nobis connaſcatur, quod poſtea in homine lucem ingreſſo, alimentis commodis, tùm aëris præcipuè inſpiratione conſervatur & multiplicatur.

Atque ut rei compendium faciam; variaque nomina ac ferè innumera, quibus unicus hicce Spiritus inſignitur, aliis explicanda relinquam; qualia ſunt *Sol centralis*, *Avis Hermetis*, *Ignis Sapientiæ*, *Archæus*, *&c.* elegantiſſimè *appellatur Natura vel Leo viridis.* Hujus enim motoris beneficio, prata æſtivo tempore venuſtiſſimâ viriditate gaudent ac ſuperbiunt arbores; cuncta enim geminare facit. *Leo verò appellatur, propter robur, quo cuncta movere poteſt, & penetrare*: quod *Hermes Triſmegiſtus* docuit, appellando illum in *Tabula Smaragdina*; *Totius fortitudinis fortitudinem fortem.*

Hic itaque Spiritus, reverà omnium perfectionum corporis naturalium principium eſt ac autor, in triplici Naturæ Regno. *Hujus beneficio vivimus, nutrimur & ſimile nobis gignimus.* Sole quidem meridiano clariora ſunt, quæ demonſtravimus ante, de Ideis ac ſignaturis rerum ſeminalibus, quod nempe hæ ad omnium ſpecierum conſervationem radicaliter ſufficiant, & neceſſariæ ſint, cujus rei plurima quæ ibi videri poſſunt, adduximus & Rationis & ſenſuum teſtimonia. At verò ſteriles, eſſent in æternum Ideæ iſtæ ſeminales & infœcundæ, niſi motor quidam accederet ac eaſdem explicaret; quem non ignoravit certè *Ariſtoteles*, quando de animalium generatione ita diſſerit. *Ineſt*, inquit, *in ſemine omnium, quod facit, ut fœcunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur; Idque non ignis, nec talis aliqua facultas eſt; ſed Spiritus qui in ſemine ſpumoſoque corpore continetur*, & *natura quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondet elemento ſtellarum, nempe illud, cui anima & virtus plaſtica proximè inſunt, neque hic ſenſu deprehenditur, neque ejusmodi humor eſt qui in coitu prodire cernitur, verum quid ſpirituoſum & cœleſtis naturæ in eo latens.* Neque difficile foret innumeras alias graviſſimorum Philoſo-

 phorum

phorum autoritates, Ariſtotelicæ addere, ſi in re propria luce clara hoc ipſum liceret.

In *Generatione* certè *animalium* res clariſſima eſt. Quod ſi enim animalium ſemina prolifica cæteroquin ac fœcunda, unicum ſaltem minimumque temporis momentum, aperto aëri exponerentur, eodem momento omni fæcunditate privarentur; propterea, *quod Univerſi iſte Spiritus in aere habitans, fratrem ſuum illicò ad ſe raperet, hic quoque quod nondum incorporatus facile ſequeretur.* Hinc provida mater natura, talem uteri formavit ſtructuram, *ut poſt conceptum prolificum*, internum ejus orificium arctiſſimè claudatur, neque ullus externo aeri aditus ad uteri penetralia pateat, *ſecus ſi fieret, fruſtra inde fœtus exſpectaretur.* Quando verò eo, quo naturaliter debet modo intra carceres uterinos conſervatur non torpet otio, ſed illicò Idearum, quibus deſtinatus, explicationem aggreditur, & cum à primo formationis puncto incipiat nutriri & creſcere fœtus, *hic ſpiritus ſingulis muſculis ac partibus aſſiſtens, alimentum fœtui apponit, usque dum adeò anguſti carceris pertæſus*, in lucem publicam prodeat.

Cum tamen tantilla hujus vitalis ignis particula, quæ humanis Seminibus inerat, non potuiſſet per ſe ſufficere, ad integram humani corporis Ideam evolvendam, & particulas alimenti apponendas, auxilio utebatur ſpiritus matris, à quo multiplicatus tantò reddebatur robuſtior. Quod ipſum ne cui obſcurius videatur, conſideret velim quæ in antecedentibus circa Idearum doctrinam aſſeruimus: *Vitalem* matris, ac fœtus in utero conſtituti animam, *revera unicam eſſe, propter* ſubjectorum tamen numerum adeòque per accidens tantum numeroſam dici, *quemadmodum diverſis ac ſeparatis lignis accenſis, igni numerus tribuitur, qui tamen conjunctis lignis, ſaltem unus eſt.* Homine itaque hanc lucem ingreſſo, idem ſpiritus eſt, qui alimentum aſſumtum in partium ſubſtantiam convertit, qui in utero (alimenta verò hæcce omnia quod materialiter nil niſi aqua ſint, in antecedentibus ſatis demonſtratum eſt) Conſervatur verò tum & multiplicatur haud interruptâ aëris inſpiratione uti in præcedenti-

bus:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

certum quantitatis terminum; *quam molis quantitatem è Sola Aqua mutuantur vegetabilia*, uti pluribus in præcedentibus demonſtratum eſt; Hæc verò, hujus Seminibus innati calidi ac ab univerſali ſpiritu conſervati & multiplicati beneficio, coagulatur in partes pro Idearum varietate varias. Neque aliter ſe res habet *in mineralibus, quorum incrementum ex Aqua eſt, ab univerſi ſpiritu coagulata*, uti ex præcedentibus non poteſt eſſe obſcurum.

Atque adeò *unicus* revera *Spiritus* eſt in omnibus tribus Naturæ Regnis qui dominatur. *Neque alius eſt ſpiritus quo vivimus, ab eo quo nutrimur & ſimile nobis gignimus.* Neque alius coquit Calor in *hepate*, alius in *Corde*, alius in *muſculorum* ſubſtantia. Neque natura ſua diverſus eſt ſpiritus Elementalem aquam in *Vegetabilia* coagulans, ab eo qui eandem aquam in *Mineralia* convertit. Atque hinc erat quod *Democritus Orpheus* & multi *Pythagoreorum*, quoniam hujus cœleſtis virtutis particulam omnibus creaturis inferioribus ineſſe percipiebant, omnia Diis plena eſſe opinati ſint. *Deos verò omnes ad unicum reducebant Jovem, ut docerent; omnes vitæ actiones, ab unico univerſi ſpiritu regi ac conſervari.* Quamvis verò reverâ *unicus* ſit hic *ſpiritus*; adeoque, *antequam incorporetur indifferens ad omnia tria Regna fœcundanda, ſpecificationem tamen acquirit ſ. determinatur pro ſeminum determinata natura.* Ita ſi conjunctus fuerit cum ſemine *Vegetabili fit ipſe vegetabilis*, ſi cum ſemine *Animali* aut *Minerali* fit *Animalis & Mineralis.*

Quare verò adeò facile cum ſeminibus conjungatur; ratio aliquo modo patere poteſt ex antecedentibus ibi enim diximus; ſingulis ac cunctis fæcundis ſeminibus, particulam hujus motoris ſpiritus connatam eſſe; unde fit; ut hicce univerſalis particulari iſti & determinato facilè conjungatur & ſimul determinetur. Et poſtquam rerum *Semina* verè & arctè cum hoc *ſpiritu* conjuncta fuerint, nullâ ratione naturaliter ſeparari poterunt, ſed perpetuo conjuncta manebunt, quod ipſum ſummo ſtudio tenendum erit, cum ad plurimarum rerum cognitionem perneceſſarium ſit. Atque hinc eſt quod *Vegetabilium ſulphura, toto cælo differant à Mineralium, & hæc ab*

*Anima-*

*Animalium ſulphuribus, neque inter ſe invicem ulla humana induſtria transmutari poſſint.*

Si cui verò hæc adeò arcta *ſeminum* cum *ſpiritu iſto* l. *ſulphure* (ſynonyma enim hæc eſſe jam ante oſtendimus & pluribus patebit è ſecuturis) conjunctio, paulò viſa fuerit obſcurior, *attendat quæſo quæ veriſſimè demonſtrata ſunt ab Experientiſſimo Tachenio, quod nempe cunctarum rerum Seminalis virtus Acida ſit, & quod propterea Acida ducant Alcalia pro ſuo arbitrio*, quod ipſum experimentis variis ex Acido *Silicis*, *Oleorum*, *Granorum Chermes*, *Vitrioli*, *Aluminis*, *Salis communis*, *Aceti deſtillati*, in unius generis Alcali regeneratorum pulchrè oſtendit; *tum verò ſenſibus aliquantò manifeſtius ex Nitro peti poteſt experimentum*, hujus enim *acido ſpiritui* quæcunque etiam conjunxeris *Alcalia* propria figura etiam inſtructa, omnia tamen à *Nitri Spiritu* ſ. Acido Sale mutabuntur in *Nitri formam* h. e. Cylindricam ſex facierum, formam. *Neque ratio alia eſt quare in fermentatione Salis Tartari cum Tartaro crudo bullæ, naturales uvas referentes, conſpiciantur; quam quod Acidus Tartari crudi ſpiritus, Seminalem adhuc Vitis proprietatem quandam, in ventre ſuo portet.* Quemadmodum enim dictus Tartari Acidus ſpiritus, *Solis filius*, cum adhuc in vite exiſteret, pro Seminis ſibi concrediti Ideis, uvas formabat ex aqua elementali; Ita idem ſpiritus coagulatus & corporeus factus, à vite ſeparatus etiam, oſtendit in dicta fermentatione cujus Naturæ Semini, determinationem ſui debeat, & quam arctè cum Semine vitis conjunctus ſit.

Horum verò, tum in præcedentibus quoque dictorum Veritas, non patebit clarius, quam ſi penetralia Spiritus hujus penitius adhuc rimati fuerimus, & oſtenderimus; qua præcipuè virtute aquam convertat in duram ſolidamque ſubſtantiam, & quomodo ipſe corporeus fiat. Quod ipſum quidem non ita accipiendum eſt, ac ſi *Spiritus iſte Univerſi* omnis corporeæ molis, prout Spiritus propriè ſic dicti, exſpers ſit, & aliquando corpoream molem induat; nemini enim hoc in mentem veniat; Sed quod ſpirituoſæ iſtæ particulæ, corporeæ, minutiſſimæ, ac *Ignis* ille *inviſibilis à quo* Heraclitus *cuncta genita docebat*, aqueis particulis incoagulatæ, viſibiles fiant. Alioquin

ipſos

›s Solares radios corporeos eſſe, illorum concent
s docet; *hâc enim verus producitur Ignis corpus no*
*ns, non ſecus ac Ignis culinaris.* Jam verò in antec
uis ſtabilitum eſt experimentis *Ignem nihil eſſe aliud*
*um motum particularum acidarum adeoque corporear*
ma colligi poterit conſequentia, *& ipſum Solarem*
*ticularum motum eſſe.*

Sed videamus hæc clarius, ac oſtendamus, ſub
ſi ſpiritus particulas corporeas, natura ſua *Acidas*
*la* virtute; Aquam in corpora ſolida & ſicca coag

Rerum quidem concretiones ac coagulationes,
ium principio acceptæ ferendæ ſint, diverſi diverſa
imorum tamen eò tendunt ſententiæ, ut *Sălino* cui
dem deberi profiteantur; *quanquam quod pace ill*
c ipſo nondum expleantur curioſorum deſideria.
*n* non unicum genus ſit, explicari certe debebat,
ium generi coagulationes rerum tribuendæ ſint.
imum ſunt *Salium* genera. *Alcalia*, *Acida*, *Neutra*
n *Acidum.* eſt, cui rerum coagulationes debent
*coagulant quam coagulantur*: *Neutra* ſeu ex Acid
ſtant, non tam coagulantur nec coagulant, quam
ibus apta ſunt. *Acida verò rodunt & rodendo* coa

*Acidi Salis virtutes* in *coagulandis* rebus ac vol
ntæ ſint, qui ſcire deſideraverit, ſingularia ſaltem i
erimenta obvia, nec dubitabit amplius.

*Salia Cornu Cervi volatilia Ammoniaci, quamvis*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

enim viva, non alcalia tantum latere Salia ſed *acida* quoque, actio illa ac reactio particularum aquâ affuſa docet, adeò ut *Ignem* quandoque emittat, hic autem ſine *acido* Sale nullus eſſe poteſt. *Atque hoc calcis vivæ acidum eſt, quod è parietibus recenter dealbatis, neque adhuc exſiccatis, per aërem vagatur, & cum aere ſimul attractum, vel pulmones exulcerat, vel vitalem noſtrum Ignem ſupprimendo ac figendo mortem affert*, quod aliquibus contigiſſe, dormientibus præſertim, experientia conſtat.

*Acidum* Spiritûs vini eſt, quod ſpiritus potantium *figendo*, ſoporem, ac nonnunquam mortem cauſatur.

*Acidum Carbonum* candentium ſulphur eſt, quod itidem *figendo* particularum ſubtilium ſ. ſpirituum noſtrorum motum, *ſuffocat*; cujus varia exempla ab aliis conſignata videri poſſunt.

*Acidum Opii ſulphur eſt, quod figendo ſpirituum motum, ſomnum conciliat*, tempeſtivè adhibitum; intempeſtivè verò mortem.

*Acidum fulminis* ſulphur eſt, quod ſpiritus *figendo* & *coagulando Catochen* quandoque attulit. *Et ominum certè ſoporoſorum melancholicorumque morborum cauſæ, in unico figente ac coagulante acido Sale quærendæ ſunt.* Sed mittamus illa quæ ad Pathologiam ſpectant, & revertamur in viam, unde digreſſi ſumus.

Lacti ſi Alcaliſatum Sal injectum fuerit, *Helmontio* atque experientia teſtibus, butyrum inde non impetratur, quia *Acidus coagulator ita abſumitur.*

Quæ cum ita ſint, neque ullum contrarium poſſit afferri exemplum; nôn dubito confidentiſſimè affirmare, & illum *Univerſi ſpiritum, aquam, in vegetabilia, animalia mineralia coagulantem, Acidum eſſe.* Atque ab hac ſententia majores noſtros ac ſapientes, non alienos fuiſſe, non pauca veſtigia docent. Hinc enim Univerſi *iſtum ſpiritum appellabant Sulphur incombuſtibile & inextinguibile, Ignem Calorem*; Sulphura verò omnia, natura ſua acida eſſe, atque in harum acidarum particularum motu, *Ignis*, ac *caloris* rationem conſiſtere ad ſatietatem ferè ac nauſeam in præcedentibus demonſtratum eſt; Et cum haſce *Acidas ſulphureas* particulas, propria Se-

minum

*Acidus* igitur *ſpiritus* iſte eſt, qui aquam in corpora pro Seminis diverſitate varia *coagulat*, & ſimul coagulatur. *Quemadmodum enim cuncta acida rodunt & coagulant*, coagulando verò, & ipſa coagulantur, ita & hic univerſi ſpiritus *acidus* coagulando coagulatur, & *corporeus* fit.

Atque adeò ab hoc *Acido* univerſi *ſpiritu* profectum eſt *Acidum* illud in cunctis vegetabilium ſuccis obſervandum, *quod ipſum principium eſt actionis ſ. fermentationis ſuccorum*, hinc ab *Helmontio*, *fermenti* nomine appellatur.

Si tamen in ullo vegetabili *Acidi* hujus *ſpiritûs*, *Solis filii*, in ſemine coagulati, aperta teſtimonia deprehenduntur, certe in uvarum ſucco ad Rhenum creſcentium, ſ. vino Rhenano, eadem manifeſta ſunt. *Grata enim illa Rhenani vini aciditas Solem habet patrem*; neque quicquam *aliud eſt quam Univerſi ſpiritus in ſemine vitis coagulatus*. Atque ex eo eſt; quod ex modico Vini Rhenani uſu *Ignis* noſter *vitalis*, *Calidum innatum*. (*Naturam* vulgus nominat) tantum roboris nanciſcatur, fratres enim ſunt unius parentis, diverſis quanquam ſeminibus ad aliam familiam, illud quidem ad Vegetabilem, hoc verò ad animalem determinati.

*Adeoque & noſtrum innatum calidum*, *cunctorumque animalium Acidum eſt*; *Acidus ſpiritus* eſt, qui coquit in *Stomacho*; *Hepate*, *corde*, *muſculis* omnibus. Acido fermento mediante, Sanguis è fluida, in ſolidas ſubſtantias coagulatur, *quemadmodum elementalis aqua*, *ab acido vegetabili fermento*, *in ligna*, *cortices*, *folia*, *coagulatur.*

Neque alium coagulatorem *metalla* habent & *Mineralia*, præter Acidum. *Mercurium* certe vulgi, ex aqua elementali, beneficio metallici ſulphuris (*Acidi*) coagulata, profectum eſſe, conſtans ac vera eſt Philoſophorum ſententia. Idem vero *Mercurius* à diverſis ſul-

, in metallica corpora varia poſtmodum coagulatur.
t *Sulphura* iſta *Metallica* ac *Auri* præcipuè, pro vera
e impetranda, quæ tanto ſtudio totque laboribus
*da* verò ſunt & Univerſi ſpiritus particulæ.

ec tandem firmiſſima ſtabit concluſio, *Coagulatorem*,
*m omnium* (*Deum tanquam cauſam primam*, *ſemper hîc*
*erſalem*, *à Sole profectum*, *cunctis fœcundis ſeminibus*
*ı eſſe*, atque hâc aciditate, corporum ex *aqua* concre-
, quin etiam *coagulando* alia, ipſum *coagulari & corpo-*

ı, quamvis citra omnem dubitationem veriſſima ſint,
adhuc reliquum eſt argumentum, adeò manifeſtum
nullum magis. Ut enim uno intuitu videre poſſis
*evera univerſalem quendam cunctorum corporum coagu-*
*m*, *proprium ſeminum domicilium*, *Aquam in varia cor-*
*n*, ſeparabo denuò ſpiritum huncce à corporibus, &
ata erunt ſemina, migrabuntque corpora in *Aquam*.

verò in antecedentibus mechanicè oſtenderimus,
ultimatò in aquam denuo reduci, fundamentum ta-
ationumque rationes huc uſque ſtudio reticuimus, ut
oagulatoris natura tanto clarius pateret. Aggredia-
n ipſam, ita tamen ut quantum fieri poterit, breves
libi jam dicta ſunt mittamus, neque enim crambe, bis
: poteſt.

ini, aliorumque vegetabilium, in *Aquam* redit, ſi
it; calcinatione verò ſeparantur ab illo particulæ
*gma illud Acidiuſculum officinarum*, *loco ſpiritus Tartari*
*amaricantis*, *quod vendunt*) aliquot tantum relictis, quæ
atili & *Terra* in Alcaliſatum Sal abeunt (uti pluribus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Neque alio modo agunt, qui ex *Auro* mercurium quærunt, *quam ut ſeminale Auri Sulphur acidum ab eo ſeparent.*

Atque adeò, quod breviter demonſtrandum fuit, Quemadmodum *Univerſi* hicce *ſpiritus*, *corporumque cunctorum coagulator*, *Solis filius*, *ſeminibus cunctis fœcundis incoagulatus*, *movens illa ac explicans*, *& ab iisdem determinatus*, *indifferens alioquin*, *Acidus ex Aqua* tanquam univerſali ac unico cunctorum corporum principio materiali, *auxilio ſeminum* omnia corpora coagulavit. Ita eodem *ſpiritu* à corporibus & cum illo virtute *ſeminali* tanquam formali & eſſentiali totius parte ſeparato, eadem in *Aquam* elementalem ſ. alteram & materialem partem reſolvuntur.

Quare hîc tandem Experimentis noſtris & meditationibus circa Naturalium rerum Principia, finem imponamus, quando hoc ſaltem tribus verbis monuerimus; Celebratiſſimam illam *Hermetis Tabulam Smaragdinam* præter jamjam oſtenſum univerſi mundi Spiritum, nihil docere aliud. *Hoc uno enim ſpiritu perpetrantur miracula totius mundi; ab hoc omnes res natæ adaptatione. Pater ejus eſt Sol, Luna mater, portavit illum ventus in ventre ſuo. Pater omnis Teleſmi totius mundi eſt hic &c. Vincit omnem rem ſubtilem, omniaque ſolida penetrat. Hic eſt totius fortitudinis fortitudo fortis. Ab hoc adaptationes fiunt mirabiles. Sic mundus creatus eſt.* Sic interibit mundus, hujus enim particulis acidis cuivis corpori inſitis, juſſu Omnipotentis Dei, ad motum excitatis, die noviſſimo conflagrabit mundus, & univerſi hujus finis erit.

O QUAM MIRABILES, SUNT TUÆ VIÆ DOMINE STULTUS NON CAPIT ILLA, NEC INSIPIENS INTELLIGIT.

( O )

INDEX

# INDEX.

## Contentorum generalis.

### A

*Accidentia* in rebus Naturalibus non alia dantur ac ſitus, Figura & Proportio Mathematica pag. 378
*Acetum Deſtillatum* quomodo fit 161
*Ex Lignis* 161
*Ex Antimonio* 295
*Acidæ particulæ* è Sole naſcuntur 12
*Acidi* proprietates 13
Varii effectus in rebus naturalibus 824. 825. &c.
*Acidum* triplex eſt 13
*Acidum* eſt movens, activum 12
*Acidum* eſt Peſtis Alexipharmacum 15
*Acidum* ſanguinem in pus convertit 688
*Aër* quid ſit 388
*Aëris neceſſitatem* demonſtrat Otto Guericke in ſuis Experimentis Magdeburgicis 816
*Alcali* Sal quod 9
*Alcali* quomodo fabricetur 10
*Alcali Fixum* fit ex ſale volatili 10
*Alcaliſatorum ſalium* volatiſatio conſiſtit in terreſtrium partium ſeparatione 726
*Alcalium* non eſt agere ſed pati 11
*Alcali* non agit niſi figuratum ab acido 11
*Alcali* proprium eſt, effervefcere cum acidis ſivè manifeſtè ſive occultè 12
*Alcalia* plantarum non differunt ſpecie 12
*Alcalia* carent figuris 15
*Alcohol vini Boylei* 158
*Glauberi* 159
*Alexipharmaca* & Bezoardica quæ 426. 432
*Alimentorum appoſitio*, Nutritio eſt 769
*Alvi fluoribus* dicata medicamenta 543
*Animal non generat formam internam*, ſed ſaltem ſemen ad animal 5
*Animalia* non minus ac vegetabilia ſola nutriuntur Aqua 797
*Animæ rationalis* propagatio an ex traduce 754
*Anodina* quæ 442
*Antimonii Calcinatio* 291
*Antimonium* Diaphoreticum 301
Martiale *Ludovici* 301
*Antimonii Vitrum* 292
*Antipathiæ* & Symphatiæ cauſa 385
*Aqua* quid ſit 375
Nutrit 7
Omniſeminaria eſt, omniaque nutriens 18
Omnium Rerum Naturalium principium materiale eſt 668
Conſtat ex particulis cylindricè rotundis 17
Calcis vivæ 249
Cinnamomi 124
Florum Sambuci ſpirituoſa 147
Florum Tunicæ 148
ad Partum facilitandum 124

Refri-

# INDEX.


Refrigerans calore leni deſtillari debet 132
Roſarum refrigerans & calefaciens 146
Typhorum Cervi 81
Veronicæ Eſſentificata 140
*Aquarum* Inſolatio 150
*Ardor* Ventriculi unde 692
*Aroma* Philoſophorum 220
*Arſenici* fixatio 253
*Arthritidi* dicata Medicamenta 562
*Aurum Auræ Balduni* 205
Fulminans 331
Potabile. *Febur* 367
Vitæ 267
*Azoth. Heslingii* 267

B.

*Balſamandi* verior methodus 75
*Balſamatio* Corporum apud *Ægyptios* 73
*Balſamum* Antimonii 307
Apoplecticum 130
Arſenici *Thomſoni* 254
Samech 734
Sulfuris Cnöfelii 226
Simplex 227
Vitæ ſuccinatum 236
*Bezoardicum* Minerale 283
*Butyrum Antimonii*, quid in ejus elaboratione obſervandum 279. 280. 680

C.

*Calcinatio* humida 46
Sicca 46
*Caloris cauſa* in hordei præparatione ad cereviſiam conficiendam, quæ, 680. 682
*Calx* plumbi 312
*Carnis* deſtillatio 73
*Catarrhi* unde 471
*Catilli cinerei*, Capellen 32
Centaurium Minerale *Cardilucii* 297
*Cephalica Medicamenta* varia 447
*Ceræ Oleum & Spiritus* 114
Dealbatio 115
*Chymiæ definitio* 23
*Chymia* occupata eſt in principiis rerum naturalium ab invicem ſeparandis 9
*Cingulum* Mercuriale 262
*Cinnabaris* Antimonii 278
Nativa 285
Nativæ Cremor 288
Nativæ Sulfur 286
*Coagulatio* quæ & quotuplex 49
*Cœlum* conſtat ex atomis aquæ ſummè extenſis 388
*Colicis doloribus dicata Medicamenta* 538
*Collyria* ex Lacte 68
*Contracturis* inſerviunt olea pinguedinum deſt. 72
*Corallorum* regeneratio 240
*Cordialia* Medicamenta varia 482
*Corpora omnia* materialiter ex ſola Aqua 19
*Corporum ſenſibilitas* non in qualitatibus, ſed in particularum variata diſpoſitione & motu, conſiſtit 9
*Creatio Rerum* unde 1. 743
*Creaturarum* omnium principium Authenticum eſt. Deus. T.O.M. 1
*Crocus Martis* ſacharinus 321
Metallorum 293
*Cubus* unde producatur 4
*Cura Lactea* ad curandam Podagram quomodo inſtituenda 64
*Cryſtalli Montani* calcinatio 244


*Cryſtalli*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

I.
678
culis acidis 8
itur 695
acidum volatile 701.705
entũ actívum chymiæ 35
cus 699
odo educandi 610
*ni* omnes gradu differunt 659
modo ſe habet 661
s 661
orborum potiſſima cauſa
um 664
atæ eſt ranula 645
æ 658
642
diacæ 656
tea 638
644
& vomitus 655
ius 654
650
627
652
verrucæ 658
659
654
& Crinones 647
tebrarum Colli 655
e 643
638

Sani proprietates
Uſus externus in oculorum aff
bus
*Lampas vitæ* & Mortis *Billichii*
*Lapis Animalis Clauderi*
Buttleri
*Lapidis Lazuli Magiſterum.* Ultra
rium
*Lignorum deſtillatio* in oleum &
*Linimentum* ad ſpinam dorſi in ca
Hectico temperando
*Liquefactio* Metallis & Mineral
competit
*Lui venereæ dicata medicamenta*
*Lutum* ad lutanda vaſa chymica
*Lux* quid
Eſt efficiens morborum cauſa
M.
*Magiſterium* Corallorum.
Coſmeticum ex Marcaſita
Lunæ
*Magnes Arſenicalis*
*Mari* in generationis negotio vis a
va competit.
*Materia Univerſalis* prima Aqua e
*Medicamenta* quomodo debeant
conſtituta.
*Medicamenta* & Morbi inter ſe co
niunt.
*Medicamentorum Vires* & effectus
de

*Medicina*, Tincturæ Univerſali analoga. 359
*Mellis deſtillatio* 109
depuratio 112
*Menſtrua Aquea* quæ 38
*Salina* 40
*Sulfurea* 39
Menſtruum *Sendivogii* ex Marcaſita 288
*Mercurii effectus* 7
Nomen unde 17
Nomine quid intelligendum in vegetabili & animali regno 708
*Mercurius Antimonii* 288
*Mercurius Coagulatus* 284
Diaphoreticus Cardilucii 270
Helmontis 272
Thomſoni 272
Dulcis 276
Fixus Rhenani 281
Præcipitatus ex ſublimato 282
Vigonis 265
Viridis 266
Sublimatus 274
Vitæ Lunaris Solaris &c. 279. 280
*Mineralia non carent* ſuis ſeminalibus particulis 789
Naſcuntur ex Aqua 800
*Mixtura ſimplex* 164
*Morbi Ideales* qui 383
*Morbi Infantum* 610
Spirtuum quibus remediis indigent 386
*Morſelli Alexipharmaci* ſive Bezoardici 135
*Mumia* Philoſophica *Paracelſi* 77

N.

*Naturalium Rerum principia* quæ 667
*Nephritica* Medicamenta varia 553
*Nitri* Cryſtalli 207
*Nitrum* Nitratum 201
Præparatum 201
*Nucis Moſchatæ* Aqua 128
Oleum 129

O.

*Odontalgia dicata Medicamenta* 476
*Odor* maximum habet conſortium cum guſtu 9
*Odoratorum cauſa* 21
*Olea pinguia* aciditate ſua ſorditiem ulceribus contrahunt 691
Pinguia nocent in clyſteribus 691
Ratione ſui acidi igni pabulum præbent 695
ex plantis quomodo deſtillari debent 140
ex Floribus quomodo deſtillantur 150
ex Radicibus deſtillare 133
Odorifera parandi modus *Italorum* 151
*Oleum* Camphoræ 177
Chamomillæ cœruleum 151
Cinnamomi 125
Corticum Citri 130
Fuliginis 180
Ligni Guajaci 137
Ligni Rhodii 137
Lini, Olivarum &c. quomodo aciditate ſua ſpoliantur 694
Ovorum 83
Philoſophorum 72
pinguedinis human. 71
Ramoſis ex particulis conſtat 17
Seminis Aniſi &c. 154
*Opiata* quibus conducunt 446
*Ophthalmica* Medicamenta varia 468
*Oſſium Sal volatile* & Spiritus 79
*Ortus & interitus* rerum eſt perennis circu-

circulatio partium corpora conſtituentium 377
*Otica Medicamenta* varia 471

P.

*Panacea* Antimonii 295. 300.
*Rothmahleri* 271
*Parentum morboſa conſtitutio* in fœtum transfertur 761
*Pectori dicata medicamenta* 493
*Peregrinus æther* quid ſit 381
unde advehitur 394
*Phosphorus Boylei* 103
ex Calce viva 190
*Comierii* 104
*Lemerii* 106
*Pinguia* Phtiſicis noxia 72
Pinguium noxa unde 693
*Pinguedinum deſtillatio* 70
*Planta* quomodo regenerari queant 787
Si in Salia volatilia redigi debent quid obſervandum 142
*Pleuritica* Medicamenta quæ 503
*Potus* non fermentatus, pro conſervanda ſanitate fermentatis eſt præferendus 44
Tartarorum ex Lacte equino 67
*Præcipitatio* quomodo fieri ſolet 47
*Principium Rerum* Naturalium activum Sal eſt, Paſſivum Aqua 18
*Pulvis* contra caſum 78
*Purgantia* electiva an dentur 400
an corporaliter ad partem affectam veniant 401
Medicamenta varia 399
*Putrefactio* unde 42. 45.
*Pygmæi* quomodo generentur 772

Q.

*Qualia*, ut acerbum, acidum, amarum, ſalſum & infinitæ horum texturæ, ſunt morborum cauſæ 8
*Qualitates* non ſunt morborum cauſæ 8

R.

*Radices* quomodo deſtillandæ. 132
*Regulus* Antimonii ſimplex 303
Martialis 304
Medicinalis 306
*Requiſita chymica* 27
*Reſina* Ligni Guajaci 137
*Res omnes ſenſibiles* ab inviſibili duxerunt initium 1
*Roſæ* quomodo debeant aſſervari ad futuram deſtillationem 147

S.

*Saccharum Saturni* ſive Plumbi 247. 312
*Sal* quid ſit: 376. quid efficiat 7
*Salium* Alcaliſatorum differentia in medendo non adeò attendenda 739
*Salia* Animalium ſaltem volatilia ſunt 725
*Salium* effectus non à qualitatibus ſed à figuris 14
*Sal* omne compoſitum ex acido & alcali enaſcitur 15
*Salinæ particulæ* duplices ſunt acidæ & alcalinæ 9
*Salis natura* & differentia 711
*Sal* corallorum 240
Fixum quid 712
Fixum conficiendi modus 715
Fixum fit ex volatili. 723
Fixũ non præexiſtit in mixto ante incinerationem 674. 713. 714. 723
Fixum non niſi combuſtione acquiritur 11
Fixum eſt vacuum corpus 11

Fixum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



Never be without a book!

Forgotten Books Full Membership gives universal access to 797,885 books from our apps and website, across all your devices: tablet, phone, e-reader, laptop and desktop computer

**A library in your pocket for $8.99/month**

Continue

*Fair usage policy applies

Animalium 673
Fixum 229
Non eſt genuinum rerum naturalium principium 672
*Sulfura* vegetabilium 672
Mineralium & Metallorum 673

T.

*Talci* calcinatio 251
*Tartarus* efficaciam omnem acido debet 162
Emiticus 293
Solubilis 171
Vitriolatus 171
*Tartari* cryſtilliſatio & depuratio 163
Deſtillatio in ſpiritum & oleum 163
Sal 165
*Terra* quid ſit 645
Augmentat 7
ex particulis rigidis conſtat 17
Tartari foliata 167
*Theriaca* cœleſtis mea 426
*Tinctura* Auri. *Clauderi* 362.363.366.
*Tinctura*. Bezoardica mea 429
Corallorum 238
Jalappæ 176
Nephritica 190
Nephritica Solaris Amelungi 365
Nitri *Glauberi* 206
anti Phtiſica 315
Succini 236
Sulfuris 228
Univerſalis qua ratione elaborari queat juxta Clauderum 347. &c.

V.

*Vari* in facie quomodo generantur, & quibus curantur 689
*Vaſa* varia chymica 29
*Vegetabilium Ideæ* ſpecificæ in ſemine continentur 786
*Vegetabilia omnia* immediatè & materialiter ex ſola Aqua prodeunt 795
*Veneris* Dealbatio 256
*Vini aciditas* alimentum fœtus corrumpit 770
vis inebriativa unde 686
*Vitri Antimonii* correctio 292
*Vitrificatio* quomodo fit. 49
*Vitrioli depuratio* 209
*Vitriolum Martis* 322
Martis & Veneris 322
*Vitrum* unde pellucidum 10
Saturni 315
*Vomitoria* quæ ſint 416
quibus morbis opponantur 413.414
*Urinæ* Spiritus & Sal volatile 84
*Uterina* Medicamenta quæ 588

# Cum pro more perverſo tanta errorum Typographicorum copia irrepſerit, non licuit ea hic reticere; ut ſi B. L. fortè ſenſum hinc inde aſſequi haud valeat, errratis illis denudatis, ſublevari queat.

Pagina 5. Linea 5. Lege propenſa unio p. 6. l. 25. l. Angelus propius p. 10. l. 13. l. plana & lævia p. 13. l. 8. l. impingat p. 16. l. 9. l. reſolvendam p. 18. l. 1. l. minus attenuatus p. 27. l. 3. l. fruſtra tentari p. 27. l. 7. l. omninò infeſtum ibid. 27 l. 11. l. ruſpator indiget p. ibid. l. 24. l. fimo equino p. ibid. l. 25. l. aqua ſalſa p 31. l. 5. l. longum eſto p. ibid. l. 6. l. ferruminatum ſit p. 36. l. 29. l. ſi vapor. p. 39. l. 5. l. ſemen cydoniorum p. 46. l. 1. l. requirit ſpicula ibid. l 7. l. hoc vinculum p. 47. l. 10. l. aquam Regiam p. 48. l. 30. l. circulationem p. 50. l 17. l. breviter luſtratis p. 52. l. 3 l reddantur. p. ibid. l. 11. l. immitte p. 54. lin. 30. l. in tractatu p. 58. l 23. l. reſidere p. 60. l. 12. l. deprehendatur p. ibid. l. 26. l. ſubponunt p. ibid. l. 27. l. putrefactio p. 61. l. 2. l. ovum ſeponit p ibid. l. 19. l. afferat ſanguis p. ibid. l. 33. l. maximè commendata p 71. l. 10. l. hæc ſpicula p. ibid. l. 27. l. oleum p 86. l. 20. l digerendum p. 88. l. 32. l. quid ni p. 96. l. 12. l. momento p. 97. l. 2. l. imprimi videtur p. ibid. l 5. l. conſervationem p. ibid. l. 33. l. intimam p. 98. l. 1. l. proptereaque p. 101. l. 5. l. ex p. 112. l. 9. l. cera vero p 113. l. 12. l. conficiant morbo alicui p. 116. l. 29. l. lixivum ſaponis Sal p. 118. l. 1. l. fila ducere p. 125. l. 21. clarum p. 127. l. 18. l. ac citiſſimæ p. 132. lin. 10. l. fibris p. 138. l. 19. l. frigidæ vulgo p. ibid. l. 21. l. nimia dilutio p. 139. l. 10. l. pauca ſalis quantitate p. ibid. l. 29. l. exprimendo p. 140. l. 6 l. recentem p. 141. l. 17. l. lixivium p. 143. l. 22. l. teneræ p. 149. l. 23. l. artificium p. 150. l. 4. l. corruptioni p. 151. l. 17 l. laborem reitera p. ibid. l. 17. l. arrideat p. 152. l. 13. l. illorum copia p. 155. l. 16. l. vel clavellati p. ibid. l. 24. l. diuturnior p. 156. l. 16. l. condenſata p. 157. l. 7. l. quò indigeſtum p. 158. l. 17 l. patti adhæreſcens p. 159. l. 8. l. abſtrahendo p. 166. l. 1. l. naturam p. 167 l. 3. l. cautiſſimè p. 169. l. 18. l. ſic ſal fixum p. 171. l. 18. l. cardialgia p. 172 l. 28. l. cum hâc læſio p. 173. l. 23. l. correctionum modis p. 183. l. 11. l. differentes eſſe p. 19 l. 30. l. ſabuloſa p. 193. l. 31. l. ſubtiliſatæ p. 194. l. 18. l. unica argenti vivi uncia p. ibid. l. 27. l. aut alteratione p. 196. l. 22. l. & ſalificantes. p. 197. l. 28. l. ex. ℔ j materiæ p. 199. l. 8. l. viridem p. ibid. l. 22. l. centaurium p. 202. l. 4. l. alcalinas p. ibid. l. 10. l. ab acido p. ibid. l. 24. l. jungentes p. ibid. l. 29. l. ab invicem p. 206. l. 7. l. ſubſidat p. ibid. l. 32. l. vilipendendum p. 207. l. 16 l. ſaturni p. 209. l. 9. l. heterogeneitatum p. 214. l. 10. l. recluſio altera p. 219. l. 1. l deſtillare jubet p. 223. l. 24. l. expetimus p. 224. l. 15. l. retentis. p. 238. l. 30. l. crud ori deſtitutum p. 239. l. 9. l. hæc præcipitetur p. 242. l. 10. l. acceſſione p. 243. l. 26. l. inſpiciendum docet p. 246. l. 13. ſuperfluæ p. 248. l. 25. l. eo potentior p. 262. l. 27. l. ceruſſæ ℥iß. p. 265. l. 29. l. & crocea re mundetur p. 265. l. 11. l. quo peracto p. 272. l. 8. l. ſublimataque p. 283. l. 8. l. volatili p. 312. l. 17. l. conſtat p. ibid. l. 23. l. hæ natæ eſſent p. ibid. l. 26. Agricola p. 313 l. 13. l. ſpiritus p. ibid. l. 22. l. dependere. Deſtillatio p 318. l. 12. l. candefactum p. 320 l. 11 l. ferro p. ibid. l. 12. ferrum p. ibid. l. 15. colore p. 326. l. 19. l. commixtione p 330. l. 28. l. oleum tartari p. 331. l. 24. l. quanti rumores p. 371. l. 15. l. abdita, p. 374. l. 16. l. principiantia. p. 378. l. 24. l. proportio p. 382. l. 15. l. afficit ira, p. 385. l. 24 l. intelliguntur p. 389. l. 11. l. fieri p. 390. l. 1. l. particularium. p. 400. l. 29. l. excrementitium p. 407. l. 2. l. ℔ vj. p. 409. l. 11. l. magiſtrales Sylvii p. 410. l. 24. l. Si ſint. p. ibid. l. 31. l. diagridii gr. vj. p. 413. l. 18. l. caligant

oculi pag. 422. lin. 21. leg. ſtragulis p. 424. l. 12. l. ſpiritus p. 427. l. 31. l. Hæc eſ
82. l. 9. l. hâc tamen cautelâ p. 493. l. 4 l. & tepidè applica p. 497. l. 3. l. ℥viiij
. l. 20. l. cœco p. 529. l. 20. l. exerunt p. 545. l. 1. l. bilis acris p. 547. l. 20. l. myva
l. p. 616. l. 7. l. ordinare. p. 617. l. 14. l. per vitam ſervant p. ibid. l. 23. l. At, diligen
. 623. l. 5. l. pertinent ad Medicinam p. 626. l 19. l. Sic Matres p. 628. l. 4. l. & glan
p. 640. l. 15. l. aliquoties ſe curaſſe aſſerit. p. 647. l. 24. l. pro ratione ætatis. p. 649
nantur. p. ibid. l. 14. l. mox verò alibi p. 650. l. 22. l. tum clyſteres.

F I N I S.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue